MICHELI
Nov. Plantar.
Gener.

Ehrmann Med. Bl. 1736.



Ep. Sono amicissimi D. Villars, facultatis medicæ Argentorat. Decano!

1813.

Ros Sc 104006 B

NOVA PLANTARVM GENERA

IVXTA

TOVRNEFORTII METHODVM DISPOSITA

Quibus Plantæ MDCCCC recenſentur, ſcilicet fere MCCCC nondum obſervatæ, reliquæ ſuis ſedibus reſtitutæ; quarum vero figuram exhibere viſum fuit, eæ ad DL æneis Tabulis CVIII. graphice expreſſæ ſunt; Adnotationibus, atque Obſervationibus, præcipue Fungorum, Mucorum, affiniumque Plantarum ſationem, ortum, & incrementum ſpectantibus, interdum adiectis.

REGIAE CELSITVDINI

IOANNIS GASTONIS

MAGNI ETRVRIAE DVCIS.

AVCTORE

PETRO ANTONIO MICHELIO FLOR.

EIVSDEM R. C. BOTANICO.



BIBLIOTECA DE FLORENCIA

FLORENTIÆ. MDCCXXVIIII.

Typis BERNARDI PAPERINII, Typographi R. C. MAGNÆ PRINCIPIS VIDUÆ AB ETRURIA.

Propè Eccleſiam Sancti Apollinaris, ſub Signo Palladis, & Herculis.

SUPERIORUM PERMISSU.



SERENISSIMO

IOANNI GASTONI
MAGNO ETRURIÆ DUCI.

PETRUS ANTONIUS MICHELIUS FELICITATEM.



UM multa sint quibus populorum res iuvari Principum virtute possit, artium maxime, atque artificum tutela, nonnulli nominis immortalitatem adepti, inter Heroas

nunc merito habentur. Quorum plurimos REGIAM GENTEM TUAM SERENISSIME MAGNE DUX *protuliſſe in confeſſo eſt apud omnes. Quem latet deberi* LAURENTIO *reſtitutas orbi, atque ab interitu pene vindicatas humaniores literas, quibus & ceteræ diſciplinæ facillime comparantur? Is doctos quoſque viros ætatis ſuæ egregie caros habuit, Politianum, Landinum, Demetrium Chalcondylam, Ficinum, Marcellumque Virgilium, cui & ipſe auctor fuit Commentarii in Dioſcoridem conſcribendi. Adeo mature, & Rei Herbariæ conſultum fuit, qua nulla utilior videbatur eſſe doctrina, quæ ſcilicet & alimenta ſanis corporibus, & ægris medicinam, ac pleriſque artibus auxilia præſtat, animumque mira voluptate perfundit; tantam figurarum, colorumque, atque odorum, & facultatum in plantis varietatem exhibens, atque una conſtantem ita ſpecierum ſimilitudinem, ut iucundiſſimam ſibi vim adhiberi quiſque ſentiat ad ſummi Opificis Dei ſapientiam agnoſcendam. Hanc plurimi factam* LAURENTII *quoque filio* IOANNI *qui poſtea* PONT. MAX. LEO X *dictus eſt, inde colligi poteſt, quod Hermolao Barbaro, viro illius ætatis eruditiſſimo, ob interpretatos Dioſcoridis de medica materia libros impenſe faverit.* COSMUS *vero* I. *Herbariam adeo cordi habuit, ut Hortos publicos, & in hac Urbe fecerit, & Piſis inſtauraverit, & longe quæſitis plantis ornaverit; Lucam Ghinium, Andream Martigianium Mi-*

nia-

niatenſem, qui Dioſcoridem in vernaculum ſermonem primus vertit eique dicavit, celebremque Andream Cæſalpinum comiter excipiens. Huic quidem mandavit, ut ſibi Herbarium in privatum ſtudium conficeret, unde oblata illi occaſio fuit egregii de Plantis operis conſcribendi, & Philippo Minoritæ favit, de ſimplicium medicamentorum facultatibus libellum edenti. Nec minus FRANCISCO *eius filio Rei Herbariæ ſtudium placuit, qui patrem æmulatus iisdem viris benigne fecit, ſuoque nomine Cæſalpini opus ornatum voluit.* FERDINANDUS I. *eam tanti fecit, ut nonnullos e Franciſcanorum Cœnobio ad omnium Sanctorum Ædem ad eam excolendam excitaverit, inter quos eius favore excelluit Salvator Scalandronius, qui amœniſſimum ibi Hortum plurimis, optimiſque plantis conſevit, & Franciſci Malocchii magiſter fuit. Huius vero conſilium optimus Princeps regio ſumptu ſecutus eſt de inſtaurando Piſano Horto, cui eum præfecerat, varioribuſque plantis undique conquiſitis locupletando, deque ædificanda cuſtodi domo, & Muſeo inſtituendo, ubi res ad naturalem Hiſtoriam pertinentes ordine ponerentur.* COSMI II. *liberalitate Dominico Vignæ munus datum Rei Herbariæ in Piſano Gymnaſio publice docendæ, qui ſcriptas a ſe Animadverſiones, & Obſervationes in Theophraſti libros de Hiſtoria, & Cauſis Plantarum* FERDINANDO II. *dicavit; majorum exemplo, diſciplinarum omnium, & philoſophiæ*

præ-

præsertim apprime docto, & de doctis viris optime merito. Huius favore Angelus Donninius Florentini Horti curam habuit, & diligentis Herbarii famam adeptus est, edita Appendice Plantarum Florentinos Hortos ornantium. LEOPOLDI CARDINALIS *liberalitatem sensit Thomas Belluccius, qui ei Pisani Horti Catalogum inscripsit.* COSMUS III. *Pater tuus tot elegantissimos Hortos, quibus, & Regia in Urbe Domus, nitidæque tuæ Villæ instructæ sunt, & florum suavitate, & pomorum deliciis omnis generis, & remediorum auxiliis ditavit, petitis ex omni regione Plantis, insignium Herbariorum eius ætatis opera usus, Philippi Donninii, cuius est Montis Baldi iter ineditum, & Pauli Bocconii celebris rerum naturalium indagatoris, qui Descriptiones rariorum Plantarum, & Observationes naturales, aliosque libros eius munificentia adiutus conscripsit, Regioque nomini dedicavit. Quam & Michaël Angelus quoque Tillius in edendo Pisani Horti Plantarum Catalogo expertus est, atque ipse ego omnium plurimum, ex quo mea studia* REGIÆ TUÆ CELSITUDINIS *suasu promovere aggressus fuit, summa comitate de naturali historia, quam eximie amabat me sepissime interrogare non dedignatus, magnisque sumptibus ad plures regiones peragrandas mittens, ut res ad illam spectantes afferrem. Quibus* TU SERENISSIME MAGNE DUX *patriis, avitisque tuæ Gentis, materni quoque Avi tui* GASTONIS BORBONII HENRICI MAGNI F.

sin-

ſingulare exemplum addens, qui regio, eruditoque luxu affluens, atque inter Belli curas Rei Herbariæ ſtudio incenſus, eam ſemper in deliciis habuit, quæ ille Roberto Moriſonio auxilia præſtitit, mihi magnifice præſtitiſti; ut quod Sereniſſimi Patris tui inchoaveram auſpiciis, id tua liberalitate perficerem, qua parte ſcilicet hæc Ars adhuc obſcura, aut manca videbatur, quantam ipſe poſſem ei lucem, atque amplitudinem afferrem. Huiuſce ſtudii exile hoc ſpecimen REGIÆ TUÆ CELSITUDINI *dicatum comiter intuearis precor, & labores qualeſcumque meos, ea qua ſoles clementia fovere pergas, ut alteram huius operis partem edere, multaque ad hanc rem facientia iamdudum mihi obſervata, ac collecta in ordinem redigere, inque tui populi utilitatem exhibere aliquando valeam. Deus Opt. Max.* TE *diu incolumem omnium bono ſervet.*

Florentiæ Calendis Decembribus MDCCXXVIIII.





LECTORI
BENEVOLO.



Aturalis Hiſtoriæ ſtudium ab ineunte ætate incredibili adeo eius amore animum veluti ſuccendente ſecutus ſum, ut nullis laboribus parcendum, nullum periculum pertimeſcendum duxerim, quo eandem quantum quidem mihi per ingenii tenuitatem liceret ornarem, ac promoverem. Cumque mihi illo tempore, & otium, & unde neceſſarios in rem ſumptus facerem effuſa, ac Regia Sereniſs. Cosmi III. M. Etruriæ Ducis liberalitate abunde eſſet, non modo Italiam fere omnem variis itineribus curioſe perluſtravi, ſed longa quoque, atque difficili peregrinatione ſuſcepta in procul diſſitas regiones non ſine magno vitæ diſcrimine delatus ſum ad penitiorem animantium, metallorum, foſſilium, ac præcipuæ Rei Herbariæ notitiam mihi comparandam. Iuvabat enim loca inviſere, quæ præclari Naturalis Hiſtoriæ Scriptores, vel coluiſſent, vel deſcripſiſſent, tum ut tenebras ex eorum lectione mihi aliquando ſubortas diſcuterem, tum ut ea, quæ ipſi tradidiſſent cum ipſa naturæ veritate conferrem, atque eo pacto

ne

ne mihi a magnorum nominum auctoritate aliquando imponeretur caverem. Quid his artibus profecerim liber hic longarum curarum fructus edocebit, in quo ceteris missis Botanica tantum pertracto, non eo quidem consilio quasi omnia quæcumque in Botanicis nova mihi reperta sunt, (sunt autem bene multa), hic deponere velim, sed ut præcipua quædam, & quæ clariorem Rei Herbariæ lucem affunderent iuris publici facerem. Quapropter cum ea mihi suppetat rerum novarum copia, ut nulli fere in hoc eruditionis genere versato observatorum numerum invideam, ea solum hoc loco descripsi, quibus vel nova Plantarum Genera statui possent, vel ab aliis iampridem constituta emendari, atque illustrari. Ex utrisque cxxx hac priori operis parte descripta habes: illa vero in plures ordines egregiam doctissimi viri Tournefortii methodum ab ipso in Rei Herbariæ Institutionibus expositam ubique secutus diremi. Adeo quidem ut ob ea Plantarum Genera, quæ Tournefortio adhuc intacta, vel constitui ipse primus, vel ab aliis constituta huc transtuli Opus hoc præclaræ illius Institutionis veluti appendix quædam; ob illa vero quæ Tournefortio explicata quidem, sed nondum penitus exhausta, vel supplevi ipse, vel illustravi, complementum videri possit. Porro novorum illorum generum quædam ex plantis mihi primum repertis conflata sunt, quædam alias continent pridem observatas, easque vel vagas adhuc, atque palantes certæque sedis nescias, vel quæ in ordinem quidem redactæ fuerant, loco tamen minus suo consederant. Quecumque vero genera aliis Herbariæ cultoribus memorata hoc libro exposui, ea omnia vel floris, vel fructus, vel utriusque observatione auxi, atque ornavi, iis aliquando reiectis, quæ falsa florum, vel seminum specie Botanicorum oculis illuserant. His factum est,

ut

ut non modo quædam herbarum genera claſſem alia mutaverint, ſed ut claſſes ipſæ XVI. ac XVII. in unam pene coaluerint ob magnam, quæ inter ambas intercedit florum, ac ſeminum cognationem. Clariſſime iſta ſpectabis in Lichenum, ac Muſcorum generibus, interim tamen definire non auſim an Claſſes has invicem dirimere præſtet, atque Lichenas ad Claſſem XVI, Muſcos vero ad XVII referre, ſed de his amplior erit agendi locus in altera huius operis parte, in qua Filicum, atque his congenerum plantarum flores demonſtrabo. Quin illud quoque contigit aliquando, ut quædam plantarum genera nulla claſſium a Tourneforrio inſtitutarum claudi quiverint, iſtis vero generibus longe maxima earum plantarum pars recenſetur, quæ vulgo Cereales, ſeu Culmiferæ graminifoliæ audiunt, quocumque demum grano maiori, vel minori donentur. Earum enim flos, qui omnibus hactenus Botanicis comuni quodam errore apetalus creditus fuit, bipetalus tandem mihi deprehenſus eſt (Tab. 31. A. B. C.) iiſque per omnia fere ſimilis, quos diligentiſſimus obſervator Malpighius in ſua Plantarum Anatome (Pag. 52. Tab. 35. num. 215. DDD) in Indica planta Mays oſtendit. Novam proinde Claſſem, quæ ea omnia genera exciperet conſtituere neceſſum habui, eamque inter XIV, & XV Tournefortianæ Inſtitutionis interim collocare. Hanc in priori hac operis parte ruditer adumbraſſe ſufficiat, quod quidem ut facerem amicorum preces bipetali floris demonſtrationem ſepius a me per literas flagitantium obtinuerunt. Iidem pervicerunt, ut de Muſcorum floribus nonnulla proferrem, atque aliquot ipſorum ſpecies, quas nemo adhuc attigiſſe videbatur enumerarem. Enim vero hæc omnia clare, copiose, enucleate eo qui nunc prodit libro exponere conſilium erat, niſi tabulæ aliquot æneæ, qui-

bus eadem ab artifice graphices perito exprimi curaveram, ac commentarii, in quos quæcumque eo pertinebant retuleram, malo quodam fato mihi periiſſent, quo caſu factum eſt, ut plenam, atque abſolutam earum, quas ſupra memoravi plantarum hiſtoriam in alteram operis partem reiicere coactus ſim. Eadem illa pars plantas enumerabit, quæ aquis alte demerſæ maris imo degunt, unde marinarum nomine apud Botanicos veniunt, quarum multo me maiorem numerum, quam alius quivis Botanicorum huc uſque præſtiterit, ſpondeo allaturum. Quibus quidem colligendis, atque ordinandis quantos labores exantlaverim recte demum extimabis, ſi profundas Oceani vias hominibus a natura negatas, ac proinde quæcumque ſub aquis latent, non certa ratione, atque methodo, ſed cæca dumtaxat indagine exquiri debere, ac plurima in hiſce ſibi tribuere fortunam tecum animo reputaveris. Una opera eas quoque marinas plantas exponere eſt animus, quæ in celſis etiam montium iugis, vel ſaxis incluſæ, vel lapideo quodam ſucco incruſtatæ, vel tellure defoſſæ, vel humi ſparſæ magna curioſorum admiratione viſuntur. Quod quidem phenomenon Philoſophorum curis, atque ſolertia digniſſimum, eorum ingenia mire hucuſque torſit, cum ex ipſis nemo ſatis explicaverit, ſublimibus adeo locis incumbere quo tandem pacto profundus Oceani gurges potuerit, vel cur ita deinde ſubſiderit, ut quæ olim aquis mergebantur viciſſim nunc altiſſime ſupra maris planitiem emineant. Nam aquarum inundatione, aliave conſimili via illuc delatas minime mihi veriſimile fit; licet ea coniectura pluribus probata Diluvianarum nomen illis fecerit. His recenſitis ac enumeratis totum denique opus abſolvetur.

Atque hæc potiſſimum ſunt, quæ de opere hoc deque adhibita mihi induſtria præfari tecum amice

Le-

Lector opus habebam ; si quid vero alicubi offendes, quod vel incuria fuderit, vel humana parum caverit natura, memineris velim hominem me esse, eoque errori obnoxium, cui proinde in re tam ardua, atque perplexa, totque difficultatibus aspera humana passo, ignosci æquum sit, quæcumque gravibus præsertim curis animum alio distractus peccaverim. Ceterum si liber hic eam, quam spero Naturalis Historiæ studiosorum gratiam iniverit, erunt alia quibus te novarum rerum cupidum diutius detinere valeam, atque in his rariorum plantarum, quæ mihi in museo asservantur elenchus, animantium, metallorum, atque fossilium quotquot Etrusca tellus profert historia, atque id genus complura, lucem & ipsa aliquando, si fata dederint visura. Hisce interea quæ damus benevolo animo fruere, ac vale.



ELEN-

ELENCHUS EORUM
QUI TABULAS HUIC OPERI ADNEXAS
SUIS SUMPTIBUS ÆRI INCIDI CURARUNT.

*

Quæ nomina aſteriſco notata reperies, ea ſcito illorum eſſe, quibus hujus Prioris Partis Tabulæ inſcriptæ ſunt.

* *Ereniſſima Anna Maria Aloyſia Electrix Palatina Rheni, &c. ac Magna Etruriæ Princeps.*

* *Sereniſſimus Princeps Eugenius Franciſcus a Sabaudia S.R.I. Mareſchallus, ac Cæſarear. Copiarum Dux, &c.*

* *Antonius Franciſcus* Acciajolius *Flor. Marchio.*

* *Andreas* Alamannius *Flor. Marchio.*

Bernardus Siegfried Albinius *Anat. & Chir. Prof. in Ac. Lugd. Bat.*

Lucas Albizius *Flor. D. Steph. Eques.*

* *Joannes* Altovita *Flor.*

Guilelmus Maria Altovita *Flor.*

* *Petrus Andreas* Andreinius *Flor.*

Vincentius Antinorius *Flor. Prior Equeſtris Ord. D. Stephani.*

Joannes Dominicus Aſplanatius *Genuenſis Abbas Olivetanus.*

* *Tandulphus* Attavantius *Flor.*

* *Joſephus* Attias *Senior D. Liburnenſis.*

* *Antonius Vincentius* Bartolinius *Flor. D. Stephani Eques.*

Balthaſſar Baſtia *Marchio, & Chriſtianiſſimi Galliarum Regis ad Regiam C. M. Etruriæ Ducis Ablegatus extraordinarius.*

* *Coſmus Gualterottius* Bardius *ex Comitibus Vernii.*

Pandulphus Maria Bardius *ex Comitibus Vernii Abbas Pratenſis.*

* *Dominicus* Bardius *Canonicus Florentinus. Feſ. Epiſc. Vic. Gen.*

Franciſcus Antonius a Bagnano *Flor. D. Steph. Eques.*

Matthæus Bazzanius *Phil. & Med. D. Coll. Bon. & Anatomis Profeſs.*

Petrus Beringuccius *Senen. Comes R. C. M. E. D. Cubiculi Magiſt.*

* *Joſephus Maria Severus* Bertinius *Flor. M. D.*

* *Blaſius* Biagius *Lizzanenſis Abbas Vallis-Umbroſanus.*

* *Antonius Maria* Biſcionius *Flor. S. T. D.*

Abraham Van Bleiſwyk *M. D. Senat. Delph. Bat. & ibid. Anat. & Chir. Prælect. Publ.*

* *Philippus* Bonarota *Senator, & Auditor R. C. M. D. Etruriæ.*

* *Leonardus* Bonarota *Flor. C. F.*

* *Ca-*

* *Camillus Antonius* Boccadiferro *Comes*, *& Senator Bonon.*
Benedictus Breſcianius *Florent.*
Joannes Philippus Breynius *Gedanenſis M. D.*
Hermannus Boerhaave *M. Bot. & Chemiæ Prof. in Ac. Lugd. Bat.*
Jacobus Boerhaave *Lugd. Bat.*
* *Bindus Ferdinandus* Bonaparte *J. C. Præpoſitus*, *& Vicarius Generalis Miniatenſis.*
Franciſcus Maria Bondelmontius *Flor. D. Steph. Eques.*
Octavianus Buonaccurſius *Flor.*
Nicolaus Buonaccurſius Perinius *Flor.*

Arcutus Cant *M. D. Lugduno-Batavus.*
Mauritius Antonius Cappeller *M. D. Lucernenſis.*
Ferrantes Capponius *Senator*, *& Comes Flor.*
Petrus Capponius *Flor. Marchio.*
* *Scipio* Capponius *Flor. Marchio.*
* *Jo: Vincentius* Capponius *Flor.*
Joannes Baptiſta Caſottius *Prat. Comes.*
* *Guilelmus* Cavendishius *Dux Devoniæ*, &c.
* *Hieronymus S. R. I. Comes de* Caymo *S. C. & C. Majeſtatis ad R. C. Sereniſſimi M. Etruriæ Ducis Ablegatus extraordinarius.*
* *Amedeus* Cerchiajus *Præceptor Nobil. Epheb. Aulæ R. C. M. E. D.*
* *Cerchius* Cerchius *Senator Florentinus*, *& Divi Stephani Eques.*
* *Nicolaus* Ceſius *Phil. & Med. D. Coll. Bon. & Simpl. Med. Lect.*
Philippus Maria Cerretanius *Flor.*
* *Auguſtinus Maria* Cerretanius *Flor. Canonicus Eccleſ. Metropoli.*
Benedictus Colettius *Florentinus.*
* *Franciſcus* Colman *Armiger*, *Magn. Britan. Reg. Reſidens apud R. C. Mag. Etr. D.*
Caſpar Comelinius *M. D. Amſtelodamen. Bot. Prof.*
Congregatio Clericorum Regularium Theat. Florentiæ.
* *Laurentius* Corſinius *S. R. E. Cardinalis.*
Bartholomæus Corſinius *Flor. Marchio*, *& R. C. M. D. E. Comes Stabuli Equitum.*
Nerius Corſinius *Florent. Marchio Prætorianæ Equeſtris militiæ Præfectus.*
* *Nicolaus* Cyrillius *M. D. Neap. ac Præl. Publ. Prim.*

* *Samuel* Dale *Anglus M. D.*
* *Ludovicus Ludovici Van* Dam. *I. V. D. Lugduno-Batavus.*
* *Joſeph* Dandrige *Anglus.*
Joannes Jacobus Dillenius *M. D. Giſſenſis.*

Tho-

Thomas Dereham *Magnæ Britanniæ Baronettus.*
* *Carolus* Dubois *Anglus Societ. Ind. Thesaur.*

* *Nobiles* Ephebi *Aulæ R. C. M. D. Etrur. inservientes.*

Benedictus Fabbrinius *Flor.*
* *Franciscus Sylvius* Feronius *Flor. Marchio.*
* *Joannes Sebastianus* Franchius *M. D. Lucensis.*
Jo: Gualbertus Franceschius *Flor. Canon. Metropolitanæ.*
* *Andreas* Franceschius *Flor. Baro.*
Franciscus Frosinius *Pistorienſis Archiepiscopus Pisanus.*

* *Franciscus Maria* Gabburrius *Flor. D. Stephani Eques.*
Pius Nicolaus Garellius *Aug. Rom. Imper. Caroli VI. Archiatrorum Comes, Consiliarius, & Bibliothecæ Præfectus.*
* *Joannes* Gerinius *Flor. Marchio.*
* *Franciscus Julius* Ginorius *Flor. Eq. Hierosolym. & Messanæ Prior.*
* *Nicolaus* Ginorius *Senator Flor.*
Josephus Ginorius *Senator Flor.*
Julius Ginorius *Flor. D. Stephani Eques.*
Dominicus Georgius, *Bibliothecarius Eminentissimi Cardinalis Imperialis.*
Guido Grandius *Camaldulensis Abbas, in Pisano Lycæo Math. Prof.*
Guilelmus Jac. 's Gravesande *Astronom., & Math. Profess. in Acad. Lugd. Bat.*
Joannes a Grenueld *I. V., & Med. D. Poliatrus Lugd. Bat.*
* *Hugolinus Antonius* Grifonius *Flor. D. Stephani Eques.*
* *Philippus Maria* Guadagnius *Flor. D. Stephani Eques.*
Philippus Antonius Gualterius *S. R. E. Cardinalis.*
Franciscus Guicciardinius *Flor. Comes.*
Joannes ex Comitibus Guidis *Volaterranus D. Stephani Eques.*
* *Jacobus Nicolaus* Guiduccius *Flor. Sereniss. Annæ Mariæ Aloysiæ Electricis Palatinæ Rheni, &c. ac M. Etr. P. Thesaurarius.*

* *Thomas* Herbert *Pembrokiæ, & Mountgomery Comes.*
* *Pompejus* Herculanus *Senat. Bonon. Comes.*
Joannes Heiman, *Ling. Or. Prof. in Acad. Lugd. Bat.*
Robertus Herver *Armiger Anglus.*
Joannes Henricus Heucherius *Sereniss. ac Potent. Poloniarum Regis, & Electoris Saxonici Consiliarius Aulicus & Archiater.*

* *Institutum Scientiarum Bononiense.*

Ja-

Jacobus Kant *I. V. & M. Doct. Pract. Hagæ Bat.*
Joannes King. *Magni Angliæ Cancellarii Filius.*
Jacobus Theodorus Klein *Reipublicæ Gedanenſis a Secretis.*

Carolus Nicolaus Langius *Phil. & M. D. Lucernenſis.*
* *Marcus Antonius* Laurentius *Phil. & Med. Bonon.*
* *Joannes Henricus* Lincke *Pharmacopæus Lipſienſis.*
* *Aſcanius* Lippius *Aretin. D. Stephani Eques.*
Gabriel Longobardius *A. R. I. Caroli VI. Conſil. & Archiater.*
* *Franciſcus* Lorenzius *Flor. Comes Ord. D. Steph. Bajulivus.*
* *Joannes Baptiſta* Lucattinius *Flor. D. Stephani Eques.*

* *Scipio* Maffejus *Veron. Marchio.*
Joannes Franciſcus Malaſpina *ex Marchionibus Mulazzi.*
Thomas Manningham *Weſtmonaſt. Præbend.*
Jacobus Manſuetus *Pharmacopæus Pontif.*
Petrus Paulus Marcolinius *Patricius Fanenſis, Comes, & Bajulivus D. Stephani.*
Joannes Gregorius Marcheſinius *Flor. Chirurgiæ, & Med. Profeſſor.*
Georgius Markam *M. Brit. Baronettus.*
Joſephus Maria Martellius *Archiepiſcopus Florentinus.*
* *Philippus* Martellius *Flor.*
* *Ludovicus Ferdinandus* Marſilius *Bonon. Comes.*
* *Leonardus* Martellinius *Flor. Abbas Vallis-Umbroſanus.*
* *Rubeus Antonius* Martinius *Flor.*
* *Chriſtinus* Martinellius *Venet.*
* *Jo: Franciſcus* Maurocenus *Eques, & Senator Venetus.*
* *Franciſcus Maria* Mazzolius *M. D. & in Senenſi A. Bot. Prof.*
* *Richardus* Mead *Anglus M. D.*
Thomas Cajetanus Medices *Flor. Bajulivus D. Steph.*
Nicolaus Michelangelius *Innocentii XIII. Archiater.*
* *Joſephus* Montius *Phil. D. Bonon. Bot. & in Scientiarum Inſtit. Natur. Hiſt. Prof.*
Carolus Maria Morellius *Patric. Flor. D. Stephani Eques.*
* *Guilelmus* Mylius *M. D. & Pract. Lugd. Bat.*

* *Staniſlaus* Nardius *Flor. Abb. Apoſtol. Vallis-Umbroſanus S. T. D.*
Appollonius Naſinius *Senenſis Eques.*
Cerbonius Maria del Nero *Flor. Baro.*
* *Antonius* Niccolinius *Flor.*
* *Gerardus* Noodt *J. C. Amſt. Anteceſſor in Acad. Lugd. Bat.*

* *Joan-*

* *Joannes Baptiſta* dall' Ore *Monachus Caſſinenſis Vicent.*
Hermannus Oſterdyk *Med. Theor. & Pract. Lugduno-Batavus.*

* *Lazarus* Pallavicinius *Genuenſis*, *Archiepiſcopus Thebanus*, *& ad R. C. M. Etruriæ Ducis Legatus Apoſtolicus.*
* *Joannes Lucas* Pallavicinius *Genuenſis*, *Marchio.*
* *Nicolaus* Panciaticus *Flor.*
* *Pandulphus* Pandulphinius *Senator Florent.*
Palmerius Ludovicus Pandulphinius *Flor.*
* *Joſephus del* Papa *RR. CC. SS. Coſmi III. & Jo: Gaſtonis Magnorum Etruriæ DD. Archiatrorum Comes.*
* *Hieronymus* Parentius *Abbas Vallis-Umbroſanus.*
* *Hieronymus Maria* Paſqualius *Flor. D. Stephani Eques.*
Franciſcus Maria Paſqualius *Flor. D. Stephani Eques.*
* *Laurentius* Patarolus *Venetus.*
Joannes Petrus Paulius *Florentinus.*
Paulinus *a S. Joſepho C. R. Scholarum Piarum.*
Joannes Michael Pieruccius *Flor. Comes.*
Joannes Andreas Pinius *Jurisdictionum R. C. M. D. E. Auditor.*
Zenobius Maria Pomius *I. V. D. & Archivii Publici Florentini Cancellarius.*
* *Laurentius* Puccius. *Marchio*, *& Jurisdict. R. C. M. E. D. Audit.*
* *Thomas* Puccinius *M. D. Piſtorien.*
Joſephus Pugiol *Auguſt. Rom. Imper. Caroli VI. Archiater.*

* *Ferdinandus Vincentius* Ranutius Coſpius *Comes*, *& Senator Bonon.*
Joannes Franciſcus Ricaſolus *Flor. Divi Stephani Eques.*
* *Cæſar* Ricaſolus *Flor. D. Stephani Eques.*
* *Petrus Franciſcus* Riccius *Flor. Senat. Sacri*, *& Illuſtriſſimi Ordinis Equeſtris Divi Stephani Præſes.*
Joannes Baptiſta Riccius *Flor. D. Stephani Eques.*
Joannes Baptiſta Recanatius *Venetus.*
* *Octavius* Ricciardius *Flor.*
Caſſandra Riccardia *Flor. Marchioniſſa.*
* *Coſmus* Riccardius *Flor. Marchio.*
* *Vincentius* Riccardius *Flor. Marchio & D. Stephani Eques.*
* *Franciſcus* Riccardius *Flor. Utriuſque Sign. Referend.*
* *Richardus* Richardſonus *M. D. Anglus.*
* *Tancredus* Robinſonus *Anglus M. Regius.*
Præpoſiti Bibliothecæ Roncioniæ *Pratenſ.*
Antonius del Roſſo *Senator Florentinus.*
* *Franciſcus* Rota *Monachus Benedictinus Venetus*, *& S. Theol. Prof.* Pe-

Petrus Antonius Rubeus *Flor. Ordinis Servorum B. M. V.*
* *Fridericus* Ruyſchius *Anat. Bot. & Chi. Profeſ. Amſtelodam.*

Alamannus Salviatus. *Præſes Legationis Urbini.*
* *Antonius Maria* Salviatus *Juliani Dux, &c.*
* *Antonius Maria* Salvinius *Flor. in Patrio Lycæo Græcarum Literarum Prof.*
Tiberius Scalius *Pharmacopæus Liburnenſ.*
* *Averardus* Serriſtorius *Flor. D. Stephani Eques.*
* *Guilelmus* Sherardus *Anglus LL. D. R. S. S.*
* *Jacobus* Sherardus *Anglus.*
Hans Sloane *M. Br. Baronettus Collegii Medici, & Regiæ Societatis Londinenſis Præſes.*
Joſephus Stancardius *Pract. Med. & Anat. Prof. Bon. Colleg.*
* *Aloyſius Maria* Strozza *Flor. Epiſcopus Feſulanus.*
* *Carolus Thomas* Strozza *Flor.*
* *Petrus* Strozza *Flor. Comes.*
* *Joſephus* Suares *Canonicus Flor., Divi Stephani Eques.*

* *Franciſcus Maria* Tanuccius *Florentinus Lithotomiæ, & Chirurgiæ in Noſocomio Divæ Mariæ Novæ Florentiæ Prof.*
* *Cyprianus Antoninus* Targionius *Med. D. Flor.*
* *Michael Angelus* Tillius *M. D. in Piſan. Lyceo Botanic. Profeſ.*
* *Bruno* Tozzius *Flor. Abbas Vallis-Umbroſanus.*

* *Antonius de* Valliſneria *in Acad. Pat. Pub. Prim. Theor. Med. Prof. & Auguſtiſſimi Romanor. Imperat. Caroli VI. Archiater.*
* *Antonius* Valſalva *Phil. & Med. D. ac Anat. Prof. Bonon.*
* *Creſcentius* Vaſellius *Sen. Med. D.*
Henricus Comes de Watzdorff, *Aureæ Clavis Eques, ac Sereniſſimi Poloniæ Regis Conſiliarius.*
* *Andreas a* Verrazzano *Flor. D. Stephani Eques.*
Petrus Ughius *Flor. D. Stephani Eques.*
Jacobus Vittichius *Phil. Prof. in Ac. Lugd. Bat.*
Jacobus Ulaardingeword *M. D. & Pract. Delphis Bat.*
* *Robertus* Wuedal *L. L. Anglus.*
Joannes Water *M. D. & Pract. Lugd. Bat.*
Joannes Wilmer *Londinenſis.*

* *Hieronymus* Zannichellius *Pharmacopæus Venetus.*

SYLLABUS AUCTORUM

Quorum nomina brevioribus notis compendii cauſſa citata ſunt.

Ac. R. Sc. Par. Monumenta, & Hiſtoria Academiæ Regiæ Scientiarum Pariſinæ. Gallice in 4.

Adv. Adverſaria nova Stirpium, auctoribus Petro Pena, & Mathia de Lobel. Londini 1575. in folio.

Agric. de Nat. Foſſ. Georgii Agricolæ de Natura Foſſilium Lib. 5. Baſileæ 1558. in folio.

Aldrov. Dendrol. Ulyxis Aldrovandi Dendrologia. Bononiæ 1668. in folio.

Alp. Exot. De Plantis Exoticis Libri duo Proſp. Alpini. Venetiis 1656. in 4.

Ambroſ. Phytol. Hyacinthi Ambroſini Phytologiæ Pars prima Tom. 1. Bononiæ 1666. in folio.

Ambroſ. H. Stud. Hyacinthi Ambroſini Hortus Studioſorum. Bononiæ 1657. num. 8.

Ang. Semplici dell' Eccellente M. Luigi Anguillara. Venet. 1561. in 8.

Antidot. Flor. Antidotario o vero Ricettario Fiorentino 1567. in Folio.

Athen. Athenæi Deipnoſophiſtarum Dalechampii interpretatione. Lugduni 1583. in folio.

Bald. Joſephi Baldi D. Med. Flor. Opus de Fungis nondum editum.

Ejusdem Liber de Plantis ad vivum depictis, qui nunc in Bibliotheca Sherardiana aſſervatur.

Banyſt. Joannis Banyſterii Plantarum in Virginia obſervatarum Catalogus. Apud Raii H. 1704.

Barr. Icon. Plantæ per Galliam, Hiſpaniam, & Italiam obſervatæ a Jacobo Barrelierio, editæ a Viro Clariſſimo Antonio de Juſſieu. Pariſ. 1714. in folio.

Barth. Act. Med. Thomæ Bartholinii Acta Medica, & Philoſophica. Hafniæ 1673. in 4.

Bellon. de Conif. Petrus Bellonius Cænomanus, de Arboribus Coniferis, & Reſiniferis. Pariſiis. 1553. in 4.

Bocc. Icon. Rar. Plant. Icones, & deſcriptiones rariorum Plantarum, &c. Pauli Bocconii. 4. Oxonii. 1674.

Bocc. Muſ. Muſeo di Fiſica Parte I. & Muſeo di Piante, &c. Parte II. di Paolo Boccone. Venet. 1697. in 4.

Bot. Monſp. Botanicum Monſpelienſe, Auctore Petro Magnol. 8. Monſpel. 1686.

Bot. Monſp. App. Ad Botanicon Monſpelienſe Appendix. 8. Eodem anno ibid.

Bot. Par. Sebaſtiani Vaillant Botanicon Pariſienſe. Leidæ, & Amſtelodami 1727. in folio.

Boher. Ind. Plant. Index alter Plantarum, quæ in Horto Academico Lugduno-Batavo aluntur. Pars I. & II. conſcriptus ab Hermanno Boërhaave. Lugduni-Batavorum 1720. in 4.

Braſſ. Exam. Simpl. Antonii Muſæ Braſavoli Ferrarienſis examen omnium ſimplicium medicamentorum, quibus in officinis utuntur. Lugduni 1537. in 8.

Breyn. Prodr. Jacobi Breynii Gedanenſis Prodromus faſciculi rariorum Plantarum ſecundus. Gedan. 1689. in 4.

Breyn. Diſſ. de Fung. Offic. Joannis Philippi Breynii Gedanenſis Diſſertatio Medica de Fungis officinalibus, & eorum uſu in medicina. Lugduni-Batavorum 1702. 4.

Breyn. Liber depictus in quo ſpectantur Fungorum imagines fere ad vivum ſuis quæque coloribus depictæ a Cl. Sherardo nobis communicatus.

Cæſalp. Andreæ Cæſalpini de Plantis libri XVI. Florentiæ 1583. in 4.

Cæſalp. H. Sicc. Andreæ Cæſalpini Hortus ſiccus, qui ab ipſo memoratur in Epiſtola nuncupatoria Operis ſui de Plantis, ubi refert ſe Alphonſo Tornabonio Epiſcopo Burgenſi illum paraſſe, unde tandem in manus Clar. Senatoris Pandulphi Pandulphinii devenit. Conſtat autem paginis majoribus 266. quibus agglutinata ſunt plantarum ſceleta fere 768.

Cam. Epit. Camerarius in Epitome Mathioli. De Plantis Epitome utiliſſima Petri Andreæ Mathioli Senenſis, a Joachimo Camerario concinnata. Francofurti ad Mœnum 1588. in 4.

Cam. Hort. Camerarius in Horto Medico, & Philoſophico. Francofurti ad Mœnum 1588. in 4.

Cardan. de ſan. tuend. Hieronymus Cardanus de ſanitate tuenda.

C. B.

C. B. Pin. Caſparis Bauhini Pinax Theatri Botanici. Baſileæ 1623. & 1671. in 4.

C. B. Prodr. Bauhini Prodromus Theatri Botanici. Francofurti 1620. Baſileæ 1671. in 4.

C. B. Theatr. C. Bauhini Theatri Botanici liber primus. Baſileæ 1663. in folio.

Caſt. Dur. Caſtor Durantes. Herbario nuovo di Caſtore Durante, Medico, e Cittadino Romano. Romæ 1585. Venetiis 1684.

Cat. Plant. Hort. Reg. Par. Catalogus Plantarum Horti Regii Pariſienſis, nondum editus, ſed a Viro Clariſsimo D. Antonio de Juſsieu in Plantarum ſpeciminibus ab eodem miſſis memoratus.

Cat. Plant. Giſs. V. Dill. Cat. Plant. Giſſ.

Cat. Plant. H. Piſ. V. H. Piſ.

Cat. Plant. H. Mauroc. Catalogus Plantarum Horti Mauroceni. Patavii 1713. in 8.

Cimel. Reg. Cimelium Regium: continens Plantas exiccatas, &c. A Botanico Pariſienſe memoratum.

Cluſ. Hiſt. Caroli Cluſii rariorum Plantarum Hiſtoria. Antuerpiæ 1601. in folio.

Cluſ. App. Alt. ad Lib. VI. Cluſius in Appendice altera ad librum VI. v. g.

Cluſ. Pann. Caroli Cluſii rariorum aliquot ſtirpium per Pannoniam, Auſtriam, &c. obſervatarum Hiſtoria. Antuerpiæ 1583. in 8.

Comm. Act. Reg. Pariſ. Commentaria ad Hiſtoriam Plantarum ordinandam, Auctore Dodarto fol. & in 8.

Comm. Cat. Plant. Holl. Joannis Commelini Catalogus Plantarum indigenarum Hollandiæ. Amſtelod. 1683. in 12.

Compend. della facoltà de' ſemplici. Compendio della facoltà de' Semplici, &c. Del Padre Filippo Fiorentino Minorita degli Oſſerv. Firenze 1572. in 12.

Col. p. I. Fabii Columnæ Ecphraſis ſtirpium Pars prima. Romæ 1616. in 4.

Col. p. II. Fabii Columnæ Ecphraſis pars altera. Romæ 1616. in 4.

Col. Phytob. Fabii Columnæ Phytobaſanos. Neapoli 1592. in 4.

Coroll. Joſephi Pitton Tournefortii Corollarium ad Inſtitutionum Rei Herbariæ. Pariſiis 1703. in 4.

Dill. Cat. Plant. Giſſ. Jo: Jacobi Dillenii Catalogus plantarum ſponte circa Giſſam naſcentium cum Appendice. Francofurti ad Mœn. 1719. in 8.

Dill. Suppl. Jo: Jacobi Dillenii Supplementum ad Appendicem Floræ Giſſienſis.

Dill. Nov. Plant. Gen. Jo: Jacobi Dillenii Haſſiacaſſellani nova Plantarum Genera in eodem Catalogo edita.

Dill. Liber depictus imaginibus Fungorum ad vivum expreſſis in agro Giſſienſi naſcentium a Cl. Sherardo communicatus.

Dioſcorid. Pedacii Dioſcoridis Opera omnia fol. Francofurti 1598.

Dod. Pempt. Remberti Dodonæi Mechlinienſis Medici Cæſarei, Stirpium Hiſtoriæ Pemptades ſex, ſive Libri XXX. Antuerpiæ 1616. in folio.

Elem. Bot. Elemens de Botanique, par M. Tournefort. a Paris 1694. in 4.

Eph. Nat. Cur. Cent. & Obſervat. & App. Ephemerides Naturæ Curioſorum.

Eyſt. Hortus Eyſtettenſis Opera Baſilii Beſsleri Philiatri, & Pharmacopæi. Norimbergæ 1613. in folio.

Fier. in Cœn. Joannis Baptiſtæ Fieræ Mantuani Cœna. Patavii 1649. in 4.

Flor. Altdorf. Floræ Altdorffinæ Deliciæ ſilveſtres, ſive Catalogus Plantarum in agro Altdorffino ſponte naſcentium a Mauricio Hoffmanno adornatus. Altdorffi 1677. in 4.

Flor. Jenn. Henrici Bernhardi Ruppii Flora Jennenſis. Francofurt. & Lipſiæ 1718. in 12.

Flor. Pruſ. Flora Pruſſica, ſive plantæ in Regno Pruſſiæ ſponte naſcentes, quarum Catalogus a Joanne Loeſelio primum editus eſt abſque figuris; denuo recuſum notis, & Iconibus illuſtravit Joannes Gottſched. Regiomonti 1703. in 4.

Fuchſ. De Hiſtoria Stirpium Commentarii inſignes, Auctore Leonhardo Fuchſio. Baſileæ 1542. in folio.

Galen. Claudii Galeni Opera Medica. Baſileæ 1549. in folio.

Ger. Emac. Joannis Gerardi, Angli, Hiſtoria Plantarum emaculata. Londini. 1597. in folio.

Hiſt. Plant. Pariſ. Hiſtoria Plantarum Pariſienſis, Auctore Joſepho Pittone Tournef. Pariſiis. 1698. in 12.

Hook. Micrograph. Hookii Micrographia. Londini 1667. in folio.

H. Cathol. Hortus Catholicus Auctore Franciſco Cupani. Neapoli 1696. in 4. cum ſupplemento 1. 2. 3.

H. Piſ. Hortus Piſanus, ſive Catalogus Plantarum Horti Medici Piſani. Auctore Michaële Angelo Tillio. Florentiæ 1723. in folio.

H. R. Monſp. Hort. Regius Monſpelienſis Petri Magnol. Monſpelii 1697. in 8.

I. B. Joannis Bauhini Hiſtoria Plantarum univerſalis, tribus Tomis exhibita. Ebroduni 1650. in folio.

Juſſ. in Barr. V. Barr.

Laël.

Lal. Triumf. apud fratrem. Lælii Triumfetti Catalogus Plantarum, cum obſervationibus Joannis Baptiſtæ Triumfetti ejus fratris editus.

Lugd. Hiſtoria generalis Plantarum a Dalechampio elaborata. Lugd. 1586. 2. Vol. in folio.

Malpig. de Plant. in al. veget. Marcellus Malpighius in Anatome Plantarum. de Plantis in aliis vegetantibus. Londini 1687. in folio.

Marc. Aurel. Sever. Marci Aurelii Severini Epiſtola ad Michaëlem Rupertum Beslerum de Lapide Fungifero edita in Calce Cœnæ Joannis Baptiſtæ Fieræ.

Marſil. Diſſert. de Gen. Fung. Ludovici Ferdinandi Marſilii Diſſertatio de Generatione Fungorum. Romæ 1714. in folio.

Mentz. Pug. Mentzelius in Pugillo rariorum Plantarum ad Calcem Indicis Plantarum Ejusdem editus.

Math. Petri Andreæ Mathioli Commentarii in Libros VI. Dioſcoridis de materia medica. Venet. 1565. & 1583. apud Valgriſium in folio.

Mont. Cat. Plant. Agr. Prod. Joſephi Monti Catalogi ſtirpium Agri Bononienſis Prodromus. Bononiæ 1719. 4.

Mor. Hiſt. Hiſtoria Plantarum Oxonienſis, Auctoribus Roberto Moriſone, & Jacobo Bobarto. Oxonii 1680. in folio.

Mor. H. R. Bleſ. Hortus Regius Bleſenſis auctus, Auctore Roberto Moriſone Londini 1609. in 8.

Mor. Præl. Notat eumdem Librum, ſive Præludia Botanica.

Park. Theat. Joannis Parkinſoni Theatrum Botanicum. Lond. 1640. in fol.

Petit. Petri Petiti Cenſura ad Chryſoſplenium Tournef. & Plantarum nova Genera. Namurci Gallico Sermone 1710. in 4.

Petiv. Muſ. Jacobi Petiverii Muſei Centuriæ X. Londini editæ ab anno 1695. uſque ad 1703.

Petiv. Gazoph. Gazophilacii naturæ, & artis Decades decem Ejusd. Londini ab anno 1702. uſque ad 1706.

Petiv. Ptherigraph. Americ. Ptherigraphia Americana Ejusdem. Eodem loco, & anno ædita.

Petiv. Concor. Gram. Petiverii Concordia Graminum, & Muſcorum, &c.

Petiv. in Tabb. Tozz. Petiverius in Tabulis Tozzianis. Cum D. Bruno Tozzius Abbas Vallis-Umbroſanus ſolers Naturalis Hiſtoriæ cultor atque indagator plura ſibi obſervata ad D. Petiverium dono miſiſſet, is æneis aliquot Tabulis omnia diligenter exprimi curavit, eaſque deinde amici nomine Tozzianas appellatas in publicum emiſit.

Petronii Arbitri. Satyricon.

Phytol. Brit. Phytologia Britannica. Londini 1650. in 8.

Pluk. Phytogra h. Leonhardi Plukenetii Phytographiæ Pars I. & II. Londini 1661. Tertia vero anno 1692 quarta demum anno 1696 exhibitæ ſunt in folio.

Plum. Cat. Plant. Americ. Catalogus Plantarum Americanarum Caroli Plumerii, editus in calce operis quod inſcribitur Nova Plantarum Americanarum Genera ejuſdem Auctoris. Pariſiis 1703. in 4.

Pon. Bald. Ital. Monte Baldo deſcritto da Giovanni Pona Veroneſe. Venezia 1617. in 4. Idem latine prodiit in folio cum Operibus Cluſii. Antuerpiæ 1691. Baſileæ vero in 4. 1608.

Ponted. Anth. Julii Pontederæ Anthologia. Patavii 1720. in 4.

Ponted. Diſſ. Ejusdem. Diſſertationes Botanicæ, ibidem, anno eodem, eademque forma.

Ponted. Comp. Tab. Ejusdem Compendium Tabularum Botanicarum. Patavii 1718. in 4.

Pont. Epiſt. Ejusdem Epiſtola ad Clariſsimum Sherardum edita in calce Comp. Tabul. Bot.

Prodr. Par. Bat. Prodromus Paradiſi Batavi, Amſtelodami cum Schola Botanica editus 1689. in 12.

Portæ Vill. Joannis Baptiſtæ Portæ Neapolitani Villæ. Lib. 12. Francofurti 1592. in 4.

Porta Phytognom. Ejusdem Phytognomonica Francofurti 1591. in 8.

Raii Hiſt. Joannis Raii Hiſtoria Plantarum tribus Tomis comprehenſa. Londini 1686. 1688. 1704.

Raii Syllog. Sylloge ſtirpium Europearum Ejusdem. Londini 1694. in 8.

Raii Synopſ. Synopſis Methodica ſtirpium Britannicarum Ejusdem. Londini 1690. 1696. & 1724. in 8.

Raii App. Appendix ad Synopſim editionis 1696.

Raii Faſc. Faſciculus poſt præfationem Synopſis editionis 1696. editus.

Rar. Muſ. Beſl. Rariora Muſei Besleriani autore Michaële Ruperto Beslero. Norimbergæ 1616. in folio.

Rup.

Rup. Flor. Jenn. Henrici Bernardi Ruppii Flora Jennenſis. Francofurti, & Lipſiæ 1718. in 8.

Scheuchz. Iter. Jo: Jacobi Scheuchzerii itinera Alpina tria. Londini 1708. in 4.

Scheuchz. Obſervat. Botan. Ejusdem Obſervationes Botanicæ in ſupradicto Opere inter ſecundum, & tertium iter auctæ.

Scheuchz. Prodrom. Agroſtograph. Joannis Scheuchzerii Prodromus Agroſtographiæ Helveticæ. Tiguri 1708. in folio.

Scheuchz. Agroſtograph. Agroſtographia, ſive Graminum, Juncorum, Cyperoidum, iiſque affinium Hiſtoria Ejusdem Autoris. Tiguri 1719. in 4.

Schevvenekf. Caſpari Schevvenekfeld Catalogus Stirpium, & Foſſilium Sileſiæ. Lipſiæ 1600. in 4.

Schol. Bot. Schola Botanica Pariſina. Amſtelodami 1689. & Pariſiis 1699. in 8.

Sibbald. Scot. Illuſtr. Scotia illuſtrata Auctore Roberto Sibbaldo. Edimburgi 1684. in folio.

Sloan. Hiſt. Jam. Hans Sloane Hiſtoria naturalis Jamaicæ. Anglicè Londini 1707. in folio.

Sloan. Cat. Jam. Catalogus Plantarum Jamaicæ Ejusdem. Londini 1696. in 8.

Sterb. Theatr. Fung. Franciſci Van Sterbeek Theatrum Fungorum. Antuerpiæ 1712. in 4.

Taber. Icon. Jacobi Teodori Tabernamontani Icones Plantarum. Francofurti 1590. in forma oblonga.

Theophr. Theophraſti Ereſii Hiſtoria Plantarum. Amſtelodami 1644. in folio.

Tournef. Coroll. V. Coroll.

Trag. Hieronymi Tragi de ſtirpibus libri tres. Argentorati 1552. in 4.

Triumph. Obſervat. Laëlii Triumphetti Catalogus Plantarum cum obſervationibus Joannis Baptiſtæ Triumphetti ejus fratris editus.

Triumf. H. Siccus. Ejusdem Hortus ſiccus qui nunc in ædibus Inſtituti Scientiaram Bononienſis aſſervatur, à Joanne Scheuchzero in ſua Graminum Hiſtoria memoratus.

Vaill. Nov. Plant. Gen. Sebaſtiani Vaillantii Nova nonnullarum Plantarum Genera in Commentariis Academiæ Regiæ Pariſienſis edita. An. 1719.

Valliſn. Obſerv. Oſſervazioni, ed Eſperienze di Antonio Valliſnieri. Venezia . . . in 4.

V. Luſit. & Vir. Luſit. Viridarium Luſitanicum Gabrielis Gryslei. Ulyſippone 1660. in 12.

Zan. Iſtoria Botanica di Giacomo Zanoni Sempliciſta, e Soprintendente all' Orto pubblico di Bologna 1675. in folio.

APPROBATIONES.

ADmodum Reverendus Lucas Joſeph Cerracchini S. T. D. videat attente, & legat Librum hunc cui titulus: *Nova Plantarum Genera, &c.* & an typis mandandus ſit referat. Datum ex Archiep. Palatio die 16. Julii 1726.

Horatius de Mazzeis Vicar. Gener.

Illuſtriſs. ac Reverendiſs. Dom.

ERuditiſſimum Librum diſertiſſimi Auctoris, cui titulus: *Nova Plantarum Genera*, attente legi, nihilque in eo, puritati Fidei, morum candori alienum inveni; Idcirco publici Juris faciendum cenſeo, & ſubſcribo. Die 23. Julii 1726.

Lucas Joſeph Cerracchini S. T. D. & Academicus Florentinus.

Attenta ſupradicta relatione Imprimatur.

Horatius de Mazzeis Vicar. Gener.

AD Admodum Rever. Dom. Joſephum Piſtoleſi Sac. Theol. Doctorem Priorem SS. Apoſtolorum, ut videat pro Sancto Officio, & referat. Dat. in Sanct. Inquiſit. Florentiæ Decimo Kalendas Auguſti 1726.

Magiſt. Fr. Joſeph Maria Peſenti de Bergomo Ord. Min. Conv. Vic. S. Officii Flor.

LIbrum, cui titulus: *Nova Plantarum Genera, &c.* de mandato Rever. Patris Inquiſitoris General. libentiſſime legi, & in ipſo nihil quod dogmata Fidei tangat, aut mores inveni, ſed ſolum *Nova Plantarum Genera* multa eruditione deſcribit; ideoque publici juris fieri poſſe cenſeo, &c.

Joſeph Piſtoleſi S. T. D. & Eccleſiæ SS. Apoſtolorum Prior S. Officii Reviſor.

Attenta ſupradicta Relatione Imprimatur.

Magiſt. Fr. Joſeph Maria Peſenti de Bergomo Ord. Min. Conv. Vicar. S. Officii Flor.

Imprimatur.

Philippus Bonarota Senat. & Audit. R. S. C.

NOVA

NOVA PLANTARUM GENERA

JUXTA TOURNEFORTIANAM METHODUM DISPOSITA.

Primæ Claſſi addenda, quæ ſequuntur.

DISTRIBUTIO PRIMA.

Plantæ humi ſerpentes, ex mera congerie foliacea conſtantes, conſiſtentiæ herbaceæ, foliis uno ex altero prodeuntibus, figura indeterminata, ſed plerumque dichotoma, flore monopetalo, campaniformi a fructu ſejuncto.

MARCHANTIA.

MARCHANTIA eſt plantæ genus, flore A A A monopetalo, campaniformi, & multifido, ſed ſterili, ſtaminibus B tenuiſſimis pulverulentis repleto, qui a gemino calyce C D ejusdem formæ ex longo filo E pendet. Fructus autem ſunt capſulæ coronatæ F infundibuli formam præſeferentes, circa mediam cavitatem operculo, ſeu diaphragmate G munitæ, quod dehiſcendo nullum ſervat ordinem. Harum centro capſularum H, nidulantur multa lentiformia, & ex una dumtaxat parte emarginata ſemina I. His notis addendi ſunt flores ex inferiore capituli parte K K e membranaceis & pulchrè fimbriatis vaginulis L egredientes. Omnia in Tabula a plantis ſeorſim exibita, & ſub literis A B C D E F G H I L M N O P poſita microſcopio ampliata ſunt. *Tab.* 1.

Marchantiæ ſpecies ſunt.

1. Marchantia major, capitulo ſtellato, radiis teretibus, capſularum ſeminalium crenis in longiuſculum veluti pilum deſinentibus Tab. 1. fig. 1. *Lichen petræus, ſive Hepatica fontana C. B. Pin.* 362. *Lichen, ſive Hepatica fontana I. B.* 3. 758. *Lichen Fuchſ.* 476. Ad fontium ſcaturigines, & ſecus aquarum rivulos per Etruſcas Alpes, & præſertim in Falteronæ Jugis, ubi autumnali tempore florentem vidimus.

Sequentibus major eſt, & tenacioris, ac pinguioris ſubſtantiæ, foliorum ſuperficie denſius teſſellata; ſcyphiola, ſeu capſulæ ſeminales, quamvis planta ſit major, parvæ ſunt.

2. Marchantia capitulo ſtellato, radiis teretibus Tab. 1. fig. 2. *Marchantia Comm. Ac. R. Sc. Anno* 1713. *pag.* 307. *Lichen petræus, ſtellatus C. B. Pin.* 362. *Lichen ſecundus Lob. Icon.* 246. *Lugd.* 1084. *Hepatica ſecunda Tabern. Icon.* 815. In ambulacris hortorum, & ad umbroſos, atque humidos parietes.

Figura hujus plantæ a Dom. Marchantio loco citato exhibitæ, quam nos quoque ſub Fig. 6. referimus, ita eſt exigua, ut diverſa a noſtra videatur: dummodo hujus parvitas ab alio ſiniſtro caſu non pendeat.

3. Marchantia foliis in medio atris, & non teſſellatis, capitulo ſtellato, radiis teretibus Tab. 1. Fig. 3. In agro Florentino, variis in locis, ſed rara.

4. Marchantia capitulo eleganter diſſecto, radiis ad extremitatem complanatis, & infra Cochlearis inſtar excavatis Tab. 1. fig. 4. In aquarum ſtillicidiis ubique circa Florentiam, & præſertim in Ripulenſi planitie juxta molendina ubi dicitur *i Gemitivi, o Balze de' Geſuiti*.

Foliis intensè glaucis, capſulis altiùs crenatis, capitulis ut jam diximus, a reliquis ſuis ſpeciebus facilè dignoſcitur.

5. Marchantia capitulo non diſſecto Tab. 1. fig. 5. *Lichen petræus, umbellatus C. B. Pin.* 362. *Lichen tertius Lob. Icon.* 246. *Lugd.* 1084. *Hepatica tertia Tabern. Icon.* 815. In molendinariis parietibus, & circa foſſas udas in loco nuncupato *Quarto*, necnon in monte ſupra templum Beatiſſimæ Virginis de Saxo ad rivulos, & aquarum ſcaturigines, ut in fonte vulgariter dicto *Fonte Rinalda*.

Quidam hanc cum ſecunda, & Lunularia confundunt, & unam dumtaxat plantam faciunt, in qua capitula ſtellata, pileata, & capſulas ſeminales infundibuliformes, & ſemilunatas oriri dicunt; hanc methamorphoſin apud nos contingere numquam vidimus, ſed quamlibet plantam ſuum peculiare capitulum, & ſeminales capſulas ſemper procreare obſervavimus.

Idem D. Marchantius in ſui Patris dignitatem, & honorem in Comm. Ac. R. Sc. Anno 1713. pag. 307. hujus generis characterem ſub eodem nomine oſtendit, non autem de fructu loquitur, quamvis plantarum folia ab eodem exhibita, eo munita ſint, videturque in ea eſſe opinione, ut planta, a qua genus illud conſtituit, oriri poſſit ex eodem ſtaminum pulviſculo, qui vel ab ipſis ſtaminibus, vel ab ipſis floribus ob elaſticam vim, aut per contractionem partium extra eosdem flores exploditur, ut rectè ad literam B apparet; hoc autem fieri nequit nullo hactenus exemplo, aut obſervatione comprobantibus, unica enim planta geminam ſeminis ſpeciem producere non poteſt; nos autem vera ſemina ab eorum parte ſinuoſa, vel emarginata M germinare, & incrementum capeſſere ſæpe vidimus, totidemque novellas plantas progignere, ſicuti eorum officium eſt, & quemadmodum apparet ſub litera N.

Foliorum ſuperficies, tam Marchantiæ, quam Hepaticæ cujuſcumque ſpeciei, peculiari, & veluti teſtudinato, aut limaceo ordine eſt inſculpta, prout oculus microſcopio munitus diſcernit O, & cujuslibet areolæ cutis medio in veſiculam quaſi elevata, atque elliptico foraminulo perbellè perforata; quæ omnia in Poro Cervino, necnon Anguino Imperati cernere eſt. Hujuſmodi Phænomenon apparet etiam in inferiori parte foliorum Oleæ, ſed areolis circinatis, pulchrè ſtriatis, foraminuliſque rotundis P.

HE-

HEPATICA.

HEPATICA est plantæ genus, floribus monopetalis, campaniformibus, in nonnullis speciebus per limbum A A A in plures partes dehiscentibus; in una verò dumtaxat apicem B tamquam operculum propellentibus, sed sterilibus, repletis filamentis C tenuissimis, & pulverulentis. Qui flores in prima specie calyce D sunt donati, & è pediculo longo E propendent, in ceteris vero calyce, & pediculo destituuntur F F. Fructum autem, quamvis diu, assiduequè requisitum, reperire minimè potuimus, verum genus quoddam capsularum tempore autumnali per foliorum superficiem G G G G G G G G erumpere vidimus, quales etiam occurrunt in generibus Targioniæ, & Lunulariæ a nobis institutis, de quibus capsulis sub eadem Lunulariæ descriptione agemus. His notis addendi sunt, flores omnes ex inferiori parte capituli, vel conici H, vel hemisphærici I a distinctis capsulis K K K K K prodeuntes. *Tab.* 2.

Hepaticæ species sunt.

1. Hepatica vulgaris, major, vel officinarum Italiæ Tab. 2. fig. 1. *Lichen petræus, cauliculo pileum sustinente C. B. Pin.* 362. *Lichen Plinii primus, pileatus Col. part.* 1. 331. *Lichen Dill. Nov. Plant. Gen.* 78. *Tab.* 1. *Jungermannia nemorosa, pediculo altissimo, tenerrimo, & candicante Flor. Jen.* 345. *Fegatella* vulgò nuncupata. In stillicidiis agri Florentini ubique provenit, necnon ad fontium scaturigines.

2. Hepatica media, capitulo hemisphærico Tab. 2. fig. 2. *Forte Lichen petræus, parvus, foliis crenatis Raii Synopsi. ed.* 3. 114. *n.* 2. *Hepatica capite palmato Petiv. Pteridograph. Americ. Tab. XV. n.* 6. In parietibus, & saxorum superficie, locis Septentrionem respicientibus, atque etiam ad umbrosarum fossarum margines.

3. Hepatica minor, angustifolia, capitulo hemisphærico Tab. 2. fig. 3. Inter muscos, & saxorum crepidines, pluribus in locis Florentiæ non procul, videlicet in monte *Boni* vulgariter nuncupato, juxta molendinum Diaboli, & per Scandicii alti territorium.

Hepatica dicitur, vel quoniam ejus folia hepatis lobum æmulantur, quem vulgus alam vocat, vel quia hepati medeatur.

TARGIONIA.

TARGIONIA est plantæ genus, flore A monopetalo, campaniformi, filamentis B tenuissimis, & pulverulentis repleto; sed sterili, & calyce carente, qui in adversa, & extrema foliorum parte in bifido C, & quasi bivaluo perianthio reconditur D. Fructum in hoc genere pariter non vidimus, nec ab aliis amicis nostris, & in re Botanica sodalibus adhuc compertum intelleximus. Doctissimus Fabius Columna hujus generis plantæ inventor pro fructu corpus a nobis Periantium dictum ostendit. Alii pro fructu accipiunt capsulas secundarias ad latera inferioris foliorum partis erumpentes, & sub literis E E E F F F incidentes. Plantulas a cespite segregatas pictor in majorem molem redegit; illa verò, quæ medium locum obtinet, inferiorem exhibet partem, aliæ verò superiorem. *Tab.* 3.

Targioniæ speciem unicam novimus.

1. Targionia minima, & vulgaris Tab. 3. *Lichen petræus, minimus, fructu Orobi C. B. Pin.* 362. *seu potius Jungermannia latifolia, nemorosa, capsula Oroboide Flor. Jen.* 345. *Lichen alter acaulis,* ὑποφυλλόκαρπος *Col. part.* 1. 333. Provenit in ericetis, necnon in muscosis locis, & ad sylvarum margines ubique apud nos, præsertim in Plebaniis Juguli, atque Imprunetæ.

Excellentissimus Doctor Cyprianus Targionius Florentinus, Academicus Botanicus inter principes Patriæ Medicos sanè recensendus, cui ob multa medicamenta pro-

prio marte ſalubriter inventa, Medicina, immo cives omnes plurimum debent, domum ſuam non ſumptibus, non laboribus ullis parcens, cum inſignium Pictorum tabulis, tum omnis generis rebus naturalibus elegantiſſime exornavit, atque illuſtravit; ipſius beneficio uno in loco viſuntur quæcumque a remotis, ac diſſitis regionibus feruntur; Illic quidquid flumina, quidquid maria omnia, & omnes terræ gignunt, cognoſci facile poteſt, adeout maximam ad naturalem hiſtoriam acceſſionem inde ſperare cuique liceat. Quid? Quod herbas univerſas mira arte medicatas, velut recenter ſolo decerptas ſervat, quid vero? quod cujuſcumque generis animantes ipſis etiam viſceribus integris, quaſi vivas, & adhuc ſpirantes, nullis opobalſamis, nullis liquoribus infuſas perpetuat, ipſe in memoriam poſterorum perpetuo vivere digniſſimus.

SPHÆROCARPOS.

SPHÆROCARPOS eſt plantæ genus A, cujus florem licet non vidimus adhuc, attamen propter naturam, & affinitatem cum antecedentibus, & nonnullis ſubſequentibus generibus inter perfectas plantas collocamus. Fructum profert ſphæricum B unicapſularem, ſeminibus C nullis filamentis interceptis repletum D, & conditum in centro E cujusdam vaſculi, ſeu angiocarpi F ampullæ, aut veſicæ modo inflati, foliorum ſuperficiei undique ſuperpoſiti, atque affixi G, prout microſcopio apparet.

Sphærocarpi ſpeciem unicam novimus.

1. Sphærocarpos terreſtris, minima Tab. 3. In hortis Florentiæ tota hyeme, & principio Veris viget, ut in viridariis Cœnobii Sanctorum Omnium, & præſertim in illo, quod ad Officinam Aromatariam pertinet.

Sphærocarpos dicitur a vocibus græcis σφαῖρα *ſphæra, &* κάρπος *fructus, quaſi dicatur fructus ſphæricus.*

DISTRIBUTIO II.

Plantæ ut in prima diſtributione, ſed flore patente, & multifido ſejuncto a fructu.

LUNULARIA.

Tab. 4. LUNULARIA eſt plantæ genus, floribus A monopetalis, campaniformibus, patentibus, & ita ſectis, ut tetrapetali videantur, qui filamentis, ſeu ſtaminibus tenuiſſimis, & pulverulentis ad extremum B muniuntur, ſed ſteriles, & calyce carentes, exeuntes ex tubularis radiis C capituli D cruciformis, quod in foliorum margine a geminata membranacea vagina E erumpit. Fructus autem ſunt capſulæ F, quæ in Lunulæ decreſcentis figuram dehiſcunt, ſeminibus G lentiformibus, & veluti marginatis repletæ.

Lunulariæ ſpecies unica.

1. Lunularia vulgaris Tab. 4. *Lichen, ſive Hepatica lunulata,* ἐπιφυλλόκαρπος *D. Dale Raii Hiſt. Tom.* 1. 125. *& Tom.* 3. 47. *& Cat. Plant. Angl. App. & Synopſ. ed.* 2. *num.* 6. *Lichen pileatus, parvus, capitulo crucis inſtar ſe expandente Ejuſdem ed.* 3. 115. *num.* 3. *Lichen petræus, caulis foliorum medio lunulis ſeminiferis donatus Pluk. Almag.* 216. *Hepatica humi ſerpens, ſeminifera Malpig. de Plant. quæ in aliis vegetant pag.* 142. *fig. M. N. O. An Lichen petræus, muſcoſus, racemoſus C. B. Pin.* 362. *? ſive Lichen fontanus, capitulis rocemoſis Ejusdem Prodr.* 152. Quamvis hæc planta in agro Florentino, tum in humidis, tum in foſſarum aggeribus, & in opacis hortorum ambulacris ubique copioſiſſima ſemper

ſine

ſine flore proveniat; attamen Anno 1710. menſe Majo in loco tantum, qui dicitur *Scandicci alto* (ut puto Scamnicius altus) arridente fortuna floribus totam onuſtam comperimus.

Præter ſupradictas capſulas ſeminales a natura in hoc genere pro conſervatione, & propagatione plantæ inſtitutas, aliæ dantur ſpecies, quas Icon exhibet ad literas H H H H H H H, quæ ſunt ejuſdem prorſus naturæ, ac formæ, quarum in Hepaticæ, & Targioniæ generibus jam deſcriptis mentionem fecimus.

Quæ capſulæ in Hepatica, & in planta de qua agimus in aliqua ſuperficiei parte ſunt diſperſæ, & tamquam gemmæ in annulo, aut verrucæ in manibus inſertæ, atque aſſixæ; in Targionia verò ad foliorum latera inferius poſitæ, & firmatæ (Tab. 3. F F F) Has aperiri natura non patitur: deſuper autem a verrucis minutiſſimis exaſperantur, & interius in diverſas, ac perexiguas cellulas (Tab. 2. L) partitæ ſunt, in ſingulis corpus eſt candidum (Tab. 2. M.) figura elliptica, quod per maturitatem in lacteum ſolvitur liquorem; Idem liquor in eamdem capſularum ſuperficiem exudat, & inde evaneſcit, capſulæque tandem contabeſcunt.

Qui liquor ſi a curioſis, & plantarum partes funditus agnoſcere cupientibus optimæ notæ microſcopio examinetur, conſtare patebit aquea ſubſtantia, & minutiſſimis ſphæriciſque corpuſculis globulorum inſtar, qui in lacte, & ſanguine humano reperiuntur pro ut (Tab. 2. N.) luculenter apparet.

Quidam has capſulas fructum ipſarum plantarum exiſtimant, ſed allucinati ſunt; alii eſſe vaſa excretoria contendunt, quorum ſententiæ libenter acquieſcimus. Cetera, quæ de earum natura tradi poſſent ad ſtudioſorum Philoſophorum judicium remittenda duximus.

Lunularia dicitur a fructu Lunæ naſcentis, vel decreſcentis modo falcato.

MARSILEA.

MARSILEA eſt plantæ genus flore A monopetalo, campaniformi patente, in quatuor profundas partes diſſecto, ac veluti quatuor petalis conſtare videatur, ſed ſterili, filamentis, aut potius cum clariſſimo Columna ſtaminibus tenuiſſimis, & pulverulentis, nunc in medio B, nunc ad extremum C donato. Idem calyce caret, & pediculo D inſidet, ac è vagina tubulata E egreditur. Capſulæ autem ſeminales perexiguæ in plantis plerumque non floriferis, in nonnullis ſpeciebus per totam foliorum ſuperficiem F, in aliis vero per eorum extremitatem occurrunt G, in quarum ſinu unicum, & rotundum habetur ſemen H. *Tab.* 4.

Marſileæ ſpecies ſunt.

1. Marſilea major, atro-virens, floribus albicantibus, è foliorum medio egredientibus Tab. 4. fig. 1. *Lichen petræus C. B. Pin.* 362. *Lichen alter minor, caule calceato* ὑποδεδεμένῳ *Col. Par.* 1. 332. *Lichenaſtrum capitulis rotundis, è foliorum medio enaſcentibus Raii Synopſ. ed.* 3. 110. *num.* 3. In loco ubi Marchantia quinta reperitur, aliiſque ſimilibus quoque locis frequens.

2. Marſilea media, pinguis, pallidè virens, floribus majoribus, nigricantibus, ad foliorum latera egredientibus Tab. 4. fig. 2. *An Lichenaſtrum capitulis oblongis juxta foliorum diviſuras enaſcentibus Raii Synopſ. ed.* 3. 110. *num.* 4.? Ubi ſupraſcripta, & prope molendina, vulgo *le Mulina di Rovezzano*, in agro Ripulenſi.

3. Marſilea terreſtris, minima, foliis ſinuatis, floribus nigricantibus, è foliorum lateribus provenientibus. Tab. 4. fig. 3. In umbroſis, & humidis foſſarum aggeribus variis in locis, ut in ſylva aucuparia, vulgo, *la Ragnaja del Poggio Imperiale*, & in quodam Imprunetæ caſtaneto nuncupato *Lojano*.

4. Marſilea minima, anguſtifolia, floribus nigricantibus ex inferiori foliorum parte a ſubhirſuta, & turbinata vagina erumpentibus Tab. 4. fig. 4. *Lichen terreſtris, ſupinus, minimus, dichotomos, oblongis ſegmentis, inter muſcos reptans Raii*

Sy-

Synopſ. ed. 2. 41. *n.* 9. *Ulva ſaxatilis, furcata, latiuſculis, & tenuioribus ſegmentis Ejusd. ed.* 3. 63. *n.* 8. In umbroſis nemoribus arborum caudices circumveſtiens, tum intus, tum extra noſtram Urbem, & per annum poſt diuturnam pluviam regerminat, ac floret.

5. Marſilea terreſtris, minima, anguſtifolia, nigricans, flore bipartito Tab. 4. Fig. 5. *An Lichenaſtrum gramineo pediculo, capitulo oblongo, bifurco Raii Synopſ. ed.* 3. 109. *n.* 1. ? D. Petiver in Tabulis Tozzianis delineavit hanc plantam adinventam a Reverendiſs. Abb. Vallumbroſano D. Brunone Tozzi ſecus viam ſub Eccleſia S. Miniatis de Podio ditionis Vallis-Umbroſæ.

Nulla hactenus ſemina in hac, & antecedenti ſpecie conſpeximus. Lactuca aquatica, tenuifolia, ſegmentis bifidis Muſ. Petiv. Cent. 2. num. 253. ſive Ulva paluſtris, furcata, anguſtioribus, & firmioribus ſegmentis Raii Synopſ. ed. 3. 63. n. 9. (quæ apud nos copioſiſſima etiam creſcit) ad hoc genus forſan ſpectare videtur; cujus figuram nos pariter exhibemus Tab. 4. n. 6.

Illuſtriſſimus, atque Excellentiſſimus D. Comes Aloyſius Ferdinandus Marſilii Patricius Bononienſis, Academiæ Regiæ Pariſienſis, & Londinenſis ſocius, Vir omnibus virtutum numeris præclariſſimus. Qualis, quantuſque ſit in ſcientiis omnigenis, atque artibus excitandis, proprioque ære fovendis, ſatis luculenter teſtantur, non dumtaxat inclytum ſcientiarum, & artium Bononienſium Inſtitutum ab eo fundatum, & magnopere locupletatum, cujus fama per integram jam percrebuit Europam; ſed & plura præclara ejus ſcripta, partim excuſa, partim excudenda. Quæ verò ab ipſo in lucem emiſſa fuerunt, ſunt de Boſphoro Thracio tractatus. Romæ 1681. *in quarto. De Potione Aſiatica. Viennæ Auſtriæ* 1685. *in* 12. *Diſſertatio Epiſtolaris de Phoſphoro Bononienſi minerali. Lipſiæ* 1698. *in quarto. Prodromus Operis Danubialis. Amſtelodami, vel Hagæ Comitum in* 8. *Specimen Phyſicum circa Maris Hiſtoriam una cum Kermes obſervationibus. Venetiis* 1711. *in quarto. Diſſertatio de Fungorum generatione. Romæ* 1714. *in fol. Nobiliſſimi hujus Viri amplius multa ſuperſunt adhuc edenda, verum nobis ſatis erit recenſere egregium ipſius Phyſicum opus de Maris Hiſtoria, typis Amſtelodamenſibus literario Orbi donatum in folio Anno* 1725. *ut & perinſigne Danubiale opus in ſex Tomos in fol. digeſtum, quod ad præſens ſub prælo Lugduni Batavorum itidem verſatur. Cum verò tanti Viri memoria omni jure celebranda, poſteritatique commendanda nobis videretur, hoc noſtrum plantæ genus ipſius condecorare nomine jure merito exiſtimavimus.*

DISTRIBUTIO III.

Plantæ humi plerumque ſerpentes, foliis ſimplicibus, in ſurculos diſpoſitis, flore monopetalo, campaniformi patente ſterili.

JUNGERMANNIA.

Tab. 5. JUNGERMANNIA eſt plantæ genus, a Marſilea diverſum, foliis in ſurculis bino ordine Trichomanis, & Polygonati more quadamtenus diſpoſitis. Semina in externa plantarum parte extant, pro ut infra demonſtrabimus.

ORDO I

Jungermanniæ foliis denticulatis, ſuperna parte auritis A, *foliorum apicibus* B *in ramulorum ſummitate* C *in ſemina abeuntibus* D.

JUNGERMANNIA Alpina, paluſtris, purpurea, Cambrica, foliis rotundioribus, auritis, tenuiſſimè denticulatis Tab. 5. fig. 16. *Muſcus Trichomanoides, pur-*

purpureus, Alpinus, rivulis innaſcens Lhvvyd. Raii Synopſ. ed. 1. 18. *num.* 22. *& ed.* 2. 40. *num.* 1. *Lichenaſtrum Trichomanis facie prælongum, foliis concavis, unam partem ſpectantibus Ejusd. Synopſ. ed.* 3. *pag.* 112. *num.* 17. Londino a Clariſſimo Sherardo tranſmiſſa.

2. Jungermannia nemoroſa, foliis acutioribus, auritis, tenuiſſime denticulatis, flore inſidente pediculo breviori Tab. 5. fig. 8. *Muſcus ſquamoſus, Nummulariæ folio, fructu pediculo carente Hiſt. Pariſ.* 503. In Sylva cædua Lojani per territorium Plebaniæ Imprunetanæ, & a Domino Vaillantio etiam habuimus.

3. Jungermannia Alpina, ſupina, foliis acutioribus, auritis, tenuiſſime denticulatis, flore inſidente pediculo breviori. Per Piſtorienſes Alpes, in rivulo nuncupato *il Borro, o Lama del Teſo* prope magalia cuſtodum equorum non adhuc domitorum.

ORDO II.

Jungermanniæ foliis non dentatis, inferna parte auritis E, *ſeminibus deſuper undique, & præcipue circa margines* F *poſitis.*

JUNGERMANNIA foliis circinatis, auritis, imbricatim diſpoſitis, ex viridi flaveſcentibus Tab. 5. fig. 21. *Lichen parvus, in corticibus arborum humidis repens, foliis ſubrotundis ſquamatim incumbentibus Raii Synopſ. ed.* 2. 41. *num.* 10. *& Hiſt. Tom.* 3. 48. In arborum caudicibus, & in ſepiariis plantis apud nos occurrit.

ORDO III.

Jungermanniæ foliis non auritis, denticulatis G.

JUNGERMANNIA major, foliis ſubrotundis, tenuiſſime denticulatis Tab. 5. fig. 1. Circa Archicœnobium Vallis-Umbroſæ ad aquarum rivulos, necnon in umbroſis ſylvis Florentia non diſtantibus ad arborum radices.

2. Jungermannia major, altera, foliis ſubrotundis, tenuiſsime denticulatis Tab. 5. fig. 2. *Specimen hujus plantæ accepimus primum ab amico noſtro Domino Sherardo nomine Muſci Trichomanoidis, foliis rotundioribus, pellucidis, ſquamatim conjuncte ſibi incumbentibus Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 627. *ſect.* 15. *Tab.* 6. *fig.* 42. *Et paulo poſt recepimus ab eodem laudato Viro ſub nomine Muſci Trichomanis facie, foliis utrimque rotundis Jungermanni Cat. Altdorf. & Raii Synopſ. ed.* 2. *pag.* 35. *num.* 1. *Item ab Excellentiſs. D. Sebaſtiano Vaillant. nomine Muſci Nummulariæ foliis ſubrotundis, denſe poſitis Inſt. R. H.* 555. *& nomine Muſci Nummulariæ folio, majoris Ejusd. Ad quam plantam forſan reducendus videtur Muſcus Lichenoides, capitulis, & tubulis membranaceis, pediculo longiori inſidentibus, quadripartito diviſis Pluk. Almag. Bot. de foliorum vero denticulis nemo loquitur.*

ORDO IV.

Jungermanniæ foliis non auritis, anguloſis H, *ſeminibus* I *diſpoſitis in racemos* K *per ramulorum longitudinem* L.

JUNGERMANNIA foliis latiuſculis, obtuſis, undulatis, & veluti anguloſis Tab. 5. fig. 10. *An Lichen terreſtris, minimus, viridis, criſpus, Lactucæ Marinæ accedens D. Doody Raii Hiſt. Tom.* 3. 48.? *Planta initio ſui ortus Lactucæ ceſpitem perbelle repreſentat M, deinde paulatim in ſurculum ſe extendit* N. Provenit circa foſſas udas ſub nemorum umbris, ſicut etiam in apricis ericetis.

2. Jun-

2. Jungermannia Alpina, foliis ſubrotundis, latiuſculis, anguloſis Tab. 5. fig. 11. *An Muſcus Polytrichoides, pellucidus, fere foliis denticulatis, ad margines veluti criſpis Pluk. Almag.* 747. *& Phytograph. Tab.* 98. *fig.* 8.? In Alpibus Venedotiæ creſcit ſimul cum *Muſco terreſtri, vulgari, ſimili lanuginoſo Raii Synopſ. ed.* 2. *pag.* 37. & cum eodem obiter commixto accepimus Londino.

ORDO V.

Jungermanniæ foliis neque auritis, neque denticulatis O.

JUNGERMANNIA major, foliis brevioribus, & obtuſioribus, non dentatis Tab. 5. fig. 3. *An Muſcus bifolius, procumbens, foliis rotundioribus Flor. Pruſſ.* 167.? In Hercynia ſylva, variis in locis ad arbores.

2. Jungermannia foliis oblongis, acuminatis. *Muſcus Lichenoides, foliis cauli ſquamatim incumbentibus, anguſtior Raii Synopſ. ed.* 2. 339. *Lichenaſtrum imbricatum, minus Raii Synopſ. ed.* 3. 111. *num.* 11. Ex Anglia ab eodem D. Sherardo miſſa.

3. Jungermannia terreſtris, viticulis longis, foliis perexiguis, denſiſſimis, ex rotunditate acuminatis Tab. 5. fig. 4. In Petræſanctæ Prætura inter Roſinam, & Stazzemam, ferri fodinas verſus, ad ſaxa, ſubumbris, & in eorum cavernis cum *Lingua Cervina foliis coſtæ innaſcentibus Inſt. R. H.* 541. provenit.

4. Jungermannia paluſtris, repens, foliis denſiſſimis, ex rotunditate acuminatis Tab. 5. fig. 5. Ad Garzæ torrentis originem, & in ſtillicidiis juxta Rovezzani molendina.

5. Jungermannia paluſtris, minima, repens, foliis ſubrotundis, denſiſſimis, læte virentibus Tab. 5. fig. 6. In agro Florentino copioſa ad aquas guttatim decidentes, vulgariter *luoghi detti Gemitivi*.

6. Jungermannia paluſtris, omnium minima, foliis ſubrotundis, denſiſſimis, læte virentibus Tab. 5. fig 7. Prope Florentiam ad Eccleſiam Virginis Deiparæ Impiunetæ, in loco *il Borro del Poggio del Caſtellare*.

ORDO VI.

Jungermanniæ foliis neque auritis, neque denticulatis, ſed bifidis P, *ſeminibus* Q *vel in corymbos per ramulorum ſummitates* R, *vel in racemos* S *ſecus foliorum margines* T *digeſtis*.

JUNGERMANNIA repens, foliis cordatis, carinatis Tab. 5. fig. 9. In Imprunetanæ Plebaniæ tractu, per caſtanearum ſylvas, & ad earum radices, necnon in ſterilioribus non longe ab Eremulo Divi Stephani, in loco nuncupato *il Poggio del Caſtellare*.

2. Jungermannia terreſtris, repens, foliis ex rotunditate acuminatis, bifidis, apertura pene viſibili Tab. 5. fig. 14. *Lichen minimus, albeſcens, cauliculis reptans, foliis pinnatis, capitulis nigris, lucidis Raii Synopſ. ed.* 2. 41. *num.* 5. Ad arborum radices in ſylvis apud nos, nec non in foſſarum aggeribus, & Londino quoque habemus.

3, Jungermannia major, repens, foliis bifidis Tab. 5. fig. 12. *Muſcus pennatus, foliis ſubrotundis, bifidis, major Inſt. R. H.* 555. *Lichenaſtrum Trichomanis facie, foliis bifidis, majus Cat. Pl. Giſſ.* 212. *& Raii Synopſ. ed.* 3. 113. *n.* 19. *Lichen viridis, foliis denſe ſtipatis Petiv. Gazophyl. Nat. & Art. Tab.* 13. *fig.* 4. Circa Archicœnobium Vallis-Umbroſæ.

4. Jungermannia minor, repens, foliis ſubrotundis, bifidis, vagina florum cylindracea Tab. 5. fig. 13. *Muſcus pennatus, foliis ſubrotundis, bifidis, minor.*

Inſt.

Iſt. R. H. 555. *Lichenaſtrum Trichomanis facie, foliis bifidis, minimum Cat. Plant. Giſſ.* 212. *& Raii Synopſ. ed.* 3. 113. *num.* 20. In ſylvarum foveis ad umbras, per territorium Scandicci alti.

4. Jungermannia minima, repens, foliis bifidis, vaginâ florum cylindraceâ. Tab. 6. fig. 17. In prædicto territorio juxta nemus Dominorum de Vitis.

5. Jungermannia minima, repens, foliis bifidis, vaginâ florum ventricosâ Tab. 5. fig. 15. Ipſa planta duplo minor eſt, quam exprimat Icon. Ubi antecedens, & in ſtillicidiis vulgò *le Balze de' Geſuiti* in Ripulenſi planitie.

Præter unicam Jungermanniæ ſpeciem, in ordine ſecundo deſcriptam, tres inſuper infra demonſtramus, quæ ad eumdem ordinem referri debent.

JUNGERMANNIA minima, foliis auritis, ex rotunditate acuminatis, flore nigricante, vaginâ cylindraceâ Tab. 6. fig. 18. Per Scandicci alti nemora, & ſignanter in Ilicifera ſylva D. Marchionis de Niccolinis.

2. Jungermannia minima, foliis auritis, ex rotunditate acuminatis, punctatis, ac veluti perforatis, floribus vireſcentibus, vaginâ cordiformi Tab. 6. fig. 19. Ad arborum radices per viridarium *Boboli*.

3. Jungermannia, omnium minima, ſeu vix conſpicua, Serpylli, aut Herniariæ foliiis, auritis, floribus ex albo vireſcentibus, vaginâ cordiformi Tab. 6. fig. 20. Plantula duplo minor eſt Icone. In eodem viridario *Boboli* pariter ad arbores provenit.

Huic Plantæ Jungermanniæ nomen indidimus cum D. Ruppio, qui in ſua Flora Ienenſi, tali uſus eſt nomine, in laudem D. Ludovici Jungermannii Auctoris Cat. Horti Medici Altdorfini editi Altdorffi, anno 1662. *&* 1677.

MUSCOIDES.

MUSCOIDES eſt plantæ genus ab Jungermannia diſcrepans, ſurculis tribus, quatuor, aut quinque foliorum ordinibus veſtitis: inferiores verò ordines ſuperioribus ſunt valde minores. Semina A non in externa foliorum parte, ſed recondita in ſinu ſquamarum B cujuſdam fructus C, qui locuſtarum Graminis amoris formam præ ſe ferens, per ſurculos vel per plantas non floriferas DEFG innaſci ſolet, ut patet ſub litteris HIKL. *Tab. 6.*

ORDO I

Muſcoidis ſurculis quinque foliorum ordinibus tectis, duobus nempe in ſuperna parte M, *reliquis in inferiori* N.

MUSCOIDES ſquamoſum, ſaxatile, maximum, compreſſum, ex obſcuro vireſcens, foliis ſubrotundis non nihil denticulatis Tab. 6. fig. 1. *Figura Muſci terreſtris, ſquamoſi, elegantis, in humidis naſcentis, ſurculis, & foliis Thuyiæ inſtar compreſſis Mor. Hiſt. Oxon. Par.* 3. 625. *n.* 16. *ſect.* 15. *Tab.* 5. *fig.* 15. *melius reſpondet hujus Muſcoidaſtri ſpeciei, quam ſequenti, & ſubſequenti.* In Monte Murello circa vaccarum ſtabulum D. Marchionis Dantis de Caſtilione, in loco dicto *le Balze*, nec non in collibus Imprunetæ per Morzani nemus juxta rivulum in opacis locis.

2. Muſcoides ſquamoſum, majus, atro-virens, foliis ſubrotundis Tab. 6. fig. 3. *Muſcus ſquamoſus, foliis ſubrotundis, denſiſſimis Inſt. R. H.* 554. *Muſcus muralis, floridus, foliis ſubrotundis, creberrimè imbricatim diſpoſitis, ſive Muſcus muralis, platyphyllos Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 627. *ſect.* 15. *Tab.* 6. *fig.* 44. *Muſcus muralis, platyphyllos D. Bobart Raii Synopſ. ed.* 2. 22. *num.* 10. *& Hiſt. Tom.* 3. 40. *Lichenaſtrum imbricatum, majus Ejusdem Synopſ. ed.* 3. 111. *n.* 10.

& Cat. Giſſ. Suppl. 172. 174. *An Muſcus terreſtris, ſquamoſus, elegans, in humidis naſcens, ſurculis, & foliis Thuyæ inſtar compreſſis Raii Synopſ. ed.* 2. 39. *num.* 17. *& Mor. Hiſt. Oxon. Par.* 3. 625. *n.* 16. *ſect.* 15. *Tab.* 5. *fig.* 15.? In ſylvis per arborum caudices, & in vetuſtis parietibus, opaciſque locis frequens apud nos.

3. Muſcoides ſquamoſum, medium, rotundifolium, atro-virens Tab. 6. fig. 4. In iiſdem locis cum antecedente.

4. Muſcoides ſquamoſum, ſaxatile, nigro-purpureum, ſurculis anguſtioribus, foliis circinatis, minoribus Tab. 6. fig. 5. *Muſcus Lichenoides, foliis cauli ſquamatim incumbentibus, anguſtior Raii Synopſ. ed.* 2. *App.* 339. *Lichenaſtrum imbricatum, minus E. uſdem in Synopſ. ed.* 3. 111. *num.* 2. In ericetis montoſis, ut in loco dicto *Caſignano*, & præſertim circa D. Joannis Laurentii de Puccis Villam copioſiſſimum, tum ad arbores, tum ad ſaxa.

ORDO II

Muſcoidis ſurculis quatuor foliorum ordinibus indutis, duobus in ſuperiori, foliiſque planis O, *reliquis in inferiori parte, foliiſque cucullatis* P.

MUSCOIDES minimum, foliis alternis, ſuperioribus circinatis, inferioribus cucullatis, flore pediculo ferme carente Tab. 6. fig. 6. *Muſcus ſquamoſus, Nummulariæ folio, minor Hiſt. Plant. Pariſ.* 503. *Muſcus ſaxatilis, Nummulariæ folio, minor Inſt. R. H.* 555. In arborum caudicibus variis locis circa Florentiam, & per ipſam Urbem creſcit copioſum, ut in Regio Viridario *Boboli*. Lutetiâ Pariſiorum a D. Vaillantio etiam tranſmiſſum.

ORDO III

Muſcoidis ſurculis tribus foliorum ordinibus veſtitis, duobus ſcilicet in ſuperna parte Q, *tertio verò in inferiori* R.

MUSCOIDES terreſtre, repens, ex obſcuro virescens, foliis ſuperioribus, & inferioribus ad extremitatem dentatis Tab. 6. fig. 2. In Etruria inter Petramſanctam, & Seravezam per margines, & aggeres viæ pubblicæ circa medium iter.

Muſcoides dicitur quaſi planta ad Muſcos accedens.

DISTRIBUTIO IV.

Plantæ ut in prima, & ſecunda diſtributione, ſed flore monopetalo, corniculato, bipartito a fructu disjuncto.

ANTHOCEROS.

Tab. 7. ANTHOCEROS eſt plantæ genus, flore A monopetalo, corniculato, in duas veluti carinas B uſque ad centrum dehiſcente, qui filamento, ſeu ſtamine pulverulento donatus in medio C, ſed ſterili, e calyce, aut potius vaginâ tubulatâ D ſurgens. Fructus autem ſunt capſulæ, quæ quandoque in plantis floriferis E, quandoque in non floriferis F reperiuntur, & in plures radios G ore ſuo expanduntur, in quarum unaquaque modo ſingula, modo terna, & interdum quaterna comprehenduntur ſemina H.

An-

Anthoceri ſpecies ſunt.

1. Anthoceros major Tab. 7. fig. 1. In Viridarii *Boboli* ambulacris, plerumque umbroſis, & extra Urbem in foſſarum aggeribus, præſertim ſecus viam ducentem ad Caſtellum Villam Regiam.

2. Anthoceros minor, foliis magis carinatis, atque eleganter crenatis, ſubtus incurvatis Tab. 7. fig. 2. In ſylvis cœduis, per ericeta, & muſcoſa loca ad radicem montis Feſulani, videlicet prope Rus D. Equitis *del Turco*, necnon circa Piſtorium extra portam Divi Marci ad aggeres agri molendini Abbatiæ S. Michaëlis in Furculis, ſicut etiam inter Aquampendentem, & Volſinienſem lacum in loco *S. Lorenzino alle Grotte*.

Hujus plantæ folia, floribus decorata, & ad latera poſita ſub literis II, ut melius oſtendantur, a naturali eorum menſura duplo ſunt ampliata, ſed a Chalcographo depravata, cum ſint etiam ſatis carinata, ad margines eleganter denticulata, deorſumque retorta, velut avis roſtrum, ut in addito folio K.

Anthoceros dicitur a vocibus Grecis ἄνθος *flos*, & κέρας *cornu*, *quaſi diceres florem corniculatum.*

DISTRIBUTIO V.

Plantæ non cruſtaceæ, flore monopetalo, campaniformi a fructu ſejuncto.

FLUVIALIS.

FLUVIALIS eſt plantæ genus, flore A quodam monopetalo, & ad campanæ formam accedente, in quatuor veluti foliola deorſum reflexa altius diviſo; ſed ſterili, & è vaginulâ B, tubulatâ, ac bilabiatâ emergente: Embryon autem C abit deinde in fructum D, incluſum folliculo, qui vel abit in plura capillamenta E, vel in unicum F. Primæ ſpeciei fructus memoratus in quatuor loculamenta dividitur G, quatuorque ſemina continet H, in reliquis unica cavitate donatur I, unicumque ſemen fovet K. *Tab.* 8.

Flos prædictus quamvis diverſus ab illo, quem D. Vaillantius deſcribit in Actis Reg. Scien. Acad. anno 1719. pag. 17. & 62. attamen unum eumdemque cenſemus, quod diſcrimen ab aliquo fortuito caſu oriri potuit; ideoque diligentiori relinquimus obſervationi.

Fluvialis Species ſunt.

1. Fluvialis latifolia, fructu obtuſo, tetraſpermo Tab. 8. fig. 1. In iiſdem locis cum ſequenti provenit, ſed rara.

2. Fluvialis latifolia, fructu minus obtuſo, monoſpermo Tab. 8. fig. 2. *Fluvialis Piſana, foliis denticulatis I. B. 3. 779. Fluvialis vulgaris, latifolia D. Vaillant. Nov. Plant. Gen. in Comm. Ac. R. Scient. anno* 1719. 17. *&* 62. *Fucus fluviatilis, aculeatus Inſt. R. H.* 569. *Potamogeton fluviatile, Sargazo ſimile, lucens, foliis margine dentatis Pluk. Phytograph. Tab.* 216. *fig.* 4. *Raii Hiſt. Tom.* 3. 121. Copioſa legitur menſe Auguſti cum floribus, & fructibus per canalem Piſis Liburnum tendentem, ubi etiam a D. Agerio Medico Argentinenſi reperta.

In Icone Bauhiniana hæc & ſequens planta expreſſa eſt, ſed utraque corrupta, depravata, & ſimul juncta, ut in ramulo ad dexteram; ab Auctore pro una tantum ſpecie exhibetur.

3. Fluvialis minor, foliis anguſtiſſimis, denticulatis, deorſum reflexis, fructu acuto, tenujori, monoſpermo Tab. 8. fig. 3. *Fluvialis anguſto, longoque folio D. Vaillant. Nov. Plant. Gen. in Comm. Ac. R. Scient. anno* 1719. 17. Ubi antedi-

tedicta non ſolum, ſed etiam prope Florentiam, ut & in agro Bononienſi juxta Buthrium, ubi ab excellentiſſimo Domino Amadeo nobis primum fuit demonſtrata.

Fluvialis dicitur quòd in fluviis pigrioribus, vel leniter fluentibus plerumque oriatur.

DISTRIBUTIO VI.

Plantæ flore monopetalo, campaniformi, cujus calyx abit in fructum.

ANGUINA.

Tab. 9. ANguina eſt plantæ genus, a Momordica diverſum, flore A capillamentis tenuiſſimis ornato, & fructu B per ſe minimè dehiſcente.

Anguinæ ſpeciem unicam novimus.

1. Anguina Sinenſis, flore albo, elegantiſſimo, capillamentis tenuiſſimis ornato, fructu longo intorto, ſub initium ex albo, & viridi variegato, per maturitatem prorſus rubro Tab. 9. *Cucurbita Sinenſis, fructu longo Anguino, vario, flore candido, capillamentis tenuiſſimis ornato Hort. Piſ. Tab.* 22.

Anguina dicitur a fructus forma.

Ex ſeminibus e Sina a D. Abbate Ignatio Cordero Eminentiſſimi Card. de Tournon comite ad Illuſtriſſimum, & Clariſſimum Dominum Senatorem Philippum Bonarotam tranſmiſſis; Hæc planta, una cum alia Cucurbitæ ſpecie enuntianda in Elencho noſtro rariorum plantarum in hortis noſtris germinavit, & fructus ad maturitatem perduxit. Utriuſque junioribus fructibus Sinenſes, ut aliis Cucurbitarum ſpecibus veſcuntur; prima ab ipſis Patola, *altera verò* Pipingai *appellantur.*

VALLISNERIA.

Tab. 10. VAllisneria eſt plantæ genus, in aquis naſcens, cujus flos monopetalus A in tres bifidas partes uſque ad centrum ſectus, itaut tribus petalis conſtare videatur, ſuperna parte convexis, inferna cavis, & filamento quodam tereti B, tamquam ſtamine inſtructis, è vaginulâ cylindraceâ C, cum ore bifido, ac ad latera veluti marginata flos ipſe conſurgit, & calyci D tripartito inſidet. Hujus autem calycis pars poſterior abit deinde in fructum longum, teretem, æqualem, cylindri æmulum E, unicapſularem F, ſeminibuſque fœtum oblongis G. His notis adjungi debet caulis crinium retortorum in modum pulchrè convolutus H, & circa florum baſim I, vel calycem inter & florem K, alia tria alba, nuda, & complanata capillamenta prodeunt.

Valliſneriæ ſpeciem unicam novimus.

1. Valliſneria paluſtris, Algæ folio, Italica, foliis in ſummitate denticulatis, flore purpuraſcente Tab. 10. *Potamogeton Algæ folio, Piſanum Bocc. Muſ. Part.* 1. 289. E. In foſſis Piſanis ob nimiam, & importunam repentem radicem ſuam ita ſe latè diffundit, ac propagat, ut integrum aquarum fundum occupet, & foliis earum ſuperficiem operiat, ſicque navicularum tranſitus interdum retardatur.

Clariſſimus Antonius Valliſnerius ab inclita Nobilium de Valliſneria Stirpe natus, ſexageſimum tertium agens annum, Joſephi celeberrimi Principum Eſtenſium Medici nepos, Cæſaris Magati de rara vulnerum curatione auctoris famigeratiſſimi pronepos, in Patavino Archilyceo Theoricam Medicinam publicè profitentium

Prin-

Princeps, AUGUSTISSIMI ROMANORUM IMPERATORIS CAROLI VI. *Archiater cubicularius, & Archiatrorum comes; Collegiatus Regiensis, ac Venetus, Regiæ Londinensis Societatis, Cæsareæ Naturæ curiosorum Academiæ, Apathistarum Florentiæ, Philosophicæ Bononiensis, Mutorum Regii, Recuperatorum Patavii, Arcadum Romæ, Innominatorum Bradensium, Physiocriticorum Senarum, Archontum Italiæ socius, ac Ruscianensis Academiæ Consiliarius Promotorialis perpetuus; de naturali, ac medica historia apprimè meritus, tot tantisque editis præstantissimis operibus in toto literario Orbe est celeberrimus, quem singulari doctrinâ non impari fortunâ praxin medicam cum laude publicâ facientem Patavina Civitas, & Veneta Respublica demirantur.*

VALLISNEROIDES.

VALLISNEROIDES est plantæ genus, natura, & forma Vallisneriæ adeo simile, quod absque floribus a nemine distingui possit: flores enim edit monopetalos L vix conspicuos, in tres æquales, & cucullatas partes usque ad centrum sectos, itaut tribus petalis constare videatur, sed steriles, & calyce carentes, collectos in capitulum M quod è vaginulâ naturaliter bipartitâ N, obiter quadripartitâ O erumpit. De fructu nihil hactenus tradere possumus, sed si vita, & valetudo suppetat, ad posteriores observationes reservamus. *Tab.* 10.

Vallisneroidis speciem unicam novimus.

1. Vallisneroides paluſtre, Algæ folio, Italicum, foliis in summitate tenuissimè denticulatis, floribus albis, vix conspicuis Tab. 10. *An Alga fluviatilis, Graminea, longissimo folio Inst. R. H. 569.?* Nascitur in canalibus, & fossis frequenter circa Pisas, ubi Vallisneria, necnon prope Florentiam, quamvis rarior.

In prædictis floribus admiratione dignum est, & quasi sine exemplo, quod antequam dehiscant, a planta sejunguntur, & a centro ad aquarum superficiem elevati, ibidem subito, & quasi vi elastica aperiuntur, & eodem tempore foliola deorsum inter se contrahuntur, ut patet ad litteram P, ac deinde quandiù flores vigent per aquæ superficiem, turmatim vagantur Q, ideoque æstivo, atque autumnali tempore floribus, qui quotidie germinant, tamquam pratulum floridum aliqua ex parte ipsam aquam dealbatam spectavimus.

Vallisneroides dicitur quasi planta ad Vallisneriam accedens.

DISTRIBUTIO VII.

Plantæ floribus monopetalis, campaniformibus, in eodem fructu ternis.

VALANTIA.

VALANTIA est plantæ genus, floribus A monopetalis, campaniformibus, patentibus, multifidis, ac perforatis B, in eodem fructu, seu capsulâ C difformibus, scilicet duobus in parte superiori tripartitis D, & sterilibus, tertio verò quadripartito E, & fœcundo. Cujus autem pistillus F, qui in centro capsulæ G reconditus abit deinde in semen reniforme H. *Tab.* 7.

Valantiæ speciem unicam novimus.

1. Valantia annua, quadrifolia, verticillata, floribus ex viridi pallescentibus, fructu echinato Tab. 7. *Valantia quadrifolia, verticillata Comm. Ac. R. Sc. anno 1705. Rubeola echinata, saxatilis C. B. Pin. 334. Rubia quadrifolia, verticillato semine J. B. 3. 719. Cruciata muralis, Romana Col. part. 1. 297.* In toto Tyrrheno littore locis plerumque siccis, & saxosis erumpit, necnon in antiquis parietibus

tibus a mari etiam remotis, uti per Urbem Romam in muris horti Farneſiani, in Thermarum Diocletiani ruinis, & alibi.

Nos quoque ad imitationem D. Tournerfortii, plantæ hujus characterem decrevimus nomine Valantiæ, tum gratificandi gratiâ amiciſſimum noſtrum, cum viveret, & numquam ſatis laudatum Excellentiſſimum Dominum Sebaſtianum Vaillantium oſtenſorem plantarum in Horto Regio Pariſienſi, tum etiam ut clarius demonſtrarentur hujus generis notæ.

Inter SPHÆROCARPUM, *&* LUNULARIAM *addenda.*

BLASIA.

Tab. 7. BLASIA eſt plantæ genus, flore A monopetalo, campaniformi, tubulato, elephantinam proboſcidem quadamtenus æmulante, ſed ſterili, & calyce carente. Fructus verò ſunt capſulæ ſecus foliorum margines B, in quibus decem, ut plurimum minima rotunda nidulantur ſemina C. Exiguitati plantæ augmentum dedimus ope microſcopii D.

Blaſiæ ſpeciem unicam novimus.

1. Blaſia puſilla, Lichenis pyxidati facie Tab. 7. Invenimus trans torrentem Limam ſecus viam, quæ ex Cutigliano ducit ad ſummitatem Alpium Lacus Nigri in Alnorum plano, vulgò *il Piano degli Ontani*, ad ſcaturigines aquarum, ſignanterque in loco dicto *Barbazzana*.

Hanc novam plantam jure quidem optimo Blaſiam denominavimus a Pat. D. Blaſio Biagi Congregationis Vallis-Umbroſæ Monacho, Botanico non gregario, ac in Etruſcis itineribus noſtris ad indagandas plantas ſæpe ſedulo comite.

Secundæ Claſſi addenda, quæ ſequitur.

DISTRIBUTIO I.

Plantæ flore monopetalo rotato, & multifido, cujus piſtillus abit in fructum unicapſularem.

ANAGALLIDASTRUM.

Tab. 18. ANAGALLIDASTRUM eſt plantæ genus, ab Anagallide diverſum, foliis per caulem alternis: flore in quatuor dumtaxat partes diviſo A.

Anagallidaſtri ſpeciem unicam novimus.

1. Anagallidaſtrum exiguum, foliis lanceolatis, alternis, flore albo, fugaci, & vix conſpicuo Tab. 18. *Alſine paluſtris, minima, floribus albis, fructu Coriandri, exiguo Mentz. Tab. 7. Centunculus Ephem. N. Cur. Cent. 5. & 6. App. & Cat. Plant. Giſ.* 161. Provenit in Ericetis montoſis, & in caſtanearum ſylvis, ſpeciatim circa templum Beatiſſimæ Virginis de Saxo, ſicut etiam juxta Abbatiam Sancti Caſſiani de Monte Scalario, loco dicto *le Crocelline*, menſe Majo floret, ac ſemina perficit.

Anagallidaſtrum quaſi planta ad Anagallidem accedens.

Ter-

Tertiæ Claſſi addenda, quæ ſequuntur.

DISTRIBUTIO I.

Plantæ flore monopetalo, anomalo ſterili.

LENTICULA.

LENTICULA eſt plantæ genus, aquis ſtagnantibus innatans, flore monopetalo, anomalo, initio cucullato A, poſtea in patentis auris formam B, veluti dilatato, ſed ſterili, & calyce deſtituto. Flos iſte oſculo cuidam C quod ex altero foliorum latere hiat innaſcitur, cujus è regione embryo D, e ſimili pariter hiatu prodit, abitque deinde in fructum membranaceum rotundum compreſſum E, in prima ſpecie quatuor, quinque, vel ſex ſemina F, in ſecunda verò duo G tantum intus includentem hinc gibba, & ſtriata H, inde vero plana I, Umbelliferarum more. *Tab.* 11.

Prædictus flos A *prout eum Junio menſe obſervare contigit, antequam auriculæ formam* B *acquirat vividus, albus, & diaphanus eſt, poſtea dum ſe explicat, ita contabeſcit, ut nemo illum diſtinguere poſſit: ſtamina autem, & piſtillus ſterilis* K *diutius luxuriantur, ideoque nonnulli prædictum florem apetalum, ſeu ſtamineum credidere. Omnia quæ ſub prædictis literis in Tabula noſtra ſunt expreſſa* R *majora multo fecit microſcopium.*

Lenticulæ ſpecies ſunt.

1. Lenticula paluſtris, major, inferne magis convexa, fructu polyſpermo, Tab. 11. fig. 2. *Lenticula aquatica, foliis minoribus, inferna parte in veſiculam ductis Flor. Altdorf.* In agro Florentino copioſe provenit ubique.

Hujus plantæ Icon occurrit etiam in ima parte Tabulæ Lenticulæ paluſtris J. Bauhini, quæ ob typographi incuriam perperam ad pag. 773. t. 3. pro Tabula Nymphææ minoris, ſive Morſus Ranæ tranſpoſita eſt, qua de re Robertus Moriſonius in ſua Animadverſione ad Hiſtoriam Plantarum ejusdem J. Bauhini nullam mentionem fecit.

2. Lenticula paluſtris. media, pallide virens, inferne minus convexa, radicibus longiſſimis, fructu diſpermo Tab. 11. fig. 2. *An Lenticula Valliſneriana? Valliſner. Obſ.* 1. In Scandicci planitie circa villam Domini Marchionis *della Rena* ultra Vingonem torrentem, loco dicto *Beccacivette*.

3. Lenticula paluſtris, minima, atro-virens, utrinque pene convexa Tab. 11. fig. 3. In Divi Andreæ tractu ad Moſcianum, in quadam fovea juxta ruſticalem domunculam, nuncupatam *la Torricella*.

Lenticula dicitur, quod folium ſit Lenticulæ forma.

LENTICULARIA.

LENTICULARIA eſt plantæ genus, natura, & forma Lenticulæ non diſpar; cuius flores hactenus videre non licuit quamvis ſæpiſſime, ac avide omni induſtria perquiſitos, ſemina vero ſub ſupina foliorum cute undique naſcentia, & eorum ſubſtantiæ inordinate affixa, nunc rotunda ſunt L, nunc elliptica M, quæ poſt corruptam, quemadmodum ſupra monuimus, cutem N auxilio microſcopii oculis offeruntur. *Tab.* 11.

Len-

Lenticulariæ ſpecies ſunt.

1. Lenticularia major, polyrrhiza, inferne atro-purpurea Tab. 11. fig. 1. *Lenticula paluſtris, foliis majoribus, ſubtus rubeſcentibus Flor. Altdorf. Lens paluſtris ſuperne virens, inferne nigricans I. B. 3. 784. quoad deſcriptionem tantum, non ad Iconem. Lenticula paluſtris, major Com. Cat. Plant. Holl. 36. & Rai Synopſ. ed. 3. 129. num. 2. Tab. IV. fig. 2.* In foſſis ſtagnantibus, circa ſtabulum vaccarum, vulgo *Le Caſcine del Poggio a Cajano*; necnon ultra Montem Lupum, non procul a Regio Rure *Ambrogiana* dicto, & alibi in agro Florentino.

2. Lenticularia media, monorrhiza, foliis oblongis, utrimque viridibus Tab. 11. fig. 2. Provenit ubi antecedens. Hujus plantæ Icon occurrit etiam in Epitome Camerarii pag. 852. & in Mathiolo ejusdem ed. Germ. 391. ſuper ruſticalem domunculam ſub ſigno †.

3. Lenticularia minor, monorrhiza, foliis ſubrotundis, utrinque viridibus Tab. 11. fig. 3. *Lenticula paluſtris, vulgaris C. B. Pin. 362. Lens paluſtris Dod. Pempt. 587. Math. 1115. Lugd. 1014. Ger. Emac. 829. Lob. Icon. Part. 2. 282. (I. B. 3. quoad Iconem, non vero quoad deſcriptionem.) Lenticula paluſtris Trag. 690. Tabern. Icon. 504. & Cæſalp. 612.* Circa Florentiam in aquarum receptaculis ubique.

4. Lenticularia omnium minima, arrhiza Tab. 11. fig. 4. Sub hoc numero nonnullæ plantæ juxta magnitudinem ſuam delineatæ ſunt, & aliæ in majorem molem redactæ, quarum unam dumtaxat a juniore, vel novella planta ſejunximus. In Piſcinis Regii ſuburbani ruris, vulgo *i Vivai dell' Imperiale*, & alibi paucis in locis.

5. Lenticularia ramoſa, monorrhiza, foliis oblongis, pediculis longioribus donatis Tab. 11. fig. 5. *Lenticula aquatica, triſulca C. B. Pin. 362. I. B. 3. 786. Hederula aquatica Lob. Icon. 36. Hederula paluſtris Tabern. Icon. 889.* In foſſis lutulentis agri Piſani, tam ſtagnantium, quam labentium aquarum, præſertim ad radicem Montis S. Juliani in loco *Cardaccoli* per Auxerium flumen, nonnulli teſte Cæſalp. Lib. XVI. Cap. XXXVI. *Oſerin.*

Tertiam, quartam, & quintam Lenticulariæ ſpeciem nullum hactenus fructum facere vidimus, nihilominus habito reſpectu ad earum proprietatem, & ad alias conjecturas ſub hoc genere ponere placuit, donec ad clariorem obſervationem veniamus.

Præter Lenticulæ paluſtris fabuloſam metamorphoſin a nonnullis traditam, & admirandam ejus vegetationem deſcriptam a Celeberrimo Viro Antonio Valliſnerio ſuperius laudato, admirationem omnem ad ſe rapiunt tubi tegentes extrema radicum tam Lenticulæ, quam Lenticulariæ omnium ſpecierum, nonnulli quaſi cylindracei O, alii formam extinctorii referentes P, ſubſtantia rariori, colore initio luteo-viridi, qui plerumque ſeneſcente planta nigreſcunt, deinde abſque ulla partium laceratione decidunt, ut patet ſub litera Q. Phænomenon hujuſmodi curioſitate, & meditatione ſi quod aliud digniſſimum, a nemine, quod nos quidem ſciamus, demonſtratum, Naturæ ſtudioſorum judicio ſubiicere opportunum duximus, ut ipſi de eo philoſophandi anſam arripiant. Nos enim de illorum tuborum uſu in diverſas ſententias trahimur atque adhuc incerti nutamus, quid enim ſi a natura eo conſilio conditi fuerint, ut natante planta in ſuperficie aquarum, radicum momenta augentes anchoræ vicem gerant, ut in æquilibrio ſuſtineatur ne e ſupina prona reddatur: & ſi quando hoc fortuito accidat ob eamdem tuborum, & radicum gravitatem, paulatim in æquilibrium reſtituatur? quod non ita facile evenire poſſet hujuſmodi auxilio deſtitutis, præſertim illis plantis, quæ utraque parte ſunt quaſi complanatæ, aut parum convexæ; quod quarta Lenticulariæ ſpecies comprobare nobis videtur, quæ inferiori parte magis convexa, denſiori, ac ponderoſiori ſubſtantia conſtat, ideoque ab æquilibrio numquam recedit, quare ſupervacaneum duxit natura huic apponere radices, & tubos.

Præterea hujuſmodi tubi poſſent inſervire ad munienda, & roboranda extrema radicum, quando deficiente aqua, cui planta ſupernatat, ut nos obſervavimus, inſinuari debent in limo, ut ſitienti plantæ alimenta miniſtrent.

Nec videtur a ratione alienum, hujuſmodi tubulos, fungi ventriculi munere in humore nutricio conficiendo, ſubigendoque: denique poſſet quis ſuſpicari eſſe veluti vaginam, quæ mollem, ac tenuiſſimam radicem tueatur, ut ſubtiliſſima ejus oſcula, per quæ nutrimentum ſubingreditur, non lædantur; neve eadem oſcula obſtruantur a viſciditatibus, quæ in aquis ſtagnantibus occurrere ut plurimum ſolent.

Lenticularia dicitur quaſi planta ad Lenticulam accedens. CY-

CYNOMORION.

CYNOMORION eſt plantæ ſecundariæ, aut paraſiticæ genus, quemadmodum in Libello noſtro de Orobanche Florentiæ anno 1720. in lucem edito tradidimus, quod aliarum ſtirpium radicibus A innaſcitur, & alitur, ut Anblatum, Clandeſtina, Hypopitys, Orobanche, & ſimilia; initio ſquamis denſiſſimis B tectum, poſtea dum incrementum acquirit, & ad magnitudinem ſuam pervenit, ſquamarum agmina inter ſe paulatim dilatantur C, foliolis D infra ſquamarum ſpatium crebertimè veſtitum, inter quas emergunt flores monopetali, anomali, vomeris, aut cunei turbinati formâ, ex unâ parte cavi E, alterâ verò convexi F, ſtamine craſſiori G, apice biventri H inſtructi, ſed ſteriles, & calyce carentes. Embryo verò ab eisdem floribus vix ſejunctus I, tubâ K donatus, & foliis plantæ, tamquam calyci obvolutus L, abitque deinde in ſubrotundum ſemen M. *Tab.* 12.

Cynomorii ſpeciem unicam novimus.

1. Cynomorion purpureum, officinarum Tab. 12. *Fungus Typhoides, coccineus, Melitenſis Bocc. Icon. Rar. Plant.* 80. *Fungus Typhoides, coccineus, tuberoſus, Melitenſis Ejuſdem Part.* 1. *Muſ.* 69. *Fungus Typhoides, Liburnenſis Cat. Plant. H. Piſ. Fungus Mauritanicus, verrucoſus, ruber Petiv. Gazophyl. Tab.* 39. *fig.* 8. Gignitur in Mauritaniæ littoribus ſuper radices Lentiſci, Myrti, aliorumque fruticum, & ſuffruticum. In Siciliâ ut Drepani, per Lampedoſam, atque Melitenſem Inſulam, ſpeciatim in ſcopulo adjacente, vulgò *Scoglio del Generale*, etiam provenit, ubi ſuper Halimum, ſeu Portulacam marinam C. Bauhini evulſum retulimus a ſummâ humanitate Illuſtriſſimi Joannis de Borgherinis, Sacræ, & Eminentiſſimæ Religionis Hieroſolymitanæ Bajulivi. Nunc verò circa Portum Labronis, ſive Liburni ſuper radicem Cali, ſive Vermicularis marinæ arboreſcentis J. Bauhini à diligentiſſimo pharmacopola, ac de Botanicâ, aliiſque rebus naturalibus benemerito Domino Tiberio Scali fuit detectum, in Valetudinarii veteris aggere ad meridiem, in proſpectu Pontis nuncupati *il Ponte delle due Scale*, in quo ad palmarem, ſeſquipalmarem, quandoque verò ad cubitalem altitudinem, inter Novembrem, & Martium menſes creſcit, ibique decidente ſemine ſe propagat.

Hujus Plantæ vires ſunt eædem, ſed longè efficaciores, quam eæ, quas Galenus lib. 6. Simplicium medicamentorum, & Dioſcorides Lib. 1. Cap. 108. de Hypociſtide tradunt, ideòque alterum pro alterò in medicos uſus ſubſtituere poſſumus, ut & cæteras omnes ſecundarias plantas pariter cenſemus; quod quidem prudentiſſimo Phyſicorum judicio, vel iis, qui confecta analyſi exactius experimentum ſument, remittimus.

Cynomorion dicitur a canini genitalis ſimilitudine.

DISTRIBUTIO II.

Plantæ flore monopetalo, anomalo, utrimque patente.

MONTIA.

MONTIA eſt plantæ genus, flore A monopetalo, anomalo, tubulato, utrimque patente, & bilabiato, pars ſuperior A pene tripartita, inferior B una cum tubo C bifida. Ex cujus calyce bifolio D ſurgit piſtillus E, poſticæ floris parti F, inſtar clavi, infixus, qui deinde abit in fructum G, ſubrotundum obtuſum, & ferè trigonum, unicapſularem, in tres partes H dehiſcentem, quarum *Tab.* 13.

rum ſingulæ vehementer vi elaſtica lateralibus oris, tamquam valvulis introrſum convolvuntur, ut in Clandeſtina, tribus plerumque ſeminibus I fetum, ut plurimum reniformibus. Flores, & fructus, cæteræque ejus partes a plantis ſeorſum exhibitæ per microſcopium ſunt auctæ.

Montiæ ſpecies ſunt.

1. Montia aquatica, major Tab. 13. fig. 1. *Alſine aquatica, ſurrectior J. B. 3. 786. Cameraria aquatica, major Eph. N. C. Cent. 5. & 6. App. & Cat. Plant. Giſſ. 61. Tab. 6.* In Bohemiæ udis, necnon circa lacunas, & piſcinas, & a D. Dillenio ſpecimen peculiare etiam habuimus.

2. Montia aquatica, minor Tab. 13. fig. 2. *Portulaca arvenſis C. B. Pin. 288. Portulaca exigua, ſive Adrachion arvenſe Cam. Hort. 131. Alſine-formis paludoſa, tricarpos, floſculis albis inapertis Pluk. Phytograph. Tab. 7. fig. 5. Alſine parva, paluſtris, tricoccos, Portulacæ aquaticæ ſimilis Raii Hiſt. 1035. & Synopſ. ed. 2. 211. n. 13. & ed. 3. 352. Alſine paluſtris, Serpyllifolia Ger. Emac. 614.* In Piſtorienſibus montibus, multis in locis, ſpeciatim prope cauponam, vulgo *l' Oſteria dell' Erba minuta*.

Hanc plantam Montiæ nomine inſignire optimum duximus, cum maximè id nobis fuerit in cauſa, ut pergratam, jucundamque inferamus memoriam amici noſtri Domini Joſephi Monti Bononienſis, Philoſophiæ Doctoris, in ipsâ Almâ ſtudiorum parente publici Botanices profeſſoris, Hortique Medici Præfecti, necnon in Patrio Scientiarum, & Artium Inſtituto, ejuſque Academiâ Naturalis Hiſtorici munus gerentis. Quantum verò Clariſſimus hic Vir, omnibus ætatis nervis, induſtriaque ſuâ ad præſens contendat in Naturali Hiſtoriâ illuſtranda, haud obſcurè conjectari licet, tum ex ipſiuſmet Agri Bononienſis ſtirpium Catalogi Prodromo, tum ex Diſſertatione de Diluviano monumento, tum ex plantarum, atque exoticorum ſimplicium variis Indicibus, quæ Bononiæ annis 1719. & 1724. in quarto typis excudenda curavit.

DISTRIBUTIO III.

Plantæ flore monopetalo, anomalo, tubulato, perſonato, cujus calyx abit in fructum.

LAURENTIA.

Tab. 14. LAURENTIA eſt plantæ genus, flore A monopetalo, anomalo, tubulato, utrimque patente, & quaſi bilabiato: calyx verò B abit in fructum C, membranaceum, ſepto intermedio, in duo loculamenta diſtinctum D, & ſeminibus fetum ovatis, planis, exiguis E, placentæ affixis F.

Laurentiæ ſpeciem unicam novimus.

1. Laurentia annua, minima, flore cæruleo Tab. 14. *An Rapunculus aquaticus, repens, minimus, Alpinus, Bellidis folio, flore cæruleo inaperto, albâ maculâ notato, caule folioſo H. Cathol. ſuppl. 3. & Bocc. Muſ. Part. 2. 35. Tab. 27. ? Rapunculus aquaticus, repens, flore cæruleo, inaperto, Raii Hiſt. Tom. 3. 383.* In Ilva inſula prope Sacellum Deiparæ Virginis Mariæ, vulgo *la Madonna delle Grazie*, per ſaxorum rimas, locis plerumque humectis; necnon in territorio Piſcienſi per foſſarum aggeres, & circa Altum Paſſum, vulgò *Alto Paſcio*, prope lacum in herbidis, & muſcoſis, menſe Junio.

Eximius Vir Marcus Antonius Laurenti Philoſophiæ, ac Medicinæ Doctor collegiatus Bononienſis, in celebratiſſimo Patrio Archigymnaſio Lector publicus; Noſocomii, quod Vitæ appellant, Archiater, ſpargyricæ peritiſſimus, ejuſque in Academiâ, atque Inſtituto Scientiarum Bononiæ profeſſor expertiſſimus. DI-

DISTRIBUTIO IV.

Plantæ flore monopetalo, anomalo, tubulato, perſonato, cujus piſtillus abit in fructum.

BONAROTA.

BONAROTA eſt plantæ genus, flore A monopetalo, anomalo, perſonato, tubulato, in duo labia diſtincto, quorum unum in prima, & ſecunda ſpecie integrum B, in tertia verò bifidum C, alterum autem in omnibus ſpeciebus tripartitum D, rarò quadripartitum E. Ex calyce autem F ſurgit piſtillus G poſticæ floris parti H inſtar clavi infixus, qui deinde abit in fructum I oblongum, bifidum, & nonnihil compreſſum, biventrem, ab imo ad medium ſepto intermedio K munitum, quamobrem in duo loculamenta diviſum, & in quatuor intortas partes L valvularum more uſque ad centrum dehiſcentem, ſeminibuſque fetum M granorum Tritici æmulis, placentæ affixis N. Quæ omnia per microſcopium ampliata in icone exhibentur. *Tab.* 15.

Bonarotæ ſpecies ſunt.

1. Bonarota montana, Italica, Chamædryos folio, flore cæruleo Tab. 15. fig. 1. *Chamædrys Montis Summani J. B.* 3. 289. *Veronica Montis Summani, Hederæ terreſtris folio Dom. Ponted. Epiſt. ad Clariſſimum Sherard. pag. V.*

Hæc planta magnam habet ſimilitudinem cum Veronica petræa ſemper virente Pon. Bald. fol. CCCXXXVI. ut aſſerit idem Bauhinus. Quidam hodierni Botanici amici noſtri faciunt unam, & eamdem, idque audacter aſſerunt; quæ ſententia comprobari videtur a peculiari ejuſdem Veronicæ ſpecimine, quod inter alias rariores plantas Montis Baldi Dominus Bartholomæus Martini ſumma benignitate nobis tranſmiſit. Dominus autem Pontedera loco ſupracitato plantas facit diverſas; quarum opinionum varietatem futura æſtate in perquiſitione plantarum ipſius montis ocularitèr Deo dante dirimere ſperamus.

2. Bonarota montana, Italica, Chamædryos folio rotundiore, & quaſi circinato, ſpicâ cæruleâ, habitiore Tab. 15. fig. 2.

3. Bonarota montana, Italica Chamædryos folio, minus crenato, ſpicâ luteâ ex Monte Cavallo.

Haſce plantarum ſpecies accepimus recentes a ſumma liberalitate Domini Jo: Hieronymi Zannichelli Veneti Pharmacopœi inſignis, ac de re herbaria benemerentis; quarum primam ſpeciem ut nobis hujuſmodi beneficium enixè requirentibus exhiberet, nullis parcens ſumptibus, & incommodis ad Summani Montis verticem prope Vicentiam libens conſultoque, ut gratam nobis rem faceret, ſe contulit; ubi, referente Jo: Bauhino, Dominus Agerius primus olim collegit.

Philippus Bonarota Senator Florentinus MAGNI DUCIS ETRURIÆ *Auditor, Academiæ Botanicæ Florentinæ ſocius, omnigena eruditione præſtans, & rei antiquariæ peritiſſimus; ut ejus ea de re Opera in lucem edita, longè, latèque commoſtrant.*

TOZZIA.

TOZZIA eſt plantæ genus, flore A monopetalo, anomalo, tubulato, perſonato, in duo labia diſtincto, quorum ſuperius A bifidum eſt, inferius B tripartitum. Ex calyce autem C ſurgit piſtillus D, poſticæ floris parti E clavi inſtar infixus, qui deinde abit in fructum F, ſeu teſtam ſubrotundam, bifariam dehiſcentem G, ſemine fetam H ejuſdem formæ. *Tab.* 16.

Tozziæ ſpeciem unicam novimus.

1. Tozzia Alpina, lutea, Alſines folio, radice ſquamatâ Tab. 16. *Euphraſia lutea, Alſines folio, radice ſquamatâ Bauhini, ſive Anonyma, radice Dentariæ Columnæ Park. Theat. 1329. Anonyma F. Gregorii radice Dentariæ Col. Part. 2. 49. Dentaria Bugoloides, radice globosâ, ſquamulis myodontoideis, Alpina Mentz. Pug. Tab. 9.*

Huic rariſſimæ plantæ Tozziæ nomen tribuimus ab inventore Reverendiſſimo Patre D. Brunone Tozzi Abbate Vallumbroſano Regiæ Societatis Londinenſis, & Botanicæ Florentinæ ob rei herbariæ peritiam Socio meritiſſimo, necnon in reliquis philoſophiæ naturalis partibus per quam verſato, crebrò peregrinationibus noſtris botanicis præcipuè per Apuanas Petras, Alpes Piſtorienſes, Lucenſes, Bononienſes, Mutinenſes, per inhoſpita ac hoſpita Maris Tyrrheni littora, inſulaſque adjacentes alacri, ſtudioſoque comite. Hanc ipſe plantam in Etruriâ ſolus reperit, in Alpibus ſcilicet Archicœnobio Sanctæ Mariæ Vallis-Umbroſæ ſupereminentibus, ſignanter in colle, qui dicitur Hellerema, circa ſolſtitium æſtivum floribus ornatam decoratamque collegit.

Quartæ Claſſi addenda, quæ ſequitur.

DISTRIBUTIO I.

Plantæ flore monopetalo, labiato, cujus labium ſuperius falcatum, & tripartitum.

PAPIA.

Tab. 17. PAPIA eſt plantæ genus, flore monopetalo, labiato, cujus labium ſuperius A falcatum, & uſque ad centrum tripartitum, inferius verò integrum, & ad extremum dilatatum, ac veluti fimbriatum B. Ex calyce autem C ſurgit piſtillus D, poſticæ floris parti E ad inſtar clavi infixus, ac quatuor veluti embryonibus ſtipatus, qui deinde abeunt in totidem veluti ovata ſemina F recondita in capſulâ G, quæ calyx floris fuit.

Papiæ ſpeciem unicam novimus.

1. Papia Garganica, foliis Urticæ, altius & eleganter inciſis, flore purpureo Tab. 17. Naſcitur hæc elegans, & rara planta in quadam valle Gargani Apuliæ montis inter vepres, & ſenticoſa loca, necnon in opacis nemoribus, ubi menſe Junio, cum aliis rarioribus plantis florentem invênimus. Anno 1710. in plurimis Philobotanorum Bononienſium viridariis cultam obſervavimus, præſertim apud Reverendum Dominum Valerium *del Buono*, non minus in rei herbariæ, quam in cognitione Lapidum, Gemmarumque, & antiquarum delinearionum apprimè verſatum: apud quem etiam Clariſſimus Guillelmus Sherardus anno 1717. menſe Junio, dum a Smyrnâ in Angliam rediret, hujuſmodi plantam non ſine admiratione obſervavit.

Joſephus del Papa Franciſci Mariæ Cardinalis Medicei, COSMI III. & JOANNIS GASTONIS I. *Magnorum Ducum Etruriæ Archiater, Academicus* della Cruſca, *in Athenæo Piſano per omnes prælectionum gradus ad primam docendi ſedem evectus, in hac togatâ militiâ emeritus, Vir libris philoſophicis editis celebris, medendi prudentiâ, doctrina, peritia inſignis, ſcientiarum varietate, dicendi copiâ, & elegantiâ, vitæ gravitate, morum nitore, comitate, affabilitate clarus, in promovendis ſtudiis præſertim Medicinæ, & Botanices, ut liquido experti ſumus aſſiduus, in colendis amicitiis diligens, virtutumque omnium ſplendore ornatus.* Seſtæ

Sextæ Claſſi addenda, quæ ſequuntur.

DISTRIBUTIO I.

Plantæ flore roſaceo, cujus piſtillus abit in fructum bicapſularem.

GLAUCOIDES.

GLAUCOIDES eſt plantæ genus, flore A roſaceo, conſtante ſex petalis B ſubrotundis in orbem poſitis, & calycis pelviformis C ore, ut in Salicaria, inſidentibus D. Hic calyx pro parvitate floris ſatis amplus, & in duodecim radios ſectus, duabus appendicibus tenuiſſimis in externâ baſi E inſtructus eſt. Ex hujus meditullio ſurgit piſtillus F, qui deinde abit in fructum G, ſeu teſtam ſubrotundam, membranulâ, vel pelliculâ diaphanâ, & tenuiſſimâ contextam, ſepto intermedio munitam H, vel in duo loculamenta diviſam, ſeminibuſque fetam I, plerumque exiguis triangularibus, viperinum caput æmulantibus, placentæ K affixis. Floribus, fructibus, eorumque partibus notabile dedimus incrementum auxilio microſcopii. *Tab.* 18.

Glaucoidis ſpeciem unicam novimus.

1. Glaucoides paluſtre, Portulacæ folio, flore purpureo Tab. 18. *Glaux paluſtris, flore ſtriato, clauſo, foliis Portulacæ Inſt. R. H.* 88. *Glaux aquatica, folio ſubrotundo Flor. Pruſs.* 106. *Glaux altera, paluſtris, repens, ſubrotundo folio Bocc. Muſ. Part.* 2. 107. *Tab.* 84. *Alſine rotundifolia, ſive Portulaca aquatica Ger. Emac.* 614. *Anagallis Serpylli folio aquatica J. B.* 2. 372. *Cujus Iconem etiam idem Bauhinus exhibet in opere de foſſilibus, ſtirpibus, & inſectis Agr. Bolenſ. pag.* 194. *Portula Cat. Plant. Giſs.* 120. *An Alſine paluſtris, minor, folio oblongo C. B. Pin.* 251.? In Piſanis, atque Florentinis locis udis, præſertim in Monte *Scalari* prope Abbatiam S. Caſſiani loco *la Croce di Faule*.

Nota dignum eſt, quod hujus generis plantæ accidit, dum quandoque floribus abundat & interdum quaſi deſtituta, calyc[illegible]ſque tantum, in quibus ipſi flores oriri ſolent, onuſta ſpectatur. Omnes autem calyces, tam ſine floribus quam cum floribus, fructum ferunt, quamobrem in hac planta, dum fructus perficiuntur, flos nullo videtur officio fungi. D. Tournef. & ejus aſſeclæ, qui florem in ſupradictis calycibus non obſervarunt, eoſdem calyces pro floribus acceperunt; ideoque hujuſmodi plantam inter monopetalas, campaniformes reponunt.

Glaucoides dicitur, quaſi planta ad Glauca accedens.

DISTRIBUTIO II.

Plantæ flore roſaceo, cujus piſtillus abit in fructum multicapſularem.

PSEUDO-RUTA.

PSEUDO-RUTA eſt plantæ genus a Ruta diverſum, flore A A pentaplanipetalo, nudo, nempe villis deſtituto, ceteris verò characteriſticis notis Rutæ prorſus reſpondet. *Tab.* 19.

Pſeu-

Pseudo-Rutæ speciem unicam novimus.

1. Pseudo-Ruta Patavina, trifolia, floribus luteis, umbellatis Tab. 19. In Monte Saxo Nigro, prope Arcuatum seu *Arqua*, non longè Patavio, copiosè nascens, nobis hanc plantam hactenus Botanicis ignotam observare nuper contigit. *Pseudo-Ruta quasi falsa Ruta nuncupatur.*

DISTRIBUTIO III.

Plantæ flore rosaceo, cujus pistillus abit in fructum ex pluribus veluti capsulis compositum.

TILLEA.

Tab. 20. TILLEA est plantæ genus, flore A rosaceo, tribus petalis B in orbem positis constante, ex cujus calyce C trifolio, surgit pistillus D, qui deinde abit in fructum E, in quo velut in capitulum colliguntur tres plerumque vaginæ membranaceæ, internâ parte per longitudinem F dehiscentes, singulæ, ut plurimum duobus seminibus G ovatis fetæ. Plantulæ in Tab. ad latera H H positæ magnitudinem suam ostendunt, media verò ad litteram I in hortis sata; inferior autem sub litterâ K arte, & microscopio in majorem formam redacta.

Tilleæ speciem unicam novimus.

1. Tillea muscosa, annua, perfoliata, flore albo Tab. 20. *Sempervivum omnium minimum, repens, muscosum, Polygoni facie Bocc. Mus. Part. 2. 36. Tab. 22. Polygonum muscosum, minimum Ejusdem Rarior. Plant. 56.* Per Ilvæ Insulam e saxorum rimis, variis in locis erumpit, præcipuè secus viam, quæ ex Marciano ducit ad Sacellum S. Mariæ Gratiarum, necnon in agro Florentino circa Eremum Divi Stephani, & in ambulacris Horti Medici Pisani, etiam sponte per Aprilem, & Majum menses crescit, ac floret.

Excellentissimus D. Michaël Angelus Tillius ortum habuit in Castro Florentino nobili Etruriæ loco anno sal. 1653. vir omnibus eruditionis numeris præstans, Med. Doct. Regiæ Soc. Londinensis, ac Botanicæ Florentinæ socius, in Pisano Athenæo rei herbariæ professor ordinarius, & Horti medici custos, quem multis exoticis plantis locupletavit, earumque Catalogo decoravit, edito Florentiæ an. 1723. in fol. Tab. æneis quinquaginta, in quo ulterius recensentur raræ quædam plantæ ab ipso observatæ duabus in peregrinationibus jussu Regiæ Celsitudinis COSMI III. *Mag. Etruriæ Ducis feliciter susceptis, una scilicet Constantinopolin ad curandam ægritudinem Musaippi Bassà Turcarum Imperatoris generi, altera autem Tuneta in Africa, ut medicamen afferet Muametho ejusdem loci Beyo.*

Octavæ Classi addenda, quæ sequuntur.

DISTRIBUTIO I.

Plantæ flore caryophylleo, cujus pistillus abit in fructum.

LINOKARPUM.

Tab. 21. LINOKARPUM est plantæ genus, flore A caryophylleo, quatuor scilicet petalis B cordiformibus, in orbem positis constante, & surgente, & vix apparente extra calycem campaniformem C, usque ad medietatem in quatuor tricuspi-

cuſpidata ſegmenta D diviſum, ex quo etiam erumpit piſtillus E, qui deinde abit in fructum F, ferè globoſum, ſulcatum, qui ſtatim dividitur in quatuor partes G, quarum ſingulæ deinde in duas capſulas H ſegregantur, introrſum dehiſcentes I, ſemine K fetas oblongo. Figura prima magnitudinem naturalem demonſtrat, altera ramulum a pictore magis auctum, reliqua quæ ſubſunt ad florem, & fructum pertinent, valde amplificata per microſcopium.

Linokarpi ſpeciem unicam novimus.

1. Linokarpum Serpylli folio, multicaule, & multiflorum Tab. 21. *Polygonum minimum, ſeu Millegrana minima* C. B. Pin. 282. *Millegrana minima Lob. Icon.* 482. *Ger. Emac.* 569. & *Raii Hiſt.* 1026. *Millegrana minima, ſive Herniaria minor Parck. Theatr.* 447. In agro Florentino provenit, ſcilicet in Caſtanearum ſylvis ſub Templo Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Saxo, tum etiam circa Caſignanum in ericetis, necnon in monte *Scalari*, non longè ab Abbatiâ Sancti Caſſiani, in loco *la Croce di Faule*, & alibi.

Linokarpum dicitur a fructu plantæ, quod ad fructum Lini accedit.

FRANCA.

FRANCA eſt plantæ genus, flore A caryophylleo, plurimis ſcilicet petalis B conſtante in orbem poſitis, è calyce C cylindraceo emergentibus. Piſtillus autem D ex eodem calyce ſurgit, abitque deinde in fructum E nunc longiorem, nunc breviorem, ab imo ad ſummum trifariam quamvis in ipſo calyce contentum, dehiſcentem F, ſeminibus fetum ovatis G, minutiſſimis, placentæ H affixis. *Tab.* 22.

Francæ ſpecies ſunt.

1. Franca maritima, ſupina, ſaxatilis, glauca, Ericoides, ſemper virens, flore purpureo Tab. 22. fig. 1. *Erica ſupina, maritima Anglica Park. Theat.* 1484. & *Raii Hiſt.* 1716. & *Synopſ. ed.* 2. 314. *Cali ſeu Vermiculari marinæ non diſſimilis planta I. B.* 3. 703. *Anthyllis perennis, ſupina, flore purpuraſcente H. R. Monſp. Coris repens, Italica, Thymi foliis, rubente flore, Polygoni facie Cat. Plant. H. Piſ. Polygonum maritimum, minus, foliis Serpylli C. B. Pin.* 281. *Polygonum fruticoſum, ſupinum, Ericoides, cinericium, Thymi folio, Hiſpanicum Barr. Icon.* 714. *Bocc. Muſ. Part.* 1. *Tab.* 7. *fig.* 11. *Polygonum alterum, puſillo vermiculato Serpylli folio Lob. Icon.* 422. & *Ger. Emac.* 567. *Lychnis ſupina, maritima, Ericæ facie Raii Synopſ. ed.* 3. 338. *num.* 3. *Forte Chamæpeuce Ang.* 20. In ſaxoſo littore circa Portum Liburni, juxta locum, vulgò i *Cavalleggieri*, nec alibi in Italiâ nos inveniri meminimus.

2. Franca maritima, ſupina, ſaxatilis, glauca, Ericoides, ſemper virens, flore albo. Eodem loco, quo ſupradicta, ſed rara. Præterea hanc eamdem cultam quondam obſervavimus in Horto Medico Sapientiæ Romanæ, demoſtrante ipſo Clariſſimo Præfecto D. Jo: Baptiſta Triumfetti Bononienſi, ibidemque Simplicium medicamentorum olim Lectore expertiſſimo.

3. Franca maritima, ſupina, multiflora, candida, caulibus hirſutis, foliis quaſi vermiculatis Tab. 22. fig. 2. *Alſine Cretica, maritima, ſupina, caule hirſuto, foliis quaſi vermiculatis Tournef. Corol.* 45. *Polygonum Creticum, Thymi folio C. B. Prod.* 131. Juxta Juvenantium Urbem in Apuliâ locis plerumque humectis tantum comperimus.

4. Franca maritima, quadrifolia, annua, purpurea, ſupina, Chamæſyces folio, & facie. *Quadrifolio annuo, pianta di Perſia Zann.* 164. Non longè a Portu Liburnenſi, in quodam agro prope vetus Valetudinarium, pro peregrinis mercibus expiandis, & ſignanter, ad pontem vulgò *delle due Scale*.

5. Franca maritima, quadrifolia, annua, ſupina, Chamæſyces folio, & facie, flore ex albo purpuraſcente. *Alſine maritima, foliis Chamæſyces Inſt. R. H.* 665. *Anthyllis maritima, Chamæſycæ ſimilis C. B. Pin.* 282. *Anthyllis Valentina Cluſ.*

Cluſ. Hiſ. CLXXXXI. In Apulia prope Manfredoniam urbem, ad Maris littora, inter ſaxa, ſpeciatim circa Divi Laurentii Sacellum.

Excellentiſſimus Doctor Joannes Sebaſtianus Franchi, Lucenſis, inclyto Florentinorum Medicorum Collegio adſctiptus, Medicam facultatem ſummâ cum laude Florentiæ exercet, adeout ad Regiam Celſitudinem Sereniſſimi COSMI III. *Magni Etruriæ Ducis graviſſimè ægrotantis, in ſecundum Medicum accerſiri meruerit. Præ cæteris, quibus ipſe pollet, humanioribus diſciplinis, rei herbariæ eſt ſtudioſiſſimus, illamque ingenti amore proſequitur, nil magis in deliciis habens, quam innocentes plantarum lepores, in quibus & Hiſtoria naturalis, & Phyſica, & Medicina ampliſſimam meditationum occaſionem inveniunt; quamobrem inter Academiæ Botanicæ Florentinæ ſocios meritò recenſetur, illiuſque primæ Inſtitutioni multam operam dedit.*

DRYPIS.

Tab. 23. DRYPIS eſt plantæ genus, flore A caryophylleo, plurimis ſcilicet petalis B in orbem poſitis plerumque bifidis conſtante, ex calyce C tubulato emergentibus. Piſtillus autem D ex eodem calyce ſurgit, abitque deinde in fructum E ſubrotundum, ſiccum, unicapſularem F, ſemine ſingulari G reniformi fetum.

Drypidis ſpeciem unicam novimus.

1. Drypis Italica, aculeata, floribus albis, umbellatim compactis Tab. 23. *Drypis Ang.* 147. *Ger. Emac.* 1312. *Drypis Theophraſti Anguillaræ Lugd.* 1480. *Parck. Theat.* 982. *I. B.* 3. 178. *Lob. Icon.* 789. *Tabern. Icon.* 144. *Carduus foliis tenuiſſimis ſpinoſis ad inſtar Juniperi Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 161. *ſect.* 7. *Tab.* 32. *n.* 8. *Spina umbella foliis vidua C. B. Pin.* 388. Apud Samnites per Sulmonenſem tractum multis in locis, videlicet in ſaxoſo, & eminenti colle, qui in ampliſſimo prato exurgit inter Roccam *Raſole*, & Caſtrum *Riviſomnuli*: ut etiam apud Nurſinos in prærupto, & ſaxoſo loco juxta oppidum *Campi*: ubi ab Incolis dicitur *erba Ciuccia*, ſcilicet Aſinina, eo quod Aſini ibidem *Ciucci* dicti, nobis *Ciuchi*, libenter eam depaſcant.

Drypis dicitur forte a verbo Græco δρύπτω lacero, vel lanio: hinc herba nuncupata, quod attrectantes, & colligere volentes aculeis ſuis vulneret, & laceret.

Nonæ Claſſi addenda, quæ ſequuntur.

DISTRIBUTIO I.

Plantæ flore Liliaceo, hexapetalo, cujus piſtillus abit in fructum.

SCORODOPRASUM.

Tab. 24. SCORODOPRASUM eſt plantæ genus, floribus Porri, ideſt cum ſtaminibus latis, planis, ac tricuſpidatis A: radice verò Allii B, ſeu pluribus nucleis compoſitâ.

ORDO I

Scorodopraſa foliis planis, & carinatis.

SCORODOPRASUM 1. Cluſ. Hiſt. 190. *Allium ſphæricocapite, folio latiore, ſive Scorodopraſum alterum C. B. Pin.* 74. *Inſt. R. H.* 383. *Scorodopraſum dictum I. B.* 2. 558. In hortis noſtris tantum habemus.

2. Sco-

2. Scorodopraſum latifolium, ſpontaneum, Italicum, floribus dilutè purpureis, odoratis Tab. 24. fig. 5. *An Porrum ſylveſtre, vinearum Inſt. R. H.* 382.? In vineis, atque agrorum limitibus circa Florentiam, ac alibi per Italiam.

Hoc eſt illud, quod forſan Jo: Rajus in ſua Sylloge Plantarum pag. 269. *Allii ſpeciem, an Ampelopraſum vocat?* Præter bulbulos, qui in externa baſi radicis continentur, duo ulterius intra tunicas Caſtaneæ magnitudine, & formâ reconduntur, quorum unjus proportionato in Tabula ſpatio imaginem exhibemus ſub litera C.

ORDO II

Scorodopraſa foliis junceis, ſeu teretibus plerumque fiſtuloſis.

SCORODOPRASUM campeſtre, Juncifolium, capite rotundo, compacto, floribus ſaturatè, & eleganter purpureis, cum primis tribus petalis externè verrucoſis. *Allium montanum, capite rotundo C. B. Pin.* 75. *Inſt. R. H.* 384. *Allium Sphærocephalum, purpureum, ſylveſtre I. B.* 2. 562. *Allium, ſeu Moly montanum Cluſ. Hiſt.* 195. In collibus prope Florentiam, ut in monte Feſulano, Imprunetæ, Montui, & paulo ſupra Tranſplanum vulgò, *Treſpiano*, tam in cultis, quam in incultis, & ruderatis locis.

2. Scorodopraſum montanum, Juncifolium, capite rotundo, dilutè janthino, floribus parvis Tab. 24. fig. 2. Per ericeta, myrteta, atque Imprunetæ prædia, præſertim circa Divæ Chriſtinæ Templum, necnon in Divi Antonii Monte.

3. Scorodopraſum campeſtre, Juncifolium nucleis, & floribus dilutè purpureis Tab. 24. fig. 1. *An Allium ſylveſtre Caſalp.* 409.? In nemoribus, ad ſepes, in agris, & in ſylvulis ixeuticis Boboli, & circa medium ambulacrum Regiæ Villæ vulgò *il Poggio Imperiale*.

4. Scorodopraſum campeſtre, Juncifolium, purpuraſcens, gemino, & trigemino nucleorum capite, nucleis tenujoribus. Eſt potius varietas, quam ſpecies diſtincta a præcedenti, & in iiſdem, ac conſimilibus locis provenit.

5. Scorodopraſum campeſtre, Juncifolium, nucleis capitulorum Ciceris magnitudine, plerumque crinitis, & purpuraſcentibus, floribus concoloribus. *An Allium caninum Trag.* 748? *Allium ſylveſtre, alterum Fuchſ. Hiſt.* 737. Ubi antedictum, ſpeciatim in aucuparia ſylva circa medium ambulacrum Regiæ prædictæ Villæ.

6. Scorodopraſum montanum, Juncifolium, capite crinito, nucleis, & floribus purpuraſcentibus, *Cepa ſylveſtris, tenuifolia, prolifera Tournef. Hiſt. Pariſ.* 413. *Allium ſylveſtre, tenuifolium, proliferum Lob. Icon.* 136. *Dod. Pempt.* 687. Exacta hujus plantæ capitis deſcriptio eſt in Appendice Bot. Monſp. Per Imprunetæ colles, & in Monte Ferrato, atque Murello, videlicet circa ſtabulum Vaccarum D. Marchionis de Caſtilione.

7. Scorodopraſum montanum, Juncifolium, capite crinito, nucleis, & floribus albis. Cum ſuperiori in iiſdem locis provenit.

Nomina reliquarum plantarum in prædicta Tabula expreſſarum ſub figura 3. & 4. in noſtro plantarum rariorum Elencho demonſtrabimus.

Scorodopraſum dicitur a vocibus Græcis σκόροδον *Allium*, *&* πράσον *Porrum*, *quaſi diceretur Allioporrum, ideſt planta Allium inter & Porrum, quod ſit utriuſque generis notarum particeps.*

Decimæ Claſſi addenda, quæ ſequuntur.

DISTRIBUTIO I.

Plantæ flore papilionaceo, foliis ternis.

TRIFOLIASTRUM.

Tab. 25. TRIFOLIASTRUM eſt plantæ genus, a Trifolio diverſum, ſolum ſiliquâ A in calyce B non reconditâ: a Meliloto, & a Fœno-Græco floribus in capitulum C congeſtis: a Medicagine ſiliquâ in circulum non falcatâ: ab Anonide tandem ſiliquâ non bivalvâ.

ORDO I

Trifoliaſtri floribus in faſciculum, ſeu corymbum laxum, vel minus compactum D *digeſtis, qui dum piſtillus in fructum abit, deorſum paulatim reflectuntur, & comæ inſtar pulchrè dependent* E. *Siliquis teretiuſculis* F, *plerumque tetraſpermis* G.

TRIFOLIASTRUM pratenſe, corymbiferum, majus, repens, foliis rotundioribus, albâ, & ſagittatâ maculâ notatis, corymbis florum magis ſparſis, pediculis longiſſimis inſidentibus, ſiliquis tetraſpermis Tab. 25. fig. 1. Supra Marinum Oppidum in loco nuncupato *i Corſi*, Româ eundo Neapolim obſervavimus.

2. Trifoliaſtrum pratenſe, corymbiferum, majus, repens, foliis rotundioribus, albâ, & ſagittatâ maculâ notatis, ſiliquis tetraſpermis. *Trifolium pratenſe, album Park. Theat.* 1110. *Trifolium minus, pratenſe, flore albo, ſeu* 2. *Ger. Emac.* 1185. *Trifolium pratenſe Dod. Pempt.* 565. *& Lob. Icon. Tom.* 2. 29. In pratis, & paſcuis, & ad foſſas udas menſe Majo, & Junio cum floribus ubique apud nos.

Hujuſmodi Trifoliaſtrum Botanici plerumque confundunt cum *Trifolio pratenſi, albo C. B.* Pin. 327.

3. Trifoliaſtrum pratenſe, corymbiferum, majus, repens, foliis rotundioribus, albâ, ſagittatâ, & in acutum longius productâ maculâ notatis, ſiliquis tetraſpermis Tab. 25. fig. 4. Ubi antedictum, & in Populeto juxta Arni ripam ſuburbano loco, vulgò *le Caſcine*.

4. Trifoliaſtrum pratenſe, corymbiferum, majus, repens, foliis oblongis, obtuſioribus, maculâ albicante, ſupernâ parte pyramidatâ, infernâ cordis inſtar pulchrè excavatâ, ſiliquis tetraſpermis. Cum ſuperioribus.

5. Trifoliaſtrum pratenſe, corymbiferum, majus, repens, folio ſubrotundo, albâ, ſemilunatâ, & in dorſo nonnihil excavatâ maculâ notato, ſiliquis tetraſpermis. *Trifolium pratenſe, folio maculâ candidâ, Lunæ falcatæ figurâ Cæſalp.* 240. *An Trifolium pratenſe, paluſtre, ſæpe reſupinum, majori folio ſubrotundo, albâ, falcatâ maculâ inſignito H. Cath. App.* 2.? Ubi ſupradictum.

6. Trifoliaſtrum pratenſe, corymbiferum, majus, repens, folio cordato, albâ maculâ ejuſdem formæ inſignito, ſiliquâ tetraſpermâ. In prædicto Populeto.

7. Tri-

7. Trifoliaſtrum pratenſe, corymbiferum, majus, repens, folio obtuſo, duabus maculis albis inſignito, quarum ſuperior minor triangularis, inferior major cordata, ſiliquâ tetraſpermâ. Ubi reliquæ ipſius ſpecies.

8. Trifoliaſtrum pratenſe, corymbiferum, majus, repens, foliis obtuſis, & veluti cordatis, non maculatis, ſiliquis tetraſpermis. *Trifolium repens Rivin. Ord. Plant. Flor. Irreg.* Cum antedicto, ſed non ita frequens.

9. Trifoliaſtrum pratenſe, corymbiferum, repens medium, foliis oblongis, acutioribus, maculâ latâ, ſagittatâ, ſiliquis tetraſpermis. In locis ſimilibus.

10. Trifoliaſtrum pratenſe, corymbiferum, repens, medium, rotundifolium, maculâ albâ, ſagittatâ, peranguſtâ, ſiliquis tetraſpermis. In ſuperius enuntiato loco *le Caſcine*.

11. Trifoliaſtrum pratenſe, corymbiferum, repens, minus, folio ſubrotundo, maculâ albâ, ſagittatâ, minimâ, ſiliquis tetraſpermis. Oritur in incultis, atque etiam requietis agris, necnon in aggeribus foſſarum, per territorium Parochiæ Divi Martini ad Palmam, & præſertim in loco, quem dicunt, *la Madonna delle Calle*.

Ad hanc Trifoliaſtri ſpeciem, ob ſuam parvitatem, facile reduci poteſt *Trifolium pratenſe, parvum, maculatis foliis, flore albo*: cujus mentionem facit Jo: Bauhvinus Tom. II. pag. 380. in deſcriptione *Trifolii pratenſis, flore albo, minoris, & femina glabri*.

O R D O II

Trifoliaſtri floribus ut ſupra: Siliquis teretibus, tetraſpermis, ſupernâ parte æqualibus, infernâ veluti nodoſis, aut in ſemicirculos diſcriminatis H.

TRIFOLIASTRUM pratenſe, corymbiferum, repens, minimum, foliis obtuſis, non maculatis, ſiliquis tetraſpermis, ſupernâ parte æqualibus, infernâ veluti nodoſis, ſemine ſubluteo Tab. 25. fig. 3. Juxta torrentem Ema, in colle *la Fioraja* dicto per ſata Divi Valentini.

Puſilla eſt planta, nec Icone major, folia obtinens obtuſa, & fere cordata, idcirco ad Iconem, & deſcriptionem *Trifolii pratenſis, flore albo, minoris, & femina glabri I. B.* melius, quàm alia Trifoliaſtri ſpecies a nobis propoſita reſpondere videtur.

2. Trifoliaſtrum annuum, corymbiferum, album, & procumbens, folio cordato, ſubtus atro-virente, ſplendente, ſiliquâ tetraſpermâ, infernè falcatim diſcriminatâ Tab. 25. fig. 6. Intra, & extra Florentiam in pratis fenariis, necnon in paſcuis copioſiſſimum.

O R D O III

Trifoliaſtri floribus ut ſupra: Siliquis nonnihil compreſſis, ſupernâ parte tantum marginatis I, *tetraſpermis*.

TRIFOLIASTRUM pratenſe, corymbiferum, non repens, humi ſtratum, altè radicatum, foliis ſubrotundis, albâ, falcatâ maculâ, vix notatis, floribus minoribus, ſuave-rubentibus, ſiliquis tetraſpermis, ſupernâ parte tantum marginatis, ſemine ſuboſcuro, maculato. In alveis Arni fluvii exiccatis, & in Populetis ſecus eumdem fluvium; In magna ubertate verò per montoſos agros, circa Templum Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Saxo, propè Villam D. Marchionis de Caſtilione, vulgò dictam *Roncolino*.

ORDO IV

Trifoliastri floribus ut supra: Siliquis latis, incurvis, compressis, ac dispermis, & superna parte tantum marginatis K.

TRIFOLIASTRUM pratense, corymbiferum, erectum, annuum, & præaltum, caule crassiore, fistuloso, folio longiore, cordiformi, flore albo, siliquâ, incurvâ, latâ, compressâ, ac dispermâ Tab. 25. fig. 2. *An Trifolium Orientale, altissimum, caule fistuloso, flore albo Tournef. Coroll.* 27.? Circa Bientinam, in locis, ubi per hyeme stagnant aquæ.

2. Trifoliastrum supinum, corymbiferum, annuum, album, majus, folio longiore, obtuso, siliquâ incurvâ, latâ, compressâ ac dispermâ Tab. 25. fig. 5. Non longè a Portu Liburni in via, quæ ad Montem Nigrum ducit, paulo ante Patrum Cappuccinorum ædem, juxta pyramidem aquæductûs.

ORDO V

Trifoliastri floribus in fasciculum, seu corymbum minus speciosum per binos tantum ordines dispositis, qui, dum pistillus in fructum abit, deorsum reflectuntur: Siliquis ut in ordine antecedenti.

TRIFOLIASTRUM Alpinum, purpureum, humile, caule nudo, simplici, foliis angustioribus, acutis, floribus amplioribus, siliquis planis, incurvis, & dispermis. *Anonis Alpina, humilior, radice amplâ, & dulci Inst. R. H.* 408. *Trifolium Alpinum, flore magno, radice dulci C. B. Pin.* 328. *Trifolium Alpinum, Rhæticum, Astragaloides I. B.* 2. 376. *Trifolio angustifolio, Alpino Pon. Bald. Ital.* 194. Provenit in Italiæ Alpibus, multis in locis, scilicet in Monte Baldo Veronæ, aliisque Galliæ Cisalpinæ montibus, sicut etiam prope Pistorium in Etruria, in quodam Jugo, vulgò *il Corno alle Scale*.

ORDO VI

Trifoliastri floribus in capitulum compactum, seu minus laxum L *dispositis, & axi mediatè adhærentibus, qui, dum pistillus in fructum abit, deorsum reflectuntur, & eorum vexillum in quamplurimas species introrsum repanditur* M:
Siliquis brevissimis, incurvis, ac compressis, quarum quædam sunt monosperma N, *quædam verò disperma* O.

TRIFOLIASTRUM, quod Trifolium pratense, luteum, capitulo Lupuli, vel agrarium C. B. Pin. 328. Inst. R. H. 404. *Trifolium pratense, luteum, femina, flore pulchriori, sive Lupulino I. B.* 2. 381. In montosis Italiæ pratis, videlicet per Etruriam ubique.

2. Trifoliastrum pratense, Lupulinum, erectum, luteum, minus, foliis oblongis, acutioribus, capitulis florum pediculis sesquiuncialibus, & biuncialibus insidentibus, siliquâ compressâ monospermâ. Nascitur apud nos in montanis pascuis copiosum, ut supra Templum Beatissimæ Virginis de Saxo, & circa Pratolini Villam Regiam, & Cauponam tabellionum, vulgò *l'Uccellatojo* loco dicto *i Pratoni*, necnon per Senarium montem.

Hoc ut præcedens erectum est, sed magis strigosum, idcirco unam eamdemque plantam censemus cum *Trifolio capitulo Lupuli, croceo Catal. Plant. H. R. Paris. non edit*. Ex munificentia Clarissimi D. Antonii de Jussieu habuimus.

4. Trifoliaſtrum pratenſe, Lupulinum, annuum, luteum, minus, foliis oblongis, acutioribus, viticulis longis, procumbentibus, capitulis parvis, ſiliquâ compreſsâ, monoſpermâ. Prope Florentiam per prata, & paſcua Regii ruris Collis ad Cajanum copioſum, ſicut etiam in pratis Urbi propinquioribus in loco *le Caſcine* jam ſuperius indicato.

5. Trifoliaſtrum arvenſe, ſive Lupulinum, minus, folio cordato, partim ſupinum, partim erectum, capitulis florum craſſioribus, initio è luteo vireſcentibus, poſtea albicantibus, & tandem fulvis, pediculis ſemiuncialibus, & uncialibus inſidentibus, ſiliquâ compreſsâ, monoſpermâ. *Trifolium arvenſe, ſive Lupulinum minus, folio cordato, partim ſupinum, partim erectum, capitulis initio è luteo vireſcentibus, poſtea albicantibus Micheli Hort. Piſ. Trifolium pratenſe, floribus palleſcentibus Caſalp.* 240. In pratis, in agris, & graminoſis locis affatim provenit.

6. Trifoliaſtrum pratenſe, Lupulinum, minimum, folio cordato, capitulis florum ſubluteis, pediculis ſemiuncialibus, & uncialibus inſidentibus, ſiliquâ compreſsâ, monoſpermâ. *Trifolium Lupulinum, alterum minus Raii Synopſ. ed.* 2. 195. *num.* 14. *& ed.* 3. 330. *num.* 17. *Tab. XIV. fig.* 3. In pratis, & paſcuis copioſiſſimum provenit apud nos, præſertim circa Florentiam, & ex Anglia habemus.

7. Trifoliaſtrum pratenſe, Lupulinum, luteum, erectum, minus, caule tenuiſſimo, vix ſe ſuſtinente, & plerumque non ramoſo, foliis abſque pediculis, capitulis uncialibus, & capillaribus pedicellis inſidentibus, ſiliquâ compreſsâ, diſpermâ Tab. 25. fig. 8. *Melilotus pratenſis, lutea, erecta, Trifolii Lupulini facie, foliis abſque pediculis, floribus longis pediculis inſidentibus Micheli H. Piſ.* In Etruria, tam in alpinis quam montuoſis pratis, ſignanter circa Pratolini Villam, & montis Senarii Cœnobium.

8. Trifoliaſtrum pratenſe, Lupulinum, annuum, luteum, omnium minimum, foliis cordatis, ſiliculis compreſſis, monoſpermis. *Trifolium Lupulinum, minimum Mor. Hiſt. Oxon. P.* 2. 142. *num.* 2. *& Inſt. R. H.* 404. *& Raii Synopſ. ed.* 3. 331. *Tab. XIV. fig.* 4. Specimen hujus plantæ a Clariſſimo Sherardo, Londino tranſmiſſum accepimus.

O R D O VII

Trifoliaſtri floribus in capitulum rotundum, vel ſubrotundum, densè digeſtis P, *& axi mediatè adhærentibus, ac continuo erectis: Siliquis diſpermis* Q, *tumidioribus.*

TRIFOLIASTRUM, quod Melilotus major, odorata, violacea Mor. Hiſt. Oxon. Par. 2. 161. Inſt. R. H. 407. *Lotus hortenſis, odora C. B. Pin.* 331. *Lotus ſativa, odorata, annua, flore cæruleo I. B.* 2. 368. *Trifolium odoratum, alterum, ſive Lotus ſativa Dod. Pempt.* 571. In agris Urbi proximis per Ripulenſem planiciem, ſed rarum.

2. Trifoliaſtrum pratenſe, annuum, erectum, minimum, foliis longis, anguſtis, pulchrè venatis, ac tenuiſſimè ſerratis, floribus albis, in capitulum ſphæricum congeſtis, ſiliquis minimis, diſpermis Tab. 25. fig. 7. *Melilotus pratenſis, annua, minima, (erecta,) foliis longis, & anguſtis, tenuiſſimè ſerratis, floribus albis, in capitulum ſphæricum congeſtis Micheli H. Piſ.* In pratis, & paſcuis, necnon in ericetis, menſe Majo, ut in Monte Scalario, & prope Caſiniani Eccleſiam, tum etiam circa Pratolini Villam Regiam.

Huic generi ob florum diſpoſitionem accenſeri deberet *Melilotus capſulis reniſimilibus in capitulum congeſtis Inſt. R. H.* 407. Sed obſtare videtur ſilicularum ſtructura, quam ad Medicaginem potius ſpectare credimus.

Trifoliaſtrum quaſi planta ad Trifolium accedens. Un-

Undecimæ Claſſi addenda, quæ ſequuntur.

DISTRIBUTIO I.

Plantæ flore polypetalo, anomalo, cujus calyx abit in fructum.

PSEUDO-ORCHIS.

Tab. 26. PSEUDO-ORCHIS eſt plantæ genus, ab Orchide diverſum, ob bulbulorum in radice copiam, & longitudinem A, ut videre eſt in Aſparago, & Aſphodelo: a Limodoro totius plantæ facie, & labello floris B tripartito: ab Helleborine flore calcari C donato.

Pſeudo-Orchidis ſpeciem unicam novimus.

1. Pſeudo-Orchis Alpina, flore herbaceo Tab. 26. *Limodorum montanum, flore ex albo dilute vireſcente Com. Ac. R. Sc. Anno MDCCV. pag.* 517. *Tab.* 8. Per Piſtorienſes Alpes reperitur, in loco vulgò *Mandormini*.

Pſeudo-Orchis quaſi falſa Orchis, ſeu teſticularis planta ad Orchidem accedens.

ORCHIASTRUM.

ORCHIASTRUM eſt plantæ genus, ab Orchide diverſum, radice ex pluribus bulbulis Napi, aut Rapunculi radicis æmulis conſtante D: flore calcari deſtituto.

Orchiaſtri ſpecies ſunt.

1. Orchiaſtrum æſtivum, paluſtre, ſpirale, album, odoratum Tab. 26. In humectis agri Florentini inter juncos provenit, ſcilicet per Montem Ferratum, & in collibus Imprunetæ menſe Auguſto.

2. Orchiaſtrum autumnale, pratenſe, ſpirale, album, odoratum. *Orchis ſpiralis, alba, odorata, minor C. B. Pin.* 84. *Orchis ſpiralis, alba, odorata I. B.* 2. 769. *Inſt. R. H.* 433. *Teſticulus odoratus, ſive Orchis ſpiralis, minor Lob. Icon.* 186. In pratis, & paſcuis Autumnali tempore viget ubique.

Orchiaſtrum quaſi planta ad Orchidem accedens.

MONORCHIS.

MONORCHIS eſt plantæ genus, ab Orchide diverſum, flore calcari deſtituto E: & radice ac unico tantum prædita bulbo F. Flores a planta ſeparati, ut melius innoteſcant, microſcopii beneficio creverunt.

Monorchidis ſpeciem unicam novimus.

1. Monorchis montana, minima, flore obſoleto, vix conſpicuo Tab. 26. *An Monorchis foliis anguſtioribus, floribus luteis, ceram olentibus Mentz. Pug. Tab.* 5? Menſe Julio in Tirolenſibus Alpibus, variis in locis.

Monorchidis nomine hanc plantam inſignivimus, quod unico tantum conſtet bulbulo, ſeu teſticulo, μόνος enim apud Græcos eſt ſolus, ὄρχις vero teſticulum denotat.

Duo-

Duodecimæ Claſſi addenda, quæ ſequuntur.

DISTRIBUTIO I.

Plantæ flore floſculoſo, ſeminibus non pappoſis, & thalamis florum folioſis.

SANTOLINOIDES.

SANTOLINOIDES eſt plantæ genus, a Santolina diverſum, ſubſtantia herbacea, & foliis in tenuiſſimas lacinias diviſis, ut in Anthemide, & Chamæmelo. *Tab.* 27.

Santolinoidis ſpecies ſunt.

1. Santolinoides Alpina, ſaxatilis, foliis glaucis, & veluti argenteis, floribus luteis Tab. 27. *An Pyrethrum alterum, minus, ceſpitosâ radice, Anthemidis flore, Italicum Barr. Icon.* 522.? In valle *Cupa* Moronis montis apud Samnites inter diruta Saxa, menſe Junio florentem vidimus.

2. Santolinoides Orientalis, foliis pennatis. *Chamæmelum Orientale, foliis pennatis Tournef. Coroll.* 37. *& Boerha. H. L. Bat. p.* 1. 110. D. Sherardus Smyrnâ miſit.

Santolinoides dicitur quaſi planta ad Santolinam accedens.

Decimætertiæ Claſſi addenda, quæ ſequuntur.

DISTRIBUTIO I.

Plantæ flore ſemifloſculoſo, ſemine nudo.

LEONTODONTOIDES.

LEONTODONTOIDES eſt plantæ genus, a Dente Leonis, Catanance, Hedypnoide diverſum, ſeminibus A nullis pappis, vel barbulis, aut villis coronatis, in calyce B cylindriformi comprehenſis, qui per maturitatem non dehiſcit, ut in Dente Leonis, ſed potius nonnihil clauditur, veluti in prædicto Hedypnoide: ab Hyoſiride verò, caule ſimplici, & nudo diſtat. *Tab.* 28.

Leontodontoidis ſpeciem unicam novimus.

1. Leontodontoides Alpinus, glaber, Eryſimi folio, radice craſsâ fœtidâ Tab. 28. *Dens Leonis tenuiſſimo folio C. B. Pin.* 126. *Prodr.* 62. *Hieracium fetidum III. Col. part.* 2. 32. In Mutinenſi ditione paulo ſupra Caſtrum novum ſecus viam, quæ ad Oppidulum Saxi, & Elli ducit, necnon in Petræ Apuanæ Alpibus occurrit.

Leontodontoides dicitur quaſi planta ad Leonis Dentem accedens.

De-

Decimæquartæ Classi addenda, quæ sequuntur.

DISTRIBUTIO I.

Plantæ flore radiato, semine pappis instructo.

BELLIDASTRUM.

Tab. 29. BELLIDASTRUM est plantæ genus, à Bellide dumtaxat diversum seminibus pappis A instructis, & thalamo floris non pyramidato B.

Bellidastri species sunt.

1. Bellidastrum Alpinum, glabrum, foliis longioribus acutis, altè dentatis, flore albo. In Falteronæ Etruriæ Jugo, & per Petræ Apuanæ Alpes, necnon per sylvas Gargani Apuliæ Montis.

2. Bellidastrum Alpinum, foliis brevioribus, hirsutis, caule palmari, flore albo. *Bellis sylvestris, media, caule carens C. B. Pin.* 261. *Inst. R. H.* 490. *Bellis sylvatica I. B.* 3. 114. *Bellis media Clus. Hist. XLIIII. & Cam. Epit.* 654. In Tirolensi Comitatu, variis in locis observavimus.

Bellidastrum dicitur quasi planta ad Bellidem accedens.

DISTRIBUTIO II.

Plantæ flore radiato, semine pappis destituto, & capitulo folioso munitæ.

ANTHEMIS.

D. Tournefortius in decimaquartâ Classe Sect. 3. constituit herbas flore radiato, semine pappis, & capitulis foliis carente, inter quas perperam connumerat *Chamæmelum*, *Buphthalmum*, & *Asteriscum*, quia capitulis foliosis munitæ sunt, exceptis quibusdam Chamæmelorum speciebus; optimè ab oculatissimo authore ibidem collocatis, cum ejusdem notis ad unguem respondeant. Nos igitur ab eodem genere reliquas ejus species segregamus, & in præsenti genere constituimus.

Tab. 30. ANTHEMIS est plantæ genus, flore A radiato, cujus scilicet discus B ex plurimis flosculis C: corona verò D ex semiflosculis E componitur, embryonibus F G insidentibus, & calyce H squamoso comprehensis. Embryones autem deinde abeunt in semina I, thalamo K affixa, & foliolis imbricatis L inter se distincta. His notis addenda sunt folia in tenuissimas lacinias divisa.

Anthemidis species sunt.

1. Anthemis Italica, arvensis, annua, major, vulgatissima, flore maximo, disco pungente. *Chamæmelum annuum, flore maximo, capitulis spinosis Mor. Hist. Oxon. Part.* 3. *Tab.* 8. *fig.* 12. *Chamæmelum annuum, ramosum, Cotulæ fetidæ floribus amplioribus, capitulis spinosis Ejusdem* 36. *& Rai Hist. Tom.* 3. 223. *& Cat. Plant. Hort. Pis. Tab.* 19. *fig.* 2. *Cota vulgò, sive Cotula fetida Cæsalp. in Opere de plant.* 492. *& in Horto sicco pag.* 69. *num.* 173. *Cotula maggiore Compend. della Facoltà de' Sempl.* 19. Per Etruriam copiosissima, & præsertim in agro Florentino, ubi omnibus sub Cotæ nomine nota est.

2. Anthemis maritima, lanuginosa, annua, foliis crassis, Pyrethri sapore, semiflosculis albis, juxta discum luteis Tab. 30. fig. 1. *An Chamæmelum annuum, ra-*

ramoſum, *Coronopi folia*, *flore miſto Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. *pag.* 36. *num.* 18. *Tab.* 18. *fig.* 15. *Forte Chamæmelum fœtidum*, *marinum I. B.* 3. 121. Circa Portum Liburni, atque Petram Sanctam, aliaque littoralia Etruriæ loca, necnon a mari remota, videlicet Piſas inter, & Florentiam, ſecundum viam publicam, paulo ante Cecinæ fluvium.

3. Anthemis arvenſis, annua, patula, modo odora, modo inodora, modo fœtida, folio glauco, capitulis, & ramulorum extremitatibus craſſioribus Tab. 30. fig. 2. Suprema ramulorum pars tumida, & fiſtuloſa, ut in Hedypnoide. In agris circa Florentiam, & in urbanis hortis affatim provenit.

4. Anthemis arvenſis, annua, erecta, Chamæmeli officinarum facie, Abrotani odore, ſapore amaro, & acri, flore majore Tab. 30. fig. 3. In Campeſtribus Pratolini Regiæ Villæ.

5. Anthemis arvenſis, annua, erecta Chamæmeli officinarum facie, Abrotani odore, ſapore amaro, & acri, flore minore Tab. 30. fig. 9. *Chamæmelum fœtidum C. B. Pin.* 135. *Inſt. R. H.* 494. In arvis cum Chamæmelo vulgari apud nos, ſed raro creſcit.

6. Anthemis maritima, annua, odorata, præcox, flore albo, caule purpuraſcente. *Chamæmelum maritimum*, *odoratum*, *præcox*, *flore albo*, *caule purpuraſcente Micheli Cat. Hor. Piſ. Tab.* 21. *fig.* 3. *An Chamæmelum majus*, *folio tenuiſſimo*, *caule rubente H. R. Monſp?* In Romæ maritimis abundè creſcit, ſpeciatim circa Oſtiam, & in pratis ſecus Tyberis ripas, necnon Inſulam Tyberinam inter, & Centum Cellas multis in locis.

7. Anthemis hortenſis, repens, odorata, flore luteo, ſemifloſculis concoloribus, vix conſpicuis. *An Chamæmelum luteum*, *capitulo aphyllo C. B. Pin.* 135? In hortis noſtris colitur.

8. Anthemis maritima, perennis, foliis craſſis, punctatis. *Chamæmelum maritimum*, *Dalecampii Lugd.* 1394. *Inſt. R. H.* 494. *Matricaria maritima C. B. Pin.* 134. *Chamæmelum maritimum I. B.* 3. 122. In Ilvenſi, & Oſtienſi littore.

9. Anthemis maritima, perennis, foliis craſſis, punctatis, flore ampliore. In horto medico Sapientiæ Romanæ cum antedicta cultam obſervavimus.

10. Anthemis montana, perennis, incana, & ſericea, caulibus non ramoſis. *Chamæmelum Alpinum*, *Abrotani folio Inſt. R. H.* 494. *Abſinthium montanum*, *Chamæmeli flore magno C. B. Pin.* 140. *Abſinthium montanum*, *Abrotani femina flore Col. Phytob.* 23. Apud Hirpinos in Monte Beatiſſimæ Virginis, vulgò *Monte Vergine*, ubi Fabius Columna ipſum inveniſſe tradidit.

11. Anthemis Alpina, ſaxatilis, umbellata, perennis, calyce nigricante. *Matricaria Alpina*, *Chamæmeli foliis C. B. Pin.* 134. *Millefolium Alpinum I. B.* 3. 139. *Parthenium Alpinum Cluſ. Hiſt.* 336. *& Pann.* 560. In locis a Carolo Cluſio enunciatis legimus, necnon in Tridentinis, & Vettarum Alpibus.

12. Anthemis Alpina, ſaxatilis, perennis, foliis craſſis, virentibus. In ſummo Cymmerio Antro, vulgò *la Grotta della Sibilla di Norcia*.

13. Anthemis Alpina, perennis, incana, & villoſa, flore albo, calyce nigricante. *Chamæmelum montanum*, *incanum*, *Abſinthioides*, *Italicum Barr. Icon.* 457. *Leucanthemum Plinii Ang.* 181. Supra Cimmerium Antrum, & apud Samnites, tum in magno Italiæ ſaxo, vulgò *Monte Corno*, ubi Anguillara indicat, tum in aliis ſimilibus, & propinquis jugis, & præſertim in illo nuncupato *il Mozzo di Camicia*, & in illo *la Foce della Pietra Camela*.

24. Anthemis Alpina, ſaxatilis, odorata, minima, perennis, floribus exiguis, umbellatim, compactis. *Tanacetum Alpinum*, *odoratum C. B. Pin.* 132. *& Scheuch. Obſ. Botan. Anno* 1708. *ed. Lond. pag.* 70. *Tab. XXI. fig.* 3. *Millefolio Alpino affinis planta quibuſdam Iva Moſcata I. B.* 3. 140. In ſummo Gottardi Monte.

Anthemis dicitur a voce Græca ἄνθος, *ideſt flos*, *quaſi florida*, *nam hæc planta plurimos*, *& diuturnos flores plerumque profert.*

DISTRIBUTIO III.

Plantæ flore radiato, ſemine pappis, & capitulis folioſis carente.

CHAMÆMELUM.

CHAMÆMELUM eſt plantæ genus, ab Anthemide tantum diverſum floſculis, aut ſeminibus nullis foliolis imbricatim intermiſtis.

Chamæmeli ſpeciem unicam novimus.

1. Chamæmelum (annuum,) vulgare, Leucanthemum Dioſcoridis C. B. Pin. 135. *Chamæmelum vulgare, amarum I. B. 3. 116. Chamæmelum vulgare Dod. Pempt.* 257. In arvis, & in hortis tempore Veris ubique apud nos.

Chamæmelum dicitur quaſi parvum Malum ob odoris ſimilitudinem, quam habet cum fructu Mali Apioli.

PARTHENIUM.

Tab. 29. PARTHENIUM eſt plantæ genus, a Matricaria diverſum non modo odore, & ſapore quaſi deſtitutum, verum etiam radice perenni, ſemineque in ſuperna parte C magis umbilicato.

Pathenii ſpecies ſunt.

1. Parthenium majus, Tanaceti folio, flore ampliori. In hortis Italiæ.

2. Parthenium quod Matricaria Tanaceti folio, flore majore, ſemine umbilicato Inſt. R. H. 493. *Tanacetum inodorum, flore Bellidis majoris H. Eyſt.* In horto Piſano tantum vidimus.

3. Parthenium quod Tanacetum inodorum, latifolium, Alpinum, magno Bellidis flore Barr. Icon. 786. In Montibus majoris Carthuſiæ.

4. Parthenium quod Tanacetum inodorum, latifolium, criſpum, magno Bellidis flore Barr. Icon. 782. Circa Triſultinam Carthuſiam.

5. Parthenium quod Matricaria Tanaceti folio, flore minore, ſemine umbilicato Inſt. R. H. 493. Juſs. in Barr. 100. In Sylvis Montis Januarii.

6. Parthenium foliis tenuiſſimis, Achillææ cæſuris Tab. 29. *Cotula quædam in Sylvis, altior, & erectior ſine odore Cæſalp.* 492. In ericetis, & ſylvis apud nos.

7. Parthenium minus, foliis tenuiſsimis, Achillææ cæſuris. *Chamæmelum Sophiæ folio Inſt. R. H.* 494. In hortis noſtris.

Parthenium dicitur quaſi Virginalis planta, nam apud Græcos παρθένος *eſt Virgo.*

BELLIS-LEUCANTHEMUM.

Tab. 29. BELLIS-LEUCANTHEMUM eſt plantæ genus, a Bellide diverſum caulibus ramoſis, ac folioſis D: a Bellidaſtro ſeminibus non pappoſis E: a Leucanthemo verò ſeminibus planis, & quaſi marginatis F, & a thalamo floris pyramidato G.

Bellidis-Leucanthemi ſpecies ſunt.

1. Bellis-Leucanthemum, annuum, Luſitanicum, rotundifolium Tab. 29. *Bellis minima, ramoſa, annua V. Luſitan.* Lutetia Pariſiorum a Clariſſimo Domino de Juſſieu ſpecimen pulcherrimum accepimus.

2. Bellis-Leucanthemum, annuum, Italicum. *Bellis minima, pratenſis, caule folioſo Bocc. Muſ. Part. 2. 96. Tab. 35. Bellis minor, alba, ramoſa Park. Theat.* 350. *Raii Hiſt.* 158. 351. *Bellis minor Cam. Epit.* 655. *Bellis minor, caule folioſo Mentz. Pug.* In ericetis Etruriæ admodum copioſum.

Bellis-Leucanthemum dicitur quaſi planta ad Bellidem, & Leucanthemum accedens.

In-

Inter decimamquartam, & decimamquintam Claſſem ob peculiarem florum ſtructuram alia Claſſis eſſet apponenda, in qua plantæ Graminifoliæ Culmiferæ, grano tam majore, quam minore, tam eſculento, quam non eſculento comprehenduntur.

FLORES prædicti, qui noſtram, & novam Claſſem conſtituunt, dipetali A B C ſunt, petalis uno tantum verſu D, alarum Papilionis inſtar diſpoſitis, tribus plerumque A C, raro ſex, ut in Oryza B ſtaminibus muniti. Ex his aliqui donantur petalis acutis A, obtuſis alii, ac veluti detruncatis B C. In nonnullis plantis iidem flores fecundi ſunt E, in aliis ſteriles F, nempe piſtillo deſtituti, in certis verò ſpeciebus tam ſteriles, quam fecundi in eadem planta inveniuntur; At in plantis omnibus hi diſponuntur in Locuſtas ſimplices G, vel in Locuſtas compoſitas H, ſicque propter eorumdem florum, ac locuſtarum varietatem, plantas ſupra memoratas in ſequentia genera diſtribuimus, quorum nomina tantum nunc ſubjicimus. Cetera verò quæ pertinent ad hanc Claſſem in altera parte Operis pertractabimus. *Tab.* 31.

DISTRIBUTIO I.

Plantæ locuſtis compoſitis, flore a ſemine non ſeparato.

1 TRITICUM.
2 ZEA.
3 AGROSTARIUM.
4 PSEUDO-TRITICUM.
5 LOLIUM.
6 GRAMEN.
7 FESTUCA.
8 BROMOS.
9 ARUNDO.
10 AVENA.

DISTRIBUTIO II.

Plantæ locuſtis ſimplicibus, flore a ſemine non disjuncto.

1 HORDEUM.
2 PHOENIX.
3 PHALARIS.
4 SPARTUM.
5 ORYZA.
6 POLYDACTYLON.
7 ISCHÆMUM.
8 PANICUM.
9 MILIUM.

DISTRIBUTIO III.

Plantæ locuſtis ſimplicibus, in eadem planta duarum ſpecierum, diverſæ nempe ſtructuræ, & conſiſtentiæ, quædam floriferæ tantum, aliæ floriferæ, & ſeminiferæ.

1 ÆGILOPS.
2 SORGUM.
3 SCHOENANTHUM.

DISTRIBUTIO IV.

Plantæ locuſtis ſimplicibus, in eadem planta binarum ſpecierum, diverſæ nempe ſtructuræ, & conſiſtentiæ, nonnullæ ſunt floriferæ, aliæ ſeminiferæ.

1 Ægilopoides

DISTRIBUTIO V.

Plantæ locuſtis compoſitis, in eadem planta binarum ſpecierum, diverſæ ſcilicet ſtructuræ, & conſiſtentiæ donatis, nonnullæ tantum floriferæ, aliæ ſemen ferunt.

1 Sesamum. 2 Sesamastrum. 3 Lacryma Job. 4 Mayz.

Mirum ſanè videtur tot inſignium Botanicorum oculos in plantis prædictis ita obviis, florum petala fugiſſe, & ſtamina tantum pro vero flore conſiderata, licet Clariſſimus Malpighius in ſuo præclaro opere Anat. plant. pag. 52. Tab. 35. num. 215. DDD. in Tritico Indico, ſeu Mayz duntaxat conſideraverit.

Decimæquintæ claſſi addenda, quæ ſequuntur.

DISTRIBUTIO I.

Plantæ culmiferis, & graminifoliis affines, floribus apetalis, polyſtemonibus, ſeu pluribus ſtaminibus conſtantibus, per locuſtas compoſitas adactis, & in unaquaque locuſtarum flos unus ſterilis, alter vero fecundus exiſtit.

PANICASTRELLA.

Tab. 31. Panicastrella eſt plantæ genus, floribus A apetalis, tribus ſtaminibus B conſtantibus, in locuſtam compoſitam biglumam C, uno flore ſterili D, altero vero piſtillo E donato. Piſtillus autem abit deinde in ſemen F, ut plurimum ſubrotundum. His notis additur locuſtas eſſe plerumque ternas G in folliculis H laciniatis, echinatis, ac per baſim etiam villis I circumdatis, reconditas. Itemque eosdem folliculos in ſpicam longam, teretem ſingulatim eſſe digeſtos.

Panicaſtrellæ ſpecies ſunt.

1. Panicaſtrella Americana, major, annua, ſpicâ laxâ, purpuraſcente. *Gramen echinatum, maximum, ſpicâ rubrâ Sloane Cat. Jam. Raii Hiſt. Tom. 3. 602. Gramen Americanum, ſpicâ echinatâ, majoribus locuſtis Pluk. Alm. 177. & Phytogr. Tab. 92. 3. Schol. Bot. 258. Gramen locuſtis tumidioribus, echinatis Scheuchz. Hiſt. Gram. 77. Gramen aculeatum, Coraſſavicum Prodr. Parad. Bat. 338.*

2. Pani-

2. Panicaſtrella Americana, minor, annua, ſpicâ anguſtiori, densâ, albicante. *Gramen echinatum, maximum, ſpicâ albâ. Sloan. Cat. Jam. Raii Hiſt. Tom.* 3. 602. *An Gramen Tribuloides, ſpicatum, maximum, Virginianum Pluk. Alm.* 177? Utraque ſpecies noſtris colitur in hortis, è ſeminibus ab Amicis exteris communicatis.

Panicaſtrella dicitur quaſi planta ad Panicum accedens.

DISTRIBUTIO II.

Plantæ flore apetalo, polyſtemone, ſeu pluribus ſtaminibus compoſito, & calyci polyphyllo inſidente: cujus piſtillus abit in fructum unicapſularem.

JUNCUS.

JUNCUS eſt plantæ genus, flore A apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus B conſtante, e calyce C hexaphyllo ſurgentibus. Piſtillus autem D abit deinde in fructum, nunc rotundum E, nunc ſubrotundum F, modo longiorem G, plerunque trigonum, in tres partes dehiſcentem H, quarum ſingulæ introrſum per longitudinem ab intermedio I ſeptæ, cui ſemina oblonga K adhærent. *Tab.* 31.

ORDO I

Junci aphylli, viminoſi, ad radicem ſquamis vaginiformibus circumamicti.

JUNCUS acutus, paniculâ ſparsâ C. B. Pin 11. & Theat. 176. Inſt. R. H. 246. *Juncus foliaceus I. B.* 2. 521. *Juncus acutus Dod. Pempt.* 605. In humidis, & in ripis fluminum ubique.

2. Juncus lævis, paniculâ ſparsâ, major C. B. Pin. 12. Theat. 182. Scheuchz. Hiſt. Gram. 341. & Inſt. R. H. 249. *Juncus paniculâ arundinaceâ I. B* 2. 520. *Juncus lævis Dod. Pempt.* 605. In aquis ſtagnantibus, & ad fluviorum ripas.

3. Juncus lævis, paniculâ non ſparsâ C. B Pin. 12. Theat. 183. Inſt. R. H. 246. *Juncus lævis, vulgaris, paniculâ compactiore Raii Hiſt.* 1304. *& Synopſ. ed.* 2. 273. *& ed.* 3. 442. *Juncus Math.* 1190. *ed. Valgriſ. in fol.* 1578. *Juncus Mathioli I. B.* 2. 520. *Juncus lævis, glomerato flore Lob. Icon.* 84. In humidis, & aquoſis circa Florentiam variis in locis, ſpeciatim in planicie, quæ jacet ad radicem Montis Ferrati, propè Pratum Urbem.

4. Juncus lævis, paniculâ glomeratâ, minore, nigricante. In Prato Spada, ſupra Templum Beatiſſimæ Virginis de Saxo ditionis Florentinæ.

5. Juncus parvus, calamo ſupra paniculam compactam longius producto Raii Hiſt. 1305. & Synopſ. ed. 2. 273. num. 11. & ed. 3. 432. num. 6. Pluk. Alm. 200. *Juncus lævis, paniculâ ſparsâ, minor C. B. Pin.* 12. *Theat.* 183. *Scheuchz. Hiſt. Gram.* 347. *Tab.* 7. *fig.* 11. Londino a D. Sherardo miſſus.

ORDO II

Junci viminoſi, caulibus deſuper nudis, ad radicem tantum foliis longis teretibus veſtitis.

JUNCUS acutus, capitulis Sorghi C. B. Pin. 11. & Theat. 173. Inſt. R. H. 246. Park. Theat. 1193. Scheuchz. Hiſt. Gram. 338. *Juncus pungens, ſeu juncus acutus, capitulis Sorghi I. B.* 2. 520. In littoribus Italiæ maritimis copio-

pioſiſſimus, necnon in locis a Mari longe diſſitis, videlicet circa Florentiam, nempe in collibus Imprunetæ, & ad Montis Ferrati radicem.

2. Juncus acutus, maritimus, Anglicus Park. Theatr. 1193. Mor. Hiſt. Oxon. Part. 3. 232. Tab. 10. fig. 14. & Raii Synopſ. ed. 3. 431. num. 2. Scheuchz Hiſt. Gram. 340. Circa Portum Liburni, & ad Mare Piſanum copioſe creſcit.

3. Juncus acutus, minor, umbellatus Micheli Hort. Piſ. In collibus Imprunetæ Florentiâ non diſtantibus rariſſimus occurrit, & an conveniat cum maritimo Anglico ſupradicto ulterius videndum.

ORDO III

Junci folioſi, quidam foliis teretibus, alii paululum compreſſis, quæ per ſiccitatem omnia nodoſa efficiuntur.

JUNCUS aquaticus, erectus, major, foliis compreſſis, articuloſis, cum internodiis ſemiuncialibus, capitulis florum ſpadiceis, umbellatim, & paniculatim diſpoſitis, In Etruria, ſed ubi præcipue, nunc non recordamur.

2. Juncus aquaticus, erectus, minor, foliis teretibus, articulatis, cum internodiis breviſſimis, capitulis florum ſpadiceis, umbellatim, & paniculatim diſpoſitis. *Juncus foliis articuloſis, floribus umbellatim, & paniculatim diſpoſitis Inſt. R. H.* 247. Ex agro accepimus Pariſiensî, & in Por di Lio Inſula circa Venetias ſponte naſci vidimus, necnon inter Bononiam, & Lojanum juxta Sevanæ fluvium, ſicut etiam in Apennino, & ſignanter in monte nuncupato *il Saſſo di Caſtro*.

3. Juncus foliis articuloſis, erectus, radice repente, craſſiore Micheli Hort. Piſ. *An Juncus nemoroſus, folio articulato Inſt. R. H.* 247? Naſcitur in lacuſtribus, cœnoſiſque locis circa Altum Paſſum in Etruria admodum frequens.

Radix hujus plantæ valida, ſimplex, palmaris, & ſeſquipalmaris, pennæ anſerinæ craſſitiem æquans, colore plerumque obſoletè luteo, fibris craſſis, rigidis, & lanuginoſis firmata, ex qua cubitales, ſeſquicubitales, & majores etiam ſurgunt caules, teretes, & erecti, qui in faſtigio paniculam edunt parvam, capitulis minoribus, minuſque coloratis, quam in *Junco foliis articuloſis, floribus umbellatis Inſt. R. H.* compoſitam.

4. Juncus aquaticus, maritimus, erectus, radice repente, foliis articuloſis, cultri inſtar compreſſis, & leviter ſtriatis, paniculâ ſpeciosâ, initio ſui ſparsâ, per maturitatem verò contractâ, capitulis florum exiguis. In littore Piſano ultra locum *le Caſcine* nemus inter, & littus Maris.

Peculiaris eſt planta, & a nemine forſan adhuc demonſtrata; folia profert cultri more inæqualiter valdè complanata, ideſt ſupernâ parte tenuiſſima, infernâ verò craſſiore, ibique nonnihil ſtriata. Figura *Junci aquatici, majoris, ſparsâ paniculâ Park Theat.* 1269. & 1271. pro Icone hujus plantæ antequam panicula contrahatur inſervire poteſt.

5. Juncus aquaticus, erectus, radice repente, foliis articuloſis, cultri inſtar compreſſis, & leviter ſtriatis, paniculâ minori, & minus ſpeciosâ, initio ſui expansâ, per maturitatem vero contractâ, capitulis florum exiguis. In Palude Bientinæ per eam partem, quæ ad Altum Paſſum pertinet.

6. Juncus foliis articuloſis, floribus umbellatis Inſt. R. H. 247. *Gramen junceum, folio articulato, aquaticum C. B. Pin.* 5. *Prodr.* 12. *Theat.* 76. *Scheuchz. Hiſt. Gram.* 331. *Juncus foliaceus, capſulis triangularibus I. B.* 2. 521. In aquoſis, & uliginoſis ubique apud nos.

7. Juncus foliis articuloſis, aquaticus, ſupinus, repens, humilior, & craſſior, floribus umbellatis Micheli H. Piſ. In aquoſis circa Altum Paſſum, in Etruria vulgò *l'Alto Paſcio*.

Capſu-

Capſulæ ſeminales hujus plantæ non ſunt ita nigricantes, nec laxius diſpoſitæ ut in *Junco foliis articuloſis, floribus umbellatis Inſt. R. H.* ſed denſiores, & ad fulvum colorem tendentes, ac inſtar capituli *Graminis hirſuti, capitulo globoſo C. B.* in oblongo axiculo alligatæ.

9. Juncus foliis articuloſis, aquaticus, ſupinus, repens, minor, & tenujor, floribus umbellatis. In paluſtribus circa Altum Paſſum.

10. Juncus foliis articuloſis, repens, humilis, ſarmentoſus, longiſſimus, (capitulis florum craſſioribus, rufeſcentibus) Micheli H. Piſ. In ripis, & in alveo Arni fluminis propè Florentiam, ubi viticulis ſuis uſque ad duas, vel tres ulnas eſtenditur.

11. Juncus Alpinus, foliis articuloſis, capitulis florum umbellatis, craſſioribus, & rufeſcentibus Micheli H. Piſ. In Alpibus Camaldulenſibus inter Oppidum Meggionam, & Eremum, ſecus viam publicam.

12. Juncus foliis articuloſis, erectus, minor, floribus umbellatis, capſulis nigricantibus Micheli H. Piſ. In collibus Imprunetæ cum ſequenti.

13. Juncus foliis articuloſis, parvus, aquaticus, capſulis ſeminum oblongis, albicantibus Micheli H. Piſ.

ORDO IV

Junci folioſi, foliis inferioribus triangularibus, ſuperioribus teretibus, & articulatis, floribus umbellatis.

JUNCUS aquis innatans, foliis inferioribus non articuloſis, longiſſimis, & capillaceis, ſuperioribus brevibus, craſſioribus, & articuloſis, floribus umbellatis Micheli Hort. Piſ. *Graminifolia lacuſtris, prolifera, ſeu plantulis quaſi novis hinc inde cauliculis ſuccreſcentibus D. Loyd. Raii Synopſ. ed. 2. 283. & ed. 3. 434.* In Palude Bientinæ prope Altum Paſſum.

ORDO V

Junci ut ſupra, ſed foliis ſuperioribus non nodoſis, & ſupernâ parte vix canaliculatis.

JUNCUS parvus, bulbifer, foliis teretibus, non articuloſis, capitulis florum albicantibus. *Juncus minimus, terreſtris, annuus, foliis teretibus, non articuloſis, imis capillaceis, ſuperioribus verò craſſioribus, floribus umbellatis Micheli Hort. Piſ.* In ericetis, & humidioribus agrorum foveis, circa Caſtrum Sanctæ Mariæ ad Montem, & in paluſtribus propè Altum Paſſum.

2. Juncus minimus, bulbifer, foliis teretibus, non articuloſis, capitulis florum umbellatis, nigricantibus. *Gramen junceum, capſulis triangulis, minimum Raii Hiſt.* 1307. *& Synopſ. ed. 2. 275. & ed. 3. 434. n. 11. Gramen Bufonium, glomeratis utriculis Barr. Icon.* 94. Ex Anglia unicè habemus.

3. Juncus minimus, bulbifer, foliis teretibus, non articuloſis, capitulis florum umbellatis, nigricantibus, foliatis. *Gramen junceum, minimum, paniculis foliaceis Mor. Hiſt. Oxon. 227. Tab. 9. fig. 2. Juncoides calycibus paleaceis, glomeratis, foliis varians Scheuchz. Hiſt. Gram,* 330. *Tab. 7. fig.* 10. In agro Romano, & ex Anglia etiam habemus.

ORDO VI

Junci folioſi, foliis omnibus carinatis, floribus umbellatis.

JUNCUS paluſtris, humilior, erectus, floribus pluribus ſimul junctis. Circa Altum Paſſum, & Caſtrum Divæ Mariæ ad Montem, necnon in maritimis Piſanis.

2. Juncus

2. Juncus paluſtris, humilior, ſupinus, floribus pluribus ſimul junctis Micheli Hort. Piſ. In Alveo Arni fluminis.

3. Juncus foliatus, minimus I. B. 2. 523. & Inſt. R. H. 247. In agro Florentino locis montoſis, & humectis, tum etiam per ericeta obvius.

ORDO VII

Junci folioſi, foliis omnibus carinatis, paniculâ ſparsâ, floribus ſolitariis, capſulis rotundis.

JUNCUS parvus, cum pericarpiis rotundis I. B. 2. 522. Inſt. R. H. 297. & Raii Synopſ. ed. 3. 433. n. 10. *Juncus repens*, ἀκρόκαρπος, *minor, botryoides Barr. Icon* 114. *num.* 1. *An Gramen juncoides junci ſparsâ, paniculâ Prak. Theat.* 1190? *Forte Gramen junceum, polyſtachyon C. B. Pin.* 5. In aquoſis per Etruriam copioſiſſimus, & ſpeciatim in maritimis.

2. Juncus paluſtris, exiguus, erectus, annuus, capſulis ſeminum rotundis. *An Gramen junceum Milii paniculâ Barr. Icon.* 747. *num.* 2? In ericetis montoſis agri Florentini copioſus, necnon in herbidis circa paludem Bientinam prope Altum Paſſum.

ORDO VIII

Junci ut ſupra, ſed capſulis ſeminum oblongis.

JUNCUS paluſtris, annuus, erectus, caule cubitali. *An Gramen Bufonium, erectum, anguſtifolium, majus Barr. Icon.* 264? *Gramen nemoroſum, calyculis paleaceis ſpecies altera, procerior Scheuchz. Hiſt Gram.* 328. In Piſano Agro.

2. Juncus paluſtris humilior, erectus Inſt. R. H. 246. *Gramen nemoroſum, calyculis paleaceis, erectum C. B. Pin.* 7. *Theat.* 100. *Scheuchz. Hiſt. Gram.* 327. *Holoſteum Mathioli junceum I. B.* 2. 510. *Holoſteum Mathioli Lob. Icon.* 18. In humidis ubique.

3 Juncus paluſtris, humilior, repens Inſt. R. H. 246. *Gramen nemoroſum, calyculis paleaceis, repens C. B. Pin.* 7. *Theat.* 99. *Scheuchz. Hiſt. Gram.* 329. *Gramen Bufonium, ſupinum, mollius, ſive umbellatum Barr. Icon.* 93. Cum ſuperiori, ſed minus obvius.

ORDO IX

Junci folioſi, foliis carinatis, floribus nunc ſingularibus, nunc pluribus ſimul junctis in eadem planta.

JUNCUS acumine reflexo, minor vel trifidus C. B. Pin. 12. Prodr. 22. Theat. 185. Inſt. R. H. 246. *Juncus trifidus I. B.* 2. 521. *Juncoides Alpinum, trifidum Scheuchz. Hiſt. Gram.* 325. In ſcopulis Alpinis per Italiam pluribus in locis è ſaxorum crepidinibus exit, ut in Petræ Apuanæ Alpibus, necnon in quodam Piſtorienſi jugo, nuncupato *il Corno alle Scale*.

ORDO X

Junci folioſi, foliis carinatis, monanthi, quibus in ſingulo ſtilo tantum unicus flos inſidet.

JUNCUS Alpinus, monanthos, capſulâ nigricante. *Juncus Alpinus, minimus, bifidus Mont. Cat. Stirp. Agr Bon. Prodr.* 27. *An Juncus Alpinus* μοναν θὴς & μονόσπερμος *Ponted. Comp. Tabul.* 112.?

No-

Noſter polyſpermus eſt, & in Alpibus noſtratibus rariſſimus occurrit, & an ſit diverſus ab antecedenti, vel potius altera ejuſdem ſpecies nondum clarè nobis innoteſcit.

O R D O XI

Junci ſpicati, caulibus aphyllis, & ad radicem tantum foliis carinatis veſtitis.

JUNCUS montanus, paluſtris Raii Hiſt. 1303. & Synopſ. ed. 2. 272. n. 6. & ed. 3. 432. Inſt. R. H. 247. *Gramen junceum, foliis, & ſpicâ junci C. B. Pin.* 5. *Theat.* 78. *& Scheuchz. Hiſt. Gram.* 322. *Gramen junceum, maritimum Lob. Icon.* 18. *Gramen Junceum, ſemine acuminato Fl. Pruſ.* 115. *Ic.* 29 Londino, & Lutetia Pariſiorum habemus, & in ſalſis maritimis Apuliæ collegimus.

Nonnulli Joannem Bauhinum ſectantes hunc cum *Junco parvo, pericarpiis rotundis Ejuſdem Bauhini* perperam confundunt.

Juncus (ut ajunt) a jungendo; utuntur enim ipſo ad faſciculos colligandos. Tourneſ. Inſt. R. H. pag. 247.

JUNCOIDES.

JUNCOIDES eſt plantæ genus, flore A apetalo, plurimis ſcilicet ſtaminibus B conſtante, è calyce C D hexaphyllo ſurgente. Piſtillus autem E F abit deinde in fructum ſubrotundum G, plerumque trigonum, trifariam dehiſcentem H, tribus ſeminibus fetum I, centro affixis K. His notis addenda ſunt folia minimè juncea, ſed compreſſa, & prorſus graminea. *Tab.* 31.

O R D O I

Juncoidis floribus in paniculâ ſparsâ ſolitariis, ſeu inter ſe diſtinctis.

JUNCOIDES nemoroſum, villoſum, latifolium, majus, flore minore. *Juncus nemoroſus, latifolius, major Inſt. R. H.* 246. *Gramen nemoroſum, hirſutum, latifolium, majus C. B. Pin.* 7. *Theat.* 101. *Gramen rore lucidum, nemorenſe, ſive Luzulæ I. B.* 2. 492. *Gramen hirſutum, nemoroſum Lob. Icon.* 16. Provenit in Etruria, dumtaxat quantum nobis hactenus obſervare licuit, in nemoroſis Falteronæ jugis, & in Piſcienſi agro per ſaltum Cœnobii Patrum Capucinorum vulgariter dicti *del Torricchio*.

Non deſunt, qui confundunt hoc cum *Gramine Luzulæ, maximum I. B.* alii vero unum idemque cum ſequenti credunt, ſed qua ratione moti prorſus ignoramus. Icon hujus plantæ a Lobelio exhibita ſuper alias a ceteris Auctoribus propoſitas magis arridet. Hoc inſuper ſequente majus eſt, ſed flore duplo minore C, cum tribus calycis foliis internis albidis, ac obtusè mucronatis, & ſtilum proferente breviſſimum embryonis E.

2 Juncoides nemoroſum, villoſum, anguſtifolium, minus, flore majore. *Gramen hirſutum, anguſtifolium, perenne, Lini utriculis Barr. Icon.* 748. *Gramen nemoroſum Dalecampii Lugd.* 429. *Holoſteum Math. ed. Valgriſ. in fol.* 1018. *& Lugd.* 1188. *An Cambreto Plinii, & Herba Luzula Ang.* 179? In omnibus ferè ſylvis apud nos, & a ruſticis *Erba Lucciola* appellatum.

ORDO II

Juncoidis ut ſupra, ſed floribus pluribus ſimul junctis, & plerumque ternis.

JUNCOIDES nemoroſum, hirſutum, latifolium, maximum. *Gramen nemoroſum, hirſutum, latifolium, maximum Raii Hiſt.* 1292. *& Synopſ. ed.* 2. 263. *n.* 4. *& ed.* 3. 416. *num.* 4. *Gramen Luzulæ, maximum I. B.* 2. 493. In montoſis nemoribus per Etruriam creſcit, videlicet circa Archicœnobium Vallis-Umbroſæ, & Eremum Montis Senarii.

Huic mirè reſpondet *Gramen hirſutum, latifolium, minus C. B. Theat.* 102. verùm hujus exiguitas opponitur, ſi ſit naturalis.

2. Juncoides, quod Gramen hirſutum, anguſtifolium, majus C. B. Pin. 7. Theat. 105. Prodr. 16. Scheuchz. Hiſt. Gram. 318. *An Gramini Luzulæ affine, flore albo I. B.* 2. 491. A Domino Scheuchzero accepimus.

3. Juncoides montanum, nemoroſum, flore niveo Scheuchz. Hiſt. Gram. 320. *Juncus anguſtifolius, villoſus, floribus albis, paniculatis Inſt. R. H.* 247. *Gramen hirſutum, anguſtifolium, minus, paniculis albis C. B. Pin.* 7. *Theat.* 106. *Gramen Luzulæ affine, flore albo J. B.* 2. 492. *Herba Lucciola vulgò Cæſalp.* 185. In ſylvis noſtratibus non rarò obvium, & ſignanter circa Florentiam pluribus in locis.

4. Juncoides, quod Gramen hirſutum, anguſtifolium, Alpinum, paniculis obſcurè rufeſcentibus Scheuchz. Agroſtograph. Prodr. 25. Tab. 6. & Hiſt. Gram. 312. Ab Auctore.

ORDO III

Juncoidis floribus in capitulis rotundis, vel ſubrotundis diſpoſitis.

JUNCOIDES montanum, nemoroſum, villoſum, latifolium, elatius, capitulis florum candidis, & ſplendentibus. In Apennino Bononiam inter, & Florentiam, ac precipuè in ſylvis trans locum nuncupatum *Scarica l' Aſino*.

2. Juncoides latifolium, Alpinum, glabrum, paniculâ ſubluteâ, ſplendente Scheuchz. Hiſt. Gram. 314. Ab Auctore accepimus, & in ſummo Cimonii Mutinenſis Montis cacumine legimus.

3. Juncoides villoſum, capitulo Pſyllii Scheuchz. Hiſt. Gram. 310. *Gramen hirſutum, capitulis Pſyllii C. B. Pin.* 7. *Theat.* 103. *Gramen Cyperinum, piloſum Tabern. Icon.* 219. *Gramen exile, hirſutum, Cyperoides Lobelii J. B.* 2. 493. In montoſis pratis per Etruriam ubique.

4. Juncoides hirſutum, capitulo glomerato Scheuchz. Hiſt. Gram. 312. *Gramen hirſutum, capitulo globoſo C. B. Pin.* 7. *Theat.* 104. *Gramen capitulo lucido, globoſo Tabernæmontani I. B.* 2. 468. Tiguro ab eodem prælaudato Domino miſſum.

5. Juncoides, quod Gramen hirſutum, elatius, paniculâ junceâ, compactâ Raii Synopſ. ed. 2. 263. num. 2. & ed. 3. 416. num. 2. *Gramen nemoroſum, hirſutum, majus, anguſtifolium Park. Theat.* 1185. Ramulus ibidem à planta ſeorſim exhibitus advocatur. Plantam in Italia nunquam viſam munere D. Sherardi poſſidemus.

6. Juncoides Bohemicum, paniculâ minore, nigricante, ſcapo ſuper eamdem erecto, & longius producto. In ſummo Montis Gigantum Bohemiæ, & Sileſiæ contermini.

7. Juncoides, quod Juncus Alpinus, latifolius, paniculâ racemosâ, nigricante,

cante, pendulâ Micheli Hort. Piſ. Apud Samnites in quadam jugi ſummitate, vulgo *la Foce della Pietra Camela*.

Juncoides dicitur quaſi planta ad Juncum accedens.

DISTRIBUTIO III.

Plantæ flore apetalo polyſtemone, ſeu ex pluribus ſtaminibus compoſito, inſidente ſuper calycem polyphyllum: cujus piſtillus abit in fructum multicapſularem.

CALAMUS AROMATICUS.

CALAMUS AROMATICUS eſt plantæ genus, flore A apetalo, ſex ſcilicet ſtaminibus B conſtante, calyci hexaphyllo C inſidente, ex cujus meditullio ſurgit piſtillus D, qui deinde abit in fructum E in tria loculamenta diviſum F, ſeminibuſque fœtum oblongis G. His notis addendi ſunt flores in ſpicam conicam H Piperis longi ſimilem densè, & pulchrè digeſti. *Tab.* 31.

Calami Aromatici ſpeciem unicam novimus.

1. Calamus Aromaticus, vulgaris, multis Acorum J. B. 2. 734. *Calamus Aromaticus Petit.* 49. *& Mont. Cat. Plant. Agri Bon. Prodr.* 29. *Acorus verus, ſive Calamus officinarum Park. Theat.* 140. *Raii Synopſ. ed.* 3. 437. *Acorus (Acorum) ſive Calamus officinarum C. B. Pin.* 34. *Theat.* 626. *Acorum verum Officinis falſo Calamus Ger. Emac.* 62. In Apulia ſponte creſcit, ſed rariſſimè occurrit, obvius vero in hortis Italiæ.

Calamus Aromaticus a foliorum Calami ſimilitudine, vel ab aromatico odore, quem tota ſpirat planta. Acorum vero dicitur a voce græca ἄκορον *ideſt ſine ſatietate*.

DISTRIBUTIO IV.

Plantæ flore apetalo aſtemone, ſeu pluribus apicibus abſque pediculis conſtante, & ſurgente è calyce polyphyllo: cujus piſtillus abit in fructum ex plurimis veluti capſulis compoſitum.

JUNCAGO.

JUNCAGO eſt plantæ genus, flore A apetalo, pluribus ſcilicet apicibus B, ſeu capſulis, farinaceis latis, ac compreſſis dumtaxat conſtante, ſuper calycem polyphyllum C inſidente, ex eodem floris meditullio ſurgit piſtillus D, qui deinde abit in fructum E, per baſim dehiſcentem, in prima, & ſecunda ſpecie tribus F, in tertia verò quinque G vaginulis compoſitum, in quarum ſingulis H unicum continetur ſemen oblongum I. *Tab.* 31.

ORDO I

Juncaginis fructu tricapſulari.

JUNCAGO paluſtris, (annua), & vulgaris Inſt. R. H. 266. *Gramen junceum, ſpicatum, ſive Triglochin C. B. Pin.* 6. *Gramen Triglochin I. B.* 2. 508. *Gramen marinum, ſpicatum, alterum Lob. Icon.* 17. *Calamagroſtis* 4. *Lugd.* 1006. Inter

Oenipontem, & Salisburgum in humidis, & cœnosis, sicut etiam in variis Saxoniæ consimillibus locis Julio mense cum floribus.

2 Juncago maritima, perennis, bulbosa radice. *Juncago maritima Juss. Obs. in Barr. 55. Juncus bulbosus, maritimus, floridus, siliquosus Barr. Icon. 271. Hyacinthi parvi facie Gramen Triglochin I. B. 2. 508.* In pratis humidis littoralibus Italiæ, & in locis ubi per hyemem aquæ stagnant, signanterque circa salinas Ostienses, juxta Orbetellum, ac per Plumbini pascua mense Martio floret.

ORDO II

Juncaginis fructu quinquecapsulari.

JUNCAGO palustris, & maritima, perennis, fructu breviore, quinquecapsulari. *Gramen junceum, & spicatum, alterum C. B. Pin. 6. Gramen spicatum, cum pericarpiis parvis, rotundis I. B. 2. 508. Gramen marinum, spicatum Lob. Icon. 16.* Inter nostras collectiones Italiæ plantam hanc asservamus, sed ubi invenerimus memoria excidit, probabile est nasci, vel in littoribus Apuliæ, vel in Insulis circa Venetias, & ex liberalitate D. Sherardi etiam habemus.

Quidam veluti in Inst. R. H. primam cum secunda specie confundunt, alii secundam cum tertia, ut in Synops. Raii editionis 1724. pag. 435. revera tamen tres distinctæ, ac diversæ sunt species, ut earum descriptiones, ac Icones clarè demonstrant.

Juncago dicitur quasi planta ad Juncos accedens.

DISTRIBUTIO V.

Plantæ floribus apetalis polystemonibus, seu pluribus staminibus compositis, insidentibus super calyces monophyllos, dispositos in locustam squamosam, disticham: quorum pistillus abit in semen nudum.

CYPERUS.

Tab. 31. CYPERUS est plantæ genus, flore A apetalo, tribus plerumque staminibus B constante, è calyce monophyllo squamiformi C surgente: cujus pistillus D abit in semen E ut plurimum triangulare. His notis addendum est caules esse concinnè triquetros, & calyces florum in locustas distichas F digestos. Locustæ vero prædictæ in nonnullis speciebus dispositæ sunt in capitula laxa G, in aliquibus vero densa H.

Cyperi species sunt.

1. Cyperus omnium maximus, Papyrus dictus, (locustis minimis) Mont. Cat. Plant. Agr. Bon. Prodr. 14. *Papyrus Syriaca, vel Siciliana C. B. Pin. 19. Theat. 333. Papyrus Cæsalp. 191.* In hortis nostris è Siciliæ udis habemus; in Calabriæ palustribus sponte crescere vidimus; in Perusio per Trasimenum Lacum, ubi Strabo lib. 5. crescere asserit, nondum perquisivimus.

Hujusce plantæ panicula quibusdam locustis onusta extat apud Bocconium in secunda parte sui Musei Tab. VII. num. 6. Ejusdem vero paniculæ portiuncula in Historia Graminum D. Scheuchzeri demonstratur pag. 387. Tab. 8. n. 14. nomine *Cyperi enodis, nudi, culmis è vaginis brevibus prodeuntibus, spicis tenuioribus:* quam nos pariter exactius, & accuratius exhibemus in Tab. 19. una cum tubo, in quo ejus basis est affixa B, aliosque tubos CC, quibus adhærent pediculi spicarum locustarum. Circa Papyri Historiam plura addemus in Appendice.

2 Cy-

2. Cyperus longus, odoratior, habitior Lob. Icon. 75. Provenit in aquis circa Piſas, & alibi.

3. Cyperus odoratus, radice longa, ſive Cyperus officinarum C. B. Pin. 14. Inſt. R. H. 527. & Scheuchz. Hiſt. Gram. 378. *Cyperus longus, odoratus C. B. Theat.* 216. *Cyperus panicula ſparſa, ſpecioſa I. B.* 2. 501. In humidis locis, & ſtagnantibus aquis ubique apud nos.

4. Cyperus radice repente, odorâ, locuſtis unciam longis, & lineam latis Tab. 31. fig. 1. Circa Florentiam rarus variis in locis.

5. Cyperus odoratus, radice longa, ſeu Cyperus officinarum panicula compactiore, circa Bononiam naſcens D. Lælii Triunfetti Scheuchz. Hiſt. Gram. 380. In Bononienſi, & Florentino agro creſcit, ſed rarus.

6. Cyperus rotundus, odoratus, parvus. *Cyperus rotundus, vulgaris C. B. Pin.* 13. *Theat.* 210. *Cyperus alter, exilis, palmi altitudine, numeroſis radicibus Oleæ figura, valde odoratis Cæſalp.* 189. *Cyperus parvus, radice Olivari Antid. Floren. An Cyperus rotundus, pumilus, Hiſpanicus C. B. Pin.* 14? In ripis, & alluvionibus Arni fluminis copioſiſſimus, cum in Piſano, tum in Florentino agro, ubi vocatur *Scialino*.

Ab hac ſpecie non immerito diſtinguimus, & ſegregamus *Cyperum panicula craſſiore, minus ſparſa I. B.* 2. 501. & ad Scirpo-Cyperum revocamus, cujus Synonima ſunt. *Cyperus rotundus Dod. Pent.* 338. *Cyperus rotundus, vel Juncus anguloſus, & triangularis Celſi, & Plinii Lob. Icon.* 75.

7. Cyperus rotundus, eſculentus, anguſtifolius C. B. Pin. 14. Th. 222. Inſt. R. H. 527. Monti Cat. Plant. Agr. Bon. Prodr. 12. & Scheuchz. Hiſt. Gram. 382. *Dulchichinum Dod. Pempt.* 340. *Cyperus eſculentus, Æthiopicus Ambroſ. Hor. Stud.* 79. *& Phytol.* 191. Quem ad Portum Liburni ex Africa mercatores afferunt, & illinc noſtris in hortis nomine *Bacicci* colitur.

8. Cyperus rotundus, eſculentus, anguſtifolius, minoribus, ac rotundioribus radicibus Monti Cat. Plant. Agr. Bon. Prodr. 12. Traſi I. B. 2. 504. Et ab ipſo ſupradicti Catalogi Auctore accepimus ſpecimen hujus plantæ.

9. Cyperus ſerotinus, odoratus, radice longa, paniculis ex locuſtis latis ferrugineis compoſitis Monti Cat. Plant. Agr. Bon. Prodr. 12. Tab. 1. num. 2. Scheuchz. Hiſt. Gram. 380. *Gramen Cyperoides, aquaticum, panicula Cyperi longi ex craſſioribus glumis compacta, & brevibus petiolis donata D. Lælii Triunfetti in Obſervat. Frat.* 64. *& Raii Hiſt. Tom.* 3. 626. In alveo Arni fluvii, cum infra, tum ſupra Florentiam.

10. Cyperus aquaticus, radice repente, molli, tenujore, odora, panicula ſparſa, locuſtis, brevioribus, habitioribus, fuſcis, denſe congeſtis. In Inſulis circa Venetias D. Zannichellius invenit.

11. Cyperus aquaticus, minor, radice repente, tenujore, molli, odora, panicula minus ſparſa, locuſtis brevibus, obeſis, denſe collectis. Secus Arni ripas.

12. Cyperus aquaticus, Italicus, procerior, locuſtis tenuiſſimis, in racemum denſe congeſtis, (ſemine cinereo, longo, perangusto) Micheli Mont. Cat. Plant. Agr. Bon. Prodr. 14. *Cyperus paniculis glomeratim congeſtis, ſeminibus ariſtatis Ejuſd. Ibid. Tab.* 1. *num.* 1. In paludibus, & foſſis Vallium Bononienſium, præſertim in loco, qui dicitur *Mal' Albergo*.

13. Cyperus aquaticus, annuus, parvus, caule palmari, locuſtis tenuiſſimis, ex rubro ferrugineis, in capitula rotunda denſe diſpoſitis, ſemine cinereo, longo perangusto. *Cyperus parvus, panicula è rubro fuſca, conglomerata Scheuchz. Hiſt. Gram.* 383. *Gramen Cyperoides, ſpica globoſa, diviſa Lælii Triumfetti Hort. Sicc.* In Bononienſi agro, ubi per hyemem aquæ ſtagnant.

An ſit idem, vel diſſimilis a præcedenti nondum clare nobis innoteſcit.

14. Cy-

14. Cyperus annuus, caule cubitali, locuſtis minimis, nigricantibus, in paniculas glomeratas denſe diſpoſitis Tab. 31. fig. 1. Circa Ficetlum vulgo *Fucecchio*.

15. Cyperus minimus, (annuus,) panicula ſparſa, nigricante Inſt. R. H. 527. & Scheuchz. Hiſt. Gram. 384. *Gramen Cyperoides minus, panicula ſparſa, nigricante, C. B. Pin. 6. Gramen parvum, pulchrum, aliud, panicula compreſſa, nigricante I. B. 2. 471. Gramen Cyperoides, minimum, nigricante panicula Adv. Part. 2. 463.* In ſalictis ubique apud nos cum ſequenti.

16. Cyperus minimus, (annuus,) panicula ſparſa, ſubflaveſcente Inſt. R.H. 527. Scheuchz. Hiſt. Gram. 385. *Gramen Cyperoides, panicula ſparſa, ſubflaveſcente C. B. Pin. 6. Gramen pulchrum, parvum, panicula lata compreſſa I. B. 2. 470. Calamagroſtis altera Trag. 679.*

Cyperus a voce Græca κύπειρος ob radicis effigiem, ut ait C.B. κύπαρος *Vaſis genus eſt.*

MELANOSCHOENUS.

Tab. 31. MELANOSCHŒNUS eſt plantæ genus, a Cypero diverſum caule rotundo A, calycibus florum collectis in locuſtas obeſas B, & minus ſpecioſas, quam in Cypero.

Melanoſchœni ſpecies ſunt.

1. Melanoſchœnus maritimus, humilis, Cyperi effigie. *Scirpus maritimus, capite glomerato Inſt. R. H. 528. & Scheuchz. Hiſt. Gram. 367. Gramen Cyperoides, maritimum C. B. Pin. 6. Theat. 91. Gramen marinum, Cyperoides I. B. 2. 498. Juncus maritimus Lob. Icon. 87.* In Tyrrheni maris littoribus admodum frequens ſpeciatim iuxta Viam Regiam, vulgo *Viareggio*.

2. Melanoſchœnus paluſtris, anguſtifolius, Iunci facie, Lithoſpermi ſemine. *Juncus Lithoſpermi ſemine Mor. Hort. Bleſ. Bot. Monſp. & Raii Hiſt. 1305. Juncus lævis, minor, panicula glomerata, nigricante Cat. Plant. Angl. 174. & Synopſ. ed. 1. 201. num. 10. & ed. 2. 273. num. 10. & ed. 3. 430. num. 10. Gramen ſpicatum, Junci facie, Lithoſpermi ſemine Inſt. R. H. 518. Gramen ſparteum, nigro capitulo Merr. Pin. Juncus affinis, capitulo glomerato, nigricante Scheuchz. Hiſt. Gram. 349.* In humectis Italiæ littoribus, ſicut etiam in montoſis locis a Mari longe diſtantibus, videlicet circa Florentiam per Imprunetæ colles, & ad Montis Ferrati radices ultra Urbem Pratum.

Melanoſchœnus dicitur a vocibus græcis μέλας, *niger, &* σχοῖνος *Juncus, quaſi diceretur niger Juncus.*

DISTRIBUTIO VI.

Plantæ floribus apetalis polyſtemonibus, ſeu pluribus ſtaminibus compoſitis, inſidentibus calycibus monophyllis, diſpoſitis in capitulum ſquamoſum teres: quorum piſtillus abit in ſemen villis plerumque circumdatum.

SCIRPO-CYPERUS.

Tab. 31. SCIRPO-CYPERUS eſt plantæ genus, a Scirpo diverſum caule Cyperi, a Cypero vero capitulis Scirpi A. B. cujus plerumque more ſemina profert, vel ad baſim C, vel ad extremum D ariſtiformibus villis obvallata.

OR-

ORDO I

Scirpo-Cyperi ad radicem bino, vel terno folio tantum donati: paniculâ ſparsâ, infra culmi extremitatem erumpente ſine ullo ſubjecto foliolo.

SCIRPO-CYPERUS maritimus, altiſſimus, caule rigido, pallidè virente, paniculâ ampliore, ſparsâ, capitulis oblongis, inter ſe diſtantibus, ferrugineis Tab. 31. *Cyperus maritimus, paniculâ ſparsâ, mucrone pungente Micheli Mont. Cat. Plant. Agr. Bon. Prodr.* 13. In foſſis paludoſis, & ſtagnis maritimis Piſas inter, & Liburnum, necnon in Inſulis circa Venetias copioſiſſimus.

Hic ſequente procerior, & rigidior eſt, totus pallidè virens, caulis latera non cava, anguliſque minus quam in ſequenti acutis, paniculam gerit ramoſam, & valde effuſam, ad rufum ferrugineum tendentem, capitulis pyramdatis, quinque lineas longis, ac etiam modicum inter ſe diſtantibus onuſtam; quemadmodum in Tabula exhibemus A. Sequens vero caulem fert in noſtra Regione duas ulnas longum, atro-virentem, molliſſimum, lateribus cavis, atque angulis tanquam cultri acies acutis, paniculâ non ramoſâ, ac minus effuſâ, cujus pediculi ſuſtinent plura coacervata capitula, ſubrotunda, ac ſubfuſca B, ut in Plukenetiana figura videre eſt. Folia & ſcapus ſupra paniculam utriuſque plantæ carinam ferunt albam.

2. Scirpo-Cyperus paluſtris, caule molli, atro-virente, paniculâ ſparsâ, minore, capitulis ſubrotundis, pluribus ſimul junctis, ſubfuſcis. *Juncus acutus, maritimus, caule triquetro, maximo, molli, procerior, noſtràs Pluk. Alm.* 200. *Tab.* 40. *fig.* 2. *& Raii Hiſt. Tom.* 3. 629. *& Synopſ. ed.* 3. 428. *num.* 4. Propè Florentiam, tum in foſſis circa Latifundium Collis ad Cajanum, tum in rivulo dicto *Lenſana* provenit, & Londino etiam habemus.

ORDO II

Scirpo-Cyperi ad radicem ternis foliis tantum donati, paniculâ non ſparsâ infra culmi verticem egrediente ſine ullo ſubjecto foliolo.

SCIRPO-CYPERUS maritimus, humilis, caule pallidè virens, paniculâ glomeratâ. *Juncus acutus, maritimus, caule triangulo C. B. Pin.* 11. *Prodr.* 22. *Theat.* 175. *Park. Theat.* 1194. *Mor. Hiſt. Oxon.* 111. 232. *Sect. VIII. Tab.* 10. *fig.* 20. *Cyperus maritimus, capitulis glomeratis Inſt. R. H.* 527. *Juncus acutus, marinus, caule triquetro, rigido, mucrone pungente Pluk. Alm.* 200. *Tab.* 40. *fig.* 1. *& Raii Hiſt. Tom.* 3. 629. *& Synopſ. ed.* 3. 429. *num.* 5. In ſtagnis maritimis agri Piſani, ut in loco *le Caſcine*, præſertim inter nemus, & littus Maris.

In Hiſtoria Graminum D. Joannis Scheuchzeri pag. 402. ſub prædictis ſynonimis alia, & longè diverſa demonſtratur planta.

ORDO III

Scirpo-Cyperi caulibus ad radicem duobus tubis membranaceis vaginiformibus tantum veſtitis: paniculâ ut ſupra.

SCIRPO-CYPERUS paluſtris, caule molli, paniculâ nitidâ, glomeratâ, ſemine nigro. *Cyperus paniculâ glomeratâ, è ſpicis imbricatis compoſitâ Scheuchz. Hiſt. Gram.* 404. *Tab. IX. n.* 14. In paluſtribus circa Bientinam, & Altum Paſſum, necnon per agrum Florentinum in foſſis juxta locum ubi Oryza ſeritur.

Panicula ad maturitatem vergente ſcapus ſupereminens in acutum angulum deorſum flectitur, & interdum etiam decidit, tunc planta facilè poterit eſſe eadem cum *Junco acuto, maritimo, caule triquetro, molli, ſpicâ glomeratâ, in ſtylo ſeſſili Pluk. Phytograph. Tab.* 40. *fig.* 3. *Raii Hiſt.* 3. 629.

O R-

ORDO IV

Scirpo-Cyperi folioſi, paniculâ ſparsâ foliis decoratâ: capitulis è ſquamis bifidis conflatis: ſeminibus per baſim villis ariſtiformibus obſeſſis.

SCIRPO-CYPERUS paluſtris, radice repente, nodosâ, inodorâ, paniculâ ſparsâ, capitulis majoribus. Juxta Signiam in pratis paludoſis Dominorum de Stufa.

2. Scirpo-Cyperus paluſtris, radice repente, nodosâ, inodorâ, paniculâ ſparsâ, capitulis minoribus. *Cyperus rotundus Dod. Pempt.* 338. *Cyperus rotundus, vel juncus anguloſus, & triangularis Celſi, & Plinii Lob. Icon.* 75. *Cyperus paniculâ craſſiore, minus ſparsâ I. B.* 2. 501. *Pſeudo-Cyperus Cæſalp.* 191. *Cyperus Ejuſdem in Hort. Siec. pag.* 111. *n.* 285. Provenit apud nos in ripis fluviorum, & aquoſis locis ubique.

Figura Dodonei, & Lobelii perelegans eſt, Bauhiniana vero peſſima, & forte potius ad ſequentem, vel ad ſubſequentem plantam ſpectat. Differt plane à *Cypero rotundo, vulgari C. B. Pin.* 13. *Theat.* 210. ut paulo ſupra retulimus. In omnibus verò convenit cum Iconibus, & deſcriptionibus *Cyperi vulgatioris, paniculâ ſparsâ Inſt. R. H.* idcirco ab eodem non diſtinguimus.

ORDO V

Scirpo-Cyperi ut ſupra, ſed paniculâ non ſparsâ.

SCIRPO-CYPERUS paluſtris, radice repente, nodosâ, inodorâ, paniculâ non ſparsâ, capitulis craſſioribus, ſemine majore. In Por di Lio Inſula circa Venetias.

2. Scirpo-Cyperus paluſtris, radice repente, nodosâ, inodorâ, paniculâ non ſparsâ, capitulis craſſioribus, & brevioribus. *Cyperus paniculâ compactâ, è ſpicis teretibus, craſſioribus compoſitâ Scheuchz. Hiſt. Gram.* 400. *Cyperus rotundus, inodorus Germanicus C. B. Pin.* 14. *Prodr.* 24. *& Th.* 215. Piſas inter, & Liburnum ad ſtagni Pontes.

3. Scirpo-Cyperus aquaticus, radice repente, nodosâ, inodorâ, paniculâ non ſparsâ, capitulis longis, anguſtioribus, ſemine minore. *Cyperus rotundus, littoreus, inodorus Lob. Icon.* 77. *I. B.* 2. 503. *Raii Synopſ. ed.* 2. 426. *num.* 3. Creſcit non ſolum ubi antecedens, ſed etiam non longè Venetias juxta Lacunarum initium in loco dicto *Brondolo*.

Qui deſcriptioni Rajanæ Synopſ. maximè convenit; minimè verò ejuſdem plantæ Iconibus a prædictis Auctoribus exhibitis, ac ſi de alia planta intelligerent.

ORDO VI

Scirpo-Cyperi folioſi, paniculâ ſparsâ, foliis circumdatâ: capitulorum ſquamis non bifidis: ſeminibus per baſim villis ariſtiformibus coronatis.

SCIRPO-CYPERUS aquaticus, latifolius, annuus. *Cyperus Gramineus I. B.* 3. 504. *Inſt. R. H.* 527. *Scheuchz. Hiſt. Gram.* 393. *Gramen Cyperoides, Miliaceum C. B. Pin.* 6. *Theat.* 90. *Cyperus Graminea, ſive Miliacea Lob. Icon.* 79. *Gramen Arundinaceum, foliis acutiſſimis, paniculâ multiplici, Cyperi facie Flor. Pruſ.* 119. In Bohemiæ udis, & per paludem Bientinæ in Etruria copioſus, necnon per pratulum vulgariter dictum *de' Carboni* juxta Caſtrum Fluminis Albi in ditione Mutinenſi.

OR-

ORDO VII

Scirpo-Cyperi ut ſupra, ſed ſeminibus in ſuperna parte villis ariſtiformibus deorſum reflexis coronatis.

SCIRPO-CYPERUS aquaticus, annuus, minimus, foliis anguſtis, glaucis, & lanuginoſis, capitulis pulchellis, ariſtatis. In herbidis, & pratis, ac etiam humidis ericetis circa Altum Paſſum.

ORDO VIII

Scirpo-Cyperi ut ſupra, ſed ſeminibus nudis, ſeu nullis filamentis circumdatis.

SCIRPO-CYPERUS aquaticus, annuus, minimus, capitulis ferrugineis, ſemine ſtriato, pulchro. *Cyperus ſupinus, minor, ſparsâ paniculâ, ex rarioribus locuſtis confertâ Mont. Cat. Plant. Agr. Bon. Prodr.* 13. *Cyperus minimus, ſupinus, capitulis teretibus, umbellatim, & paniculatim diſpoſitis Micheli Ejuſdem ibidem.* In humidis inter juncos apud nos provenit, & ad fluviorum ripas non raro oritur.

ORDO IX

Scirpo-Cyperi non paniculati, capitulis in glomeratam compagem foliis decoratam denſiſſime digeſtis, ſeminibus nudis.

SCIRPO-CYPERUS annuus, omnium minimus, capitulis in globum congeſtis. *Cyperus Italicus, omnium minimus, locuſtis in capitulum ſubrotundum collectis Micheli Hort. Piſ. Tab.* 20. *fig.* 5. In Ficetli palude juxta pontem *Alle Calle*.

Plantam ordinis VI. denominavimus annuam, nam ſemel, & iterum in Hortum noſtrum translatam a Bientinæ Palude, quæ maturato ſemine periit; an hoc caſu obvenerit, non liquet, etenim ex icone Floræ Pruſſicæ dubitamus radicem ejus eſſe repentem, ac perennem.

Scirpo-Cyperus dicitur quaſi planta inter Scirpum, & Cyperum.

SCIRPUS.

SCIRPUS eſt plantæ genus, cujus notæ ſunt eædem, quæ in Scirpo-Cypero, a quo differt dumtaxat in cauliculorum rotunditate A. *Tab.* 31.

ORDO I

Scirpi paniculati, paniculâ ſparsâ, infra culmi extremitatem egrediente, ſeminibus villis ariſtiformibus per baſim obvallatis.

SCIRPUS paluſtris, altiſſimus Inſt. R. H. 528. Scheuchz. Hiſt. Gram. 354. *Juncus maximus, ſive Scirpus major C. B. Pin.* 12. *Juncus maximus, ſeu Scirpus C. B. Theatr.* 178. *Juncus maximus, Holoſchœnos I. B.* 2. 522. *Juncus paluſtris, major Tabern. Icon.* 249. *Juncus aquaticus, maximus Lob. Icon.* 85. In omnibus ferè locis paluſtribus copioſiſſimus apud nos, ubi nonnulli peculiari nomine *Biodo* eum appellant.

Hoc nomen juxta Salvinianam ſententiam a voce Greca φλέως ortum creditur, nam φλέως facit derivatum φλεῶδες: φλεῶ facit Biò (ut in voce Bladum Etruſce *Biada* prima ſyllaba Bia) & δες Græcum facit noſtram vernaculam terminationem *Do*, unde conficitur planiſſime *Biodo*.

2. Scirpus paluſtris, medius Mont. Cat. Plant. Agr. Bon. Prodr. 15. *Scirpus paluſtris, humilior Scheuchz. Hiſt. Gram.* 356. *Juncus, ſive Scirpus medius C. B. Pin.* 12. *Theat.* 181. *Juncus ſylvaticus Tabern. Icon.* 250. In ripis Arni fluvii, aliiſque confluentibus, & pigrioribus aquis, necnon in foſſis lutulentis abunde creſcit.

ORDO II

Scirpi non paniculati, capitulis abſque pediculis, infra culmi extremitatem exeuntibus, ſeminibus nudis.

SCIRPUS ſetaceus, capitulo ſingulari, ſemine non ſtriato. In ima parte ſylvæ aucupariæ DD. Sacchettinorum non longe Florentia, nuncupatæ *il Pollajo*.

2. Scirpus ſetaceus, capitulo turbinato, ſingulari. In humidis circa Portum Liburni.

3. Scirpus ſetaceus, per maturitatem albicans, capitulis plerumque ternis, ſemine non ſtriato. In Piſcienſi ditione, multis in locis obvius invenitur.

4. Scirpus ſetaceus, binis plerumque capitulis, nigricantibus, ſemine non ſtriato. Ubi ſuperius diximus, & in Agro Florentino creſcit.

5. Scirpus ſetaceus, omnium minimus, binis plerumque capitulis, nigricantibus, ſcapo ſupra eadem capitula longius producto, ſemine ſtriato. *Scirpus omnium minimus, capitulo breviori Inſt. R. H.* 528. *Scheuchz. Hiſt. Gram.* 358. *Juncus omnium minimus, capitulis Equiſeti Raii Hiſt.* 1306. *Juncellus inutilis, ſive Chamæſchœnus C. B. Prodr.* 22. *& Pin.* 12. *& Theatr.* 183. Ex Anglia, & a D. Joan. Scheuchzero etiam accepimus.

ORDO III

Scirpi caulibus in capitulum ſingulare compactum terminatis, ſeminibus pileatis, villis ariſtiformibus circumdatis.

SCIRPUS paluſtris, clavatus, caule rotundo, molliſſimo, nitido, atro-virente. *Scirpus Equiſeti capitulo majori Inſt. R. H.* 528. *Scheuchz. Hiſt. Gram.* 360. *Juncus capitulis Equiſeti, major, ſcirpis altioribus C. B. Pin.* 12. *Juncus Equiſeti capitulis, ſcirpis triplo altioribus Ejuſd. Theat.* 187. *Juncus capitulis longis, ſeu clavatus I. B.* 2. 523. *Juncus clavatus, major, & altior Petiv. Concor. Gram. numer.* 208. *Raii Synopſ. ed.* 3. 429. Circa Florentiam in aquoſis, & Londino a D. Petiverio habuimus.

2. Scirpus paluſtris, clavatus, caule nonnihil compreſſo, molliſſimo, lævi, atro-virente. Ibidem provenit.

3. Scirpus paluſtris, clavatus, culmo compreſſo, rigidiuſculo, cinereo, ac leviter ſtriato. Cum ſuperioribus in iiſdem locis oritur, ſed non ita obvius.

4. Scirpus paluſtris, minor, culmo tereti, tenujori. *Scirpus Equiſeti capitulo majori alter Scheuchz. Hiſt. Gram.* 361. *Juncus Equiſeti capitulis minor, ſcirpis triplo anguſtioribus C. B. Pin.* 12. *Juncus Equiſeti capitulis, ſcirpis triplo anguſtioribus Ejuſd. Theatr.* 187. In udis, & ad nos a D. Scheuchzero miſſus.

Figura *Juncelli Cyperoidis, capitulo ſimplici Flor. Pruſ.* 131. hanc Scirpi ſpeciem adamuſſim repræſentat.

5. Scir-

5. Scirpus paluſtris, clavatus, ſcapis pedalibus, tenujoribus, teretibus, capitulorum ſquamis amplioribus, & retuſis, quarum infima plerumque bifida. *Juncus Equiſeti capitulis, alter Park. Theatr.* 1196. In Piſanis, atque Piſcienſibus, & Alti Paſſus udis, admodum frequens eſt, & ex Anglia a D. Peiverio etiam communicatus.

Prima ſpecies Scirpi hujus Ordinis in Petiveriana Graminum Concordia, & in Rajana Synopſi, tamquam a nemine deſcripta exhibetur. Quinta vero ſpecies nomine *Junci capitulis Equiſeti majoris C. B.* ibidem proponitur, quod confirmant exemplaria utrarumque plantarum, quæ nobis miſit claræ memoriæ vir Dominus Jacobus Petiverius amicus optimus, & in communicando Anglicas, & Orientales Plantas liberaliſſimus.

In hac tantum ſpecie ſemina vidimus inter capitulorum ſquamas germinare, & novam ſobolem procreare, quemadmodum in cepaceis, & ſpicoſis interdum occurrere ſolet. Inſuper ſi caulículi reflectantur, ita ut capitula terram tangant, nova germina, ſeu novæ ſoboles radices agunt.

ORDO IV

Scirpi ut ſupra, ſed capitulis laxis, & ſeminibus non pileatis.

SCIRPUS montanus, capitulo breviore Inſt. R. H. 528. & Scheuchz. Hiſt. Gram. 363. Tab. 7. fig. 18. Raii Synopſ. ed. 3. 429. num. 9. *Juncus montanus, cum parvis capitulis luteis I. B.* 523. *Juncus parvus, paluſtris, cum parvis capitulis Equiſeti Raii Synopſ. ed.* 2. 15. *Pluk. Alm.* 200. *Tab.* 40. *fig.* 6. In Italia nondum vidimus, ſed ex Anglia, & Tiguro tantum habuimus.

ORDO V

Scirpi caulibus in capitulum ſingulare terminatis, ſeminibus nudis, pileatis.

SCIRPUS omnium minimus, capitulo longiori Inſt. R. H. 528. *Scirpus minimus, capitulis Equiſeti Cat. Plant. Giſſ.* 165. *Raii Synopſ. ed.* 3. 419. *Juncellus minimus, capitulis Equiſeti Bocc. Rar. Plant.* 42. *& Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 234. *ſect.* 8. *Tab.* 10. *fig.* 37. *An Scirpus minimus, ſpicâ breviore, ſquamosâ, ſpadiceâ Scheuchz. Hiſt. Gram.* 364? In Paluſtribus Etruriæ copioſus, videlicet circa Altum Paſſum, & apud Ficetlum.

ORDO VI

Scirpi ut ſupra, ſed ſeminibus non pileatis.

SCIRPUS Equiſeti capitulo minori Inſt. R. H. 528. Scheuchz. Hiſt. Gram. 365. Tab. 7. fig. 20. Raii Synopſ. ed. 3. 431. num. 12. *Juncellus capitulis Equiſeti fluitans C. B. Theat.* 187. *& Prodr.* 23. *Juncellus capitulis Equiſeti minor, & fluitans Ejuſd. Pin.* 12. *Gramen junceum, clavatum, minimum, ſeu Holoſteum, paluſtre, repens, foliis, capitulis, & ſeminibus Pſyllii Raii Synopſ. ed.* 2. 267. *num.* 7. *Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 230. *ſect.* 8. *Tab.* 10. *fig.* 31. *Pluk. Alm.* 180. *Tab.* 35. *fig.* 1. In palude Bientinæ oritur, & ex amicorum exterorum munificentiâ habuimus.

Scirpus dicitur a verbo ſcirpo, hoc eſt ligo, cum aptus ſit ad varias res ſimul ligandas ex Cat. Plant. Agr. Bon. Prodr.

SCIRPOIDES.

Tab. 31. SCIRPOIDES eſt plantæ genus a D. Scheuchzero in ſua Graminum Hiſtoria pag. 371. jam inſtitutum, quod a Scirpo diſtinguitur, cum proferat ſemina A nuda, ſeu nullis villis decorata, & capitulis B in glomeratam compagem C denſiſſimè congeſtis, ut in Platano, & Sparganio videre eſt.

ORDO I

Scirpoidis paniculati: capitulis omnibus in pediculis inſidentibus.

SCIRPOIDES maritimum, paniculâ ſparsâ, capitulis omnibus in pediculis inſidentibus. *Juncus acutus, maritimus, capitulis rotundis C. B. Pin.* 11. *Theatr.* 174. *Pluk. Alm. Tab.* 40. *fig.* 4. *Juncus acutus, maritimus, alter Park. Theatr.* 1194. In Monte Ferrato, & alibi apud nos, ſed rarum; Londino autem habuimus.

ORDO II

Scirpoidis paniculati: capitulis non omnibus in pediculis inſidentibus.

SCIRPOIDES maritimum, altiſſimum, ſcapo ſuper paniculam breviſſimo, capitulis non omnibus in pediculis inſidentibus. *An Scirpoides maritimum, capitulis ſparſis, glomeratis, in Gallo-Provincia collectum Scheuchz. Hiſt. Gram.* 372. *in deſcript?* In Vepretis maritimis agri Piſani, & Liburnenſis.

2. Scirpoides maritimum, capitulis non omnibus in pediculis inſidentibus, foliis, & ſcapo ſupra paniculam, carinam ferentibus viridem. *Scirpoides maritimum, capitulis ſparſis, glomeratis Scheuchz. Hiſt. Gram.* 371. *Tab.* 8. *fig.* 2. *Holoſchoenus Lugd.* 987. *Juncus lævis, floccis orbiculatis, nigris Cæſalp.* 188. *Juncus minor, acutus, maritimus, prolifer, ex uno capitulo multa Pluk. Alm. Tab.* 40. *fig.* 5. Creſcit apud nos cum ſequenti, ſed non ita obvium.

3. Scirpoides maritimum, paniculâ ſparsâ, capitulis non omnibus in pediculis inſidentibus, foliis, & ſcapo ſupra paniculam, carinam ferentibus albicantem. *Juncus acutus, maritimus, capitulis rotundis, calamo ſupra paniculam carinato, & glauco Raii Hiſt. Tom.* 3. 629. In paluſtribus, & humectis locis, tum mari contiguis, tum valde remotis copioſiſſimum, apud nos.

4. Scirpoides maritimum, paniculâ minore, floccis craſſioribus, & pauciori-bus, non omnibus in pediculis inſidentibus. Circa Florentiam.

ORDO III

Scirpoidis non paniculati: capitulis cauli mediatè adhærentibus.

SCIRPOIDES maritimum, capitulis apodibus, ad caulem conglobatis, foliis, & ſcapi ſummitate carinam viridem præferentibus. *An Juncus acutus, maritimus, capitulis rotundis ad caulem conglobatis ſine pediculis C. B. Theatr.* 174. *in deſcriptione?* In Agro Florentino.

2. Scirpoides acutum, maritimum, capitulo glomerato, ſolitatio Scheuchz. Hiſt. Gram. 373. Tab. VIII. fig. 6. *Scirpus humilis, maritimus, capitulis ſubfuſcis, ſingularibus, in ſtylo ſeſſilibus Mont. Cat. Plant. Agr. Bon. Prodr.* 16. *Juncus minor, glabro, ſingulari capitulo, radice tomentoſâ Barr. Icon.* 255. *num.* 3. In Inſulis circa Venetias, aliiſque Italiæ littoribus, ſed rarum.

Scirpoides dicitur quaſi planta ad Scirpum accedens.

DI-

DISTRIBUTIO VII.

Plantæ flore apetalo, diſtemone, duobus ſcilicet ſtaminibus compoſito: ſuper calycem monophyllum ſquamiformem inſidente: cujus piſtillus abit in ſemen villis circa baſim ornatum.

CYPERELLA.

CYPERELLA eſt plantæ genus, flore A apetalo, duobus ſcilicet ſtaminibus B conſtante, è calyce monophyllo ſquamiformi C ſurgente: cujus piſtillus D abit deinde in ſemen triquetro-planum E, in baſi filamentis ariſtiformibus circumdatum F. His notis addendum eſt, quod calyces florum in capitula G H ſunt digeſti, capitula vero, vel in parvas umbellas I, vel in ſpicam K diſpoſita. *Tab.* 31.

ORDO I

Cyperellæ umbellatæ.

CYPERELLA paluſtris, capitulis florum umbellatim compactis, primum albis, deinde fulvis. *Cyperus minor, paluſtris, hirſutus (glaber potius) paniculis albis, paleaceis Mor. Hiſt. Oxon. Part. 3. 239. ſect. 8. Tab. 9. fig. 39. Raii Synopſ. ed. 3. 427. num. 6. Gramen Luzulæ accedens, glabrum, in paluſtribus proveniens, paniculatum Pluk. Alm. 178. Tab. 36. fig. 11. Gramen Cyperoides, paluſtre, Leucanthemum Raii Synopſ. ed. 2. 266. num. 15. & Hiſt. 1295. Scheuchz. Hiſt. Gram. 503.* In paluſtribus circa Altum Paſſum menſe Auguſto cum floribus legimus.

2. Cyperella paluſtris, capitulis florum umbellatim compactis, fuſcis. *Cyperus minor, anguſtifolius, paluſtris, capitulis fuſcis, paleaceis Mor. Hiſt. Oxon. Part. 3. 239. ſect. 8. Tab. 11. fig. 40.* Creſcit apud nos cum antecedenti, a qua differre non videtur, niſi paniculæ colore, qui propter vetuſtatem forte variat.

ORDO II

Cyperellæ ſpicatæ.

CYPERELLA montana, ſpicata, radice repente, caule rotundo-triquetro, ſpicâ fuſcâ, compreſsâ, diſtichâ, ſemine cinereo. *Gramen Cyperoides, ſpicâ ſimplici, compreſsâ, diſtichâ Pluk. Alm. 178. Tab. 34. fig. 9. Raii Synopſ. ed. 2. 269. num. 13. & ed. 3. 425. num. 14. Scheuchz. Hiſt. Gram. 490.* Naſcitur in Italiâ dumtaxat, quantum nobis innoteſcit, in Mutinenſi ditione, paulo ſupra Caſtrum Fluminis Albi in prato juxta quamdam domum, quæ vulgo nuncupatur *de' Porcelli*, cujus mentionem facit Bocc. in part. 2. ſui Muſei pag. 24.

Cyperella dicitur, quia folia inſtar foliorum Cyperi producit.

LINAGROSTIS.

LINAGROSTIS eſt plantæ genus, flore A apetalo, duobus ſcilicet ſtaminibus B conſtante, è calyce monophyllo ſquamiformi C ſurgente: cujus piſtillus D abit deinde in ſemen E, plerumque triangulare, pappis ſericeis in baſi F circumdatum. His notis addendum eſt, quod calyces florum in capitulum teres G digeſti ſunt. *Tab.* 31.

OR-

ORDO I

Linagroſtis caulibus in capitulum ſingulare terminatis.

LINAGROSTIS Alpina, major, capitulo ſingulari, minori. *Juncus Alpinus, capitulo lanuginoſo, ſeu Schœnolaguros C. B. Pin.* 2. *Prodr.* 7. *& Scheuchz. Hiſt. Gram.* 302. *& Agroſt. Prodr.* 26. *Tab.* 7. *Juncus Alpinus, capitulo lanuginoſo C. B. Theatr.* 188. *Juncus Alpinus, cum cauda leporina I. B.* 2. 514. In Gigantum Montibus invenitur, & ex Anglia, ac ab auctore ejuſdem Agroſtographiæ habuimus.

2. Linagroſtis Alpina, media, capitulo ſingulari, majori. *Juncus Alpinus, capitulo tomentoſo, majori Scheuchz. Hiſt. Gram.* 304. *& Prodr.* 271. *Tab.* 7. *Gramen tomentoſum, Alpinum, & minus C. B. Pin.* 5. *Prodr.* 28. *Theatr.* 62. In vertice Gottardi Montis.

3. Linagroſtis Alpina, minima, caule triangulari, capitulo parvo, pappo rariore. *Linagroſtis Juncea, Alpina, capitulo parvo, tomento rariore Scheuchz. Hiſt. Gram.* 305. *juncus Alpinus, bombycinus C. B. Pin.* 12. *Prodr.* 6. *Theatr.* 188. *I. B.* 2. 515. *& Agroſt. Prodr.* 27. *Tab.* 7. In ſummitate Gigantum Montis, præſertim in jugo *Rieſengrund* dicto, locis ſiccis, & è ſaxorum rimis erumpit, necnon in Gottardo, & ab eodem Auctore etiam nobis communicata.

ORDO II

Linagroſtis paniculatæ.

LINAGROSTIS paniculâ ampliore Inſt. R. H. 664. Scheuchz. Hiſt. Gram. 306. *Gramen tomentoſum, pratenſe, paniculâ ſparsâ C. B. Pin.* 4. *Theatr.* 60. *Gramen Tragi, ſive juncus Bombycinus I. B.* 2. 514. *Linum pratenſe Tabern. Icon.* 250. Ab amicis exteris comunicata, ac in Monte Gigantum Bohemiæ, & Sileſiæ finitimis collegitur.

2. Linagroſtis paniculâ minore Inſt. R. H. 664. *Pſeudo-Linum Caſt. Icon.* 262. Inter Fananum, & Cimonem, ac per paſcua vulgo dicta *delle Rotare* ditionis Mutinenſis.

3. Linagroſtis paluſtris, anguſtifolia, paniculâ ſparsâ, pappo rariore Scheuchz. Hiſt. Gram. 308. Ab Auctore miſſa.

Linagroſtis vocatur, quaſi Linum gramineum, cum folia inſtar Graminis, & floccos Lini ſimiles producat.

DISTRIBUTIO VIII.

Plantæ floribus apetalis, diſtemonis duobus ſcilicet ſtaminibus conſtantibus: in calyce ſquamoſo coniformi plerumque hexaphyllo, binis ſemper innaſcentibus: quorum piſtillus abit in fructum ſemine oſſeo fœtum.

PSEUDO-CYPERUS.

Tab. 31. PSEUDO-CYPERUS eſt plantæ genus, floribus A apetalis, duobus ſcilicet ſtaminibus B conſtantibus, in calyce ſquamoſo, coniformi, plerumque hexaphyllo C binis ſemper provenientibus D: quorum piſtillus E abit deinde in fructum

ctum F pyriformem, osſiculo ſubrotundo fœtum G, in quo nucleus continetur H ejuſdem formæ. His notis addendi ſunt calyces florum in capitula teretia digeſti I, & eadem capitula in parvas umbellas K, longam paniculam efficientes.

Pſeudo-Cyperi ſpeciem unicam novimus.

2. Pſeudo-Cyperus paluſtris, foliis, & carina ſerratis Scheuchz. Hiſt. Gram. 375. Tab. 8. fig. 7. *Scirpus paluſtris, altiſſimus, foliis, & carina ſerratis Inſt. R. H.* 528. *Cyperus longus, inodorus, Germanicus C. B. Pin.* 14. *& Theatr.* 21. *Gramen Cyperoides, altiſſimum, foliis, & carina ſerratis Bocc. Rar. Plant.* 72. *Cyperus longus, inodorus, ſylvaticus Lobelii I. B.* 2. 503. In paluſtribus Italiæ frequentiſſimus, unde loca præcipua indicare non eſt opus.

Pſeudo-Cyperus, quaſi planta ad Cyperum accedens.

DISTRIBUTIO VIIII.

Plantæ flore apetalo, diſtemone, duobus ſcilicet ſtaminibus compoſito, inſidente ſuper calycem monophyllum, in eadem plantâ a ſemine in capſulâ recondito, ſeparato.

CYPEROIDES.

CYPEROIDES eſt plantæ genus, flore A apetalo, duobus ſcilicet ſtaminibus B plerumque conſtante, ſed ſterili, & inſidente ſuper calycem monophyllum ſquamiformem C: Embryon autem D clauditur in capſulâ E, quæ prodit è ſinu alterius calycis F, antecedenti non abſimilis, abitque deinde in ſemen G, ut plurimum triangulare, quod cum adhuc embryon eſſet, filamentum ejus H extra capſularum foraminulum I protrudit ſuum cirroſum, & multifidum apicem K. His notis addendum eſt, quod florum calyces in teretem ſpicam L ſunt digeſti, ſicut etiam calyces ſeminum in aliam pariter teretem ſpicam M diſponuntur, ex hoc potiſſimum Cyperoides differt a Carice. *Tab.* 32.

Sub hoc autem genere multæ comprehenduntur ſpecies, quas dividimus in monoſtachyas, & polyſtachyas. Monoſtachyas autem eas appellamus, quæ in unoquoque cauliculo N unicam dumtaxat ſpicam ferunt, vel floriferam O, aut ſeminiferam P. Polyſtachyas eas dicimus, quæ in eodem caule Q geſtant unam R, aut plures S ſpicas floriferas, ac etiam unam T, aut plures ſpicas V ſeminiferas; & has ſpecies propter earum notas, & præcipue ob capſularum varietatem in aliquos ſubdividimus ordines, ut facilius inter ſe mutuo dignoſcantur.

Plantæ, quæ in Tabula ſub figura 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 11. 12. comprehenduntur, non eodem tempore cum ſpicis caſſis, floribus onuſtis, & ſpicis ſeminalibus perfectis, nempe ſeminibus turgidis exoriuntur, quemadmodum exhibemus. Nam dum ſpicæ floriferæ vigent, ſeminales peranguſtæ, & immaturæ ſunt; Sed ad clariorem ſententiæ noſtræ diſtinctionem taliter ut ſupra demonſtravimus. Capſulæ ſeminales, quæ in calce ejusdem Tabulæ extant, ſunt eodem ordine diſpoſitæ, ac ſpecies hujus generis, & ſimili numero indicatæ. Inſuper punctulorum ordines, qui ab uno ad alterum Tabulæ latus excurrunt, earumdem capſularum altitudinem oſtendunt juxta menſuram linearum Pariſienſium, nam quodlibet ſpatium, quod inter unum, & alterum ordinem intercedit, lineam unam Pariſienſem deſignat, ideſt duodecimam unciæ partem.

CYPEROIDEA MONOSTACHYA.

CYPEROIDES parvum, caulibus, & foliis tenuiſſimis, triangularibus, ſpicâ longiori, capſulis oblongis, in anguſtum collum, vix bifidum, attenuatis Tab. 32. fig. 1. *Gramen Cyperoides, minus, Ranunculi capitulo, longiore D. Scherard. Raii Synopſ. ed. 2. 270. num. 15. & ed. 3. 425. num. 16. Gramen Cyperoides, ſpicâ ſimplici, caſsâ Raii Synopſ. ed. 2. 267. Petiv. Concord. Gram. numer. 173. Scheuchz. Hiſt. Gram. 497.* Londino, Tiguro, & Lucerna habuimus, & in Sileſia prope *Kupferbergam* legimus.

2. Cyperoides parvum, caulibus, & foliis tenuiſſimis, triangularibus, ſpicâ ſubrotundâ, capſulis oblongis, in anguſtum collum, vix bifidum, attenuatis Tab. 32. fig. 2. *Gramen Cyperoides, Ranunculi capitulo, rotundo D. Bobart Mor. Hiſt. Oxon. p. 3. ſect. 8. Tab. 12. fig. 36. Raii Synopſ. ed. 2. 270. & ed. 3. 425. Gramen. Cyperoides, ſpicâ echinatâ, ſimplici Merr. Pin. Petiv. Concord. Gram. n. 189.* Ex Anglia tantum.

CYPEROIDEA POLYSTACHYA.

ORDO I

I. *Spicâ floriferâ unicâ* R.
II. *Spicis ſeminalibus, plus, vel minus inter ſe diſtantibus* V.
III. *Vaginis, a quibus ſpicæ ſeminales prodeunt* a, *vel in foliorum rudimentum* b, *aut in folium* c *prolongatis.*
IV. *Capſulis ſeminalibus oblongis, ſtatim, vel ſenſim, in anguſtum, longumque collum parum, vel manifeſte bifidum attenuatis.*

CYPEROIDES ſpicâ pendulâ breviore Inſt. R. H. 529. & Scheuchz. Hiſt. Gram. 440. *Gramen Cyperoides, ſpicâ pendulâ breviore C. B. Pin. 6. Pſeudo-Cyperus Lobelii, ſpicis, vel paniculis pendentibus, ex longis pediculis I. B. 496. Pſeudo-Cyperus Dod. Pempt. 339. & Lob. Icon. 76.* In foſſis paludoſis circa Latifundium Collis ad Cajanum, non longe Florentia, ac alibi per Italiam copioſum.

4. Cyperoides ſylvarum, tenujus, ſpicatum Inſt. R. H. 530. & Scheuchz. Hiſt. Gram. 418. *Gramen Cyperoides, ſylvarum, tenujus ſpicatum Lobell. Illuſtr. Stirp. 60. Raii Synopſ. ed. 2. 266. num. 14. & ed. 3. 419. num. 10. & Hiſt. 1295. Park Theat. 1171.* In ſylvis apud nos frequentiſſimum.

5. Cyperoides ſylvarum, anguſtifolium, caule trilatero, ſpicis parvis, capſulis rarius diſpoſitis, obeſis, in anguſtum collum vix ab una parte, ab altera vero magis bifidum coarctatis Tab. 32. fig. 5. In nemoribus, & in ſepibus prope Florentiam, ſed rariſſime occurrit.

6. Cyperoides ſylvarum, latifolium, caule exquiſitè triangulari, foliis ad margines cilii inſtar piloſis, & anguſtiſſimè denticulatis, ſpicis ſtrigoſis, capſulis oblongis, incurvis, rarius diſpoſitis, parum bifidis. *An Cyperoides latifolium, hirſutum, ſpicis tenuiſſimis Scheuchz. Hiſt. Gram. 412?* Prope Florentiam in quercetis, & ſylvis cæduis, ſecus torrentem Emam, inter Pontem Divi Felicis, & Jozzoli.

7. Cyperoides Alpinum, ſaxatile, caule exquiſitè triangulari, foliis anguſtioribus, ſpicis uncialibus, craſſioribus, fuſcis, ſquamis acutis, capſulis oblongis, ſenſim ad extremitatem anguſtatis, bifidis. In Mutinenſi ditione, tum in Cimone Monte, cum in Lacûs Sancti rupe.

8. Cyperoides Alpinum, ſaxatile, anguſtifolium, caule rotundo-triquetro, tenujore, ſpicis gracilioribus, fuſco-ferrugineis, ſquamis acutis, capſulis oblongis, anguſtis, ſubhirſutis, bifidis. In Alpibus Petræ Apuanæ.

9. Cy-

9. Cyperoides Alpinum, anguſtifolium, tenujùs ſpicatum, caule gracili, totundo triquetro, ſpicis brevibus, capſulis oblongis, rariùs diſpoſitis, bifidis. In montibus prope Bargam Etruriæ Oppidum.

ORDO II.

I. *Omnia ut in ordine antecedenti, ſed ſpicis floriferis plurimis* S.

CYPEROIDES aquaticum, maximum, foliis vix unciam latis, caule exquiſitè triangulari, ſpicis habitioribus, erectis, ſquamis in ariſtam longiùs productis, capſulis oblongis, bifidis Tab. 32. fig. 7. *Cyperoides latifolium, ſpicâ rufâ, ſive caule triangulo Inſt. R. H.* 529. *Gramen Cyperoides, latifolium, ſpicâ rufâ, ſive caule triangulo C. B. Pin.* 6. *Theatr.* 83. *Gramen Cyperoides, majus, latifolium Park. Theatr.* 1265. *Gramen Cyperoides Ger.* 11. In ſcrobibus, & paludoſis locis apud nos abundè creſcit.

11. Cyperoides aquaticum, maximum, foliis vix unciam latis, caule exquiſitè triangulari, ſpicis habitioribus, erectis, ſquamis curtis, in ariſtam veluti productis, capſulis bifidis, minoribus, ac denſioribus Tab. 32. fig. 6. In iisdem, ac conſimilibus locis cum ſuperiori provenit.

Cum ſpicarum ſeminalium deſcriptione *Cyperoidis latifolii, ſpicâ rufâ, ſive caule triangulo Scheuchz. Hiſt. Gram.* 458. hæc Cyperoidis ſpecies meliùs convenit, quàm antecedens.

12. Cyperoides aquaticum, latifolium, majus, foliis ſex lineas latis, caule exquiſitè triangulari, ſpicis longis, quarum infima ex longo pediculo pendet, ſquamis medio nervo tamquam in ariſtam prolongato, capſulis oblongis, bifidis. In Agro Florentino, & ſignanter in quadam foſſula juxta paludoſum locum, ubi ſeritur Oryza, qui locus *le Riſaje* vulgò dicitur.

Prædictæ tres Cyperoidis ſpecies in Etruria peculiari nomine *Sala* vocantur, quaſi *Salictaria*, quod in ſalictis etiam exoriantur, & unamquamque illarum vulgus in marem, & feminam dividit. Marem vocat plantam ſeniorem, quæ caulem producit: feminam verò plantam adoleſcentem, quæ nondum in caulem luxuriavit, & folia longiora, ac latiora, quàm ſupradicta, producit. Hujuſce feminæ folia ad varios expetuntur uſus; Fabri Vitrarii ad vaſa, & præcipuè ad œnophora circumveſtienda; Sellarii ad vulgares ſellas texendas, & Doliarii ad doliorum rimas, commiſſuraſque obturandas, quemadmodum fieri ſolet de foliis Typhæ, ut Cæſalp. lib. IV. cap. LXVIII. refert.

13. Cyperoides veſicarium, glabrum, (caule exquiſitè triangulari,) ſpicâ pendulâ, longiori Hiſt. Plant. Pariſ. 265. & Inſt. R. H. 530. *Cyperoides veſicarium, ſpicis viridantibus, vel ſubfuſcis Scheuchz. Hiſt. Gram.* 470. *Gramen Cyperoides, majus, præcox, ſpicis turgidis, teretibus, flaveſcentibus Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 242. *Tab.* 12. *fig.* 6. *Petiv. Concord. Gram. n.* 152. In foſſis juxta Piſana mœnia ad Septemtrionem oritur.

14. Cyperoides veſicarium, anguſtifolium, caule molli, exquiſitè triangulari, foliis trientem unciæ circiter latis, ſpicis omnibus inter ſe diſtantibus, & erectis; ſeminalibus autem ſpicis ad flavum colorem tendentibus, ſquamis brevibus, acutis, capſulis ampullaceis, bifidis. Primùm vidimus in Samnio ultra Sulmonenſem agrum in ampliſſimo prato vulgariter dicto *il Piano di cinque miglia*, & poſtea propè Florentiam in nemoribus udis circa Latifundium Collis ad Cajanum.

15. Cyperoides polyſtachyon, lanuginoſum Inſt. R. H. 529. Scheuchz. Hiſt. Gram. 478. *Gramen Cyperoides, polyſtachyon, lanuginoſum Raii Synopſ. ed.* 2. 165. *n.* 6. *& ed.* 3. 418. *num.* 7. *Hiſt. Plant.* 1294. *Gramen ſpicatum, foliis, & ſpicis hirſutis, mollibus C. B. Theatr.* 48. Provenit in pratis, & ſylvis humidis, non ſolùm ubi antecedens, ſed etiam alibi in Agro Florentino copioſum.

ORDO III

I. *Spicâ floriferâ unicâ* R.
IV. *Capſulis ſeminalibus in breve, & anguſtum collum, non ita manifeſtè biſidum coarctatis.*

CYPEROIDES ſpicis parvis, longè diſtantibus Inſt. R. H. 530. & Scheuchz. Hiſt. Gram. 431. *Gramen Cyperoides, ſpicis parvis, longiſſimè diſtantibus Raii Hiſt.* 1295. *& Synopſ. ed.* 2. 266. *& ed.* 3. 420. *num.* 16. In humectis circa Florentiam copioſum.

17. Cyperoides ſpicis parvis, longè diſtantibus, & in baſi duabus aliis pereximiguis ſpicis, tamquam auriculis, exornatis. Propè Neapolim in loco nuncupato *il Padule*.

18. Cyperoides ſpicis parvis, longè diſtantibus, abſque pediculis. In ripis Arni fluvii.

Figura Graminis Nigri Lugd. 1004. vel hanc plantam refert, vel ejus ſaltem vices gerere poteſt.

19. Cyperoides anguſtifolium, caule, & ſpicis floriferis triangularibus; ſpicis autem ſeminalibus longè diſtantibus, pediculis brevibus inſidentibus, ſquamis curtis, capſulis nitidis, & ferè ſplendentibus, in cuſpidem vix biſidam deſinentibus. In ripis, & ſalicetis Arni fluvii, cum infra, tum ſupra Florentiam.

In hac ſpecie ſpica florifera uncialis, tam recens, quàm arefacta trilatera eſt, ad cujus baſim alia ſpicula longa trientem unciæ partem, pariter florifera, plerumque exurgit.

20. Cyperoides maritimum, caule rotundo-triquetro, foliis triangularibus, lineam latis, ſpicis brevibus, rigidis, pediculo orbatis, ſquamis obtusè faſtigiatis, quarum coſta in mucronem ariſtiformem paulisper prolongata, capſulis turgidis, parum biſidis. *Juncus exiguus, maritimus, floccis inæqualibus, ſubrufis, ex granis trilateris conſtantibus Cæſalp.* 188. *Juncus parvus*, 11 *H. Sicc. Ejusdem pag.* 109. *num.* 280. In Tyrrheno littore, variis in locis, videlicet circa Portum Liburni provenit, quemadmodum, & in tractibus Hadriaticis V. G. juxta Parentium.

21. Cyperoides echinatum, capite longè diſtante Petiv. Concord. Gram. num. 170. à Domino Sherardo miſſum.

22. Cyperoides paluſtre, aculeatum, capitulo breviore Inſt. R. H. 529. & Scheuchz. Hiſt. Gram. 426. *Gramen paluſtre, aculeatum, Germanicum, vel minus C. B. Pin.* 7. *Theatr.* 109. *Gramen paluſtre, echinatum Lob. Icon.* 15. *& I. B.* 2. 497. *Gramen aculeatum Lugd.* 1003. In paludoſis apud nos.

23. Cyperoides echinatum, majus Petiv. Concord. Gram. n. 169. & Raii Synopſ. ed. 3. 421. Ex Angliâ à Domino Petiverio miſſum.

24. Cyperoides Alpinum, anguſtifolium, caule triquetro, ſpicis brevibus, longè diſtantibus, ſquamis obtusè mucronatis, capſulis ventricoſis, mollibus, in biſidum mucronem terminatis. In Alpibus prope Piſtorium juxta equorum Fontem.

25. Cyperoides caule tenujori, rotundo-triquetro, ſpicis ſeminiferis ſubrufis, brevibus, ſquamis acutis, capſulis in anguſtum, & biſidum collum faſtigiatis. *An Cyperoides Alpinum, ſpicis ſeminiferis tenujoribus, atro-ſpadiceis Scheuchz. Hiſt. Gram.* 415? Lucerna à D. Carolo Nicholao Langio ſine ullo nomine tranſmiſſum.

ORDO IV

I. *Spicis floriferis plurimis* S.

CYPEROIDES veſicarium, (caule rotundo-triquetro), ſpicis teretibus, erectis, majus Scheuchz. Hiſt. Gram. 476. *Gramen Cyperoides, anguſtifolium, ſpicis longis, erectis C. B. Pin. 6. Theatr.* 84. In variis Herciniæ locis circa piſcinarum margines creſcit, & a D. Scheuchzero quoque communicatum.

Icon Bauhiniana ſecundum nos vitioſa eſt, quia duas pro una tantum oſtendit plantas; ramulus enim, qui medius exurgit, ad hanc plantam fortè ſpectare credimus, ceteræ ejus partes, quæ ſunt ex Icone Lobeliana depromptæ, ad aliam Cyperoidis ſpeciem pertinent, quam ordine VI. ſub num. 40. demonſtrabimus.

27. Cyperoides veſicarium, (caule rotundo-triquetro,) ſpicis teretibus, erectis, medium Scheuchz. Hiſt. Gram. 474. *Cyperoides polyſtachyon, ſpicis teretibus, erectis Hiſt. Plant. Pariſ.* 428. *& Inſt. R. H.* 529. *Cyperoides ſpicis longioribus, flaveſcentibus Ejusdem* 530. *Gramen Cyperoides, polyſtachyon, majus, ſpicis teretibus, erectis Raii Hiſt.* 1294. *Synopſ. ed.* 2. 265. *n.* 8. *& ed.* 3. 419. *n.* 9. Londino, & Lutetia Pariſiorum habuimus.

ORDO V

I. *Spicâ floriferâ unicâ* R.

IV. *Capſulis ſeminalibus utrinque acuminatis, rhomboideis, triquetris, in nullum, vel breviſſimum apicem non, vel vix bifidum terminatis.*

CYPEROIDES ſpicâ pendulâ, longiore, & anguſtiore Inſt. R. H. 529., & Scheuchz. Hiſt. Gram. 445. *Gramen Cyperoides, ſpicâ pendulâ, longiore, & anguſtiore C. B. Pin. 6. Prodr.* 13. *Theatr.* 85. *Raii Hiſt.* 1294. *Gramen Cyperoides, latifolium, typhâ pendulâ, longiore Barr. Icon.* 45. In ſylvis paſſim apud nos.

29. Cyperoides latifolium, caule triangulo, ſpicis longis, ſtrigoſis, ſquamis acutioribus, capſulis anguſtis, rarius diſpoſitis, triangularibus, nonnihil incurvis, ac utrinque acuminatis. *Gramen Cyperoides, polyſtachyon, majuſculum, latifolium, ſpicis multis, longis, ſtrigoſis Raii Synopſ. ed.* 2. 265. *n.* 9. *& ed* 3. 419. *num.* 11., *& Petiv. Concord. Gram.* 155. Ex Angliâ tantum habuimus, & in Italiâ numquam obſervavimus, dummodo non ſit idem cum ſequenti.

30. Cyperoides ſylvarum, pallidè virens, foliis ſemiunciam latis, caule exquiſitè triangulari, ſpicis ſtrigoſis, erectis, capſulis rarius diſpoſitis, triangularibus, nonnihil incurvis, ac utrinque acuminatis, caducis. In nemoribus, & in ſylvis aucupariis prope Latifundium Collis ad Cajanum, & præſertim in illa, quæ vulgariter dicitur *il Ragnajone*.

A colore totius plantæ, ſpicarum tenuitate, capſularum ſeminalium lapſu, antequam exareſcant, plantam hanc a præcedenti diverſam ſuſpicamur.

31. Cyperoides caule exquiſitè triangulari, ſpicis erectis, in foliorum alis, ſquamis nigricantibus, obtusè mucronatis, capſulis rhomboideis, ſubtriquetris, ſpadiceo-viridibus, peracutis. *Gramen Cyperoides foliis Caryophylleis, ſpicis erectis, ſeſſilibus, è ſeminibus confertis compoſitis Raii Synopſ. ed.* 2. 264., *& ed.* 3. 418. *num.* 4. *An Gramen Cyperoides, anguſtifolium, ſpicâ ſpadiceo-viridi, minus C. B. Pin. 6. Prodr.* 13. *& Theatr.* 84?

In exemplaribus hujus plantæ miſſis ex Angliâ ab amicis unicam dumtaxat ſpicam floriferam animadvertimus.

32. Cyperoides caule exquisitè triangulari, spicis brevibus, erectis, densis, in foliorum alis, squamis exiguis, subrotundis, nigris, capsulis curtis, rhomboideis, subtriquetris, spadiceo-viridibus. In Silesiæ pratis.

33. Cyperoides spicâ pendulâ, squamis è spadiceo, vel fusco rutilante viridibus Scheuchz. Hist. Gram. 443. Tab. 10. fig. 13. *Gramen Cyperoides, spicâ pendulâ, breviore, minus C. B. Theatr.* 85. à D. Scheuchzero tantum missum.

ORDO VI

1. *Spicis floriferis plurimis* S,

CYPEROIDES caule exquisitè triangulari, aspero, foliis tres lineas latis, spicis erectis, squamis in aristam longiusculam desinentibus, capsulis lanceatis, subtriquetris, pedunculo perbrevi veluti insidentibus. In Pisano, & Florentino agro sponte crescit.

35. Cyperoides caule exquisitè triangulari, aspero, foliis tres lineas latis, spicis longis, pediculis longioribus insidentibus, squamis in aristam longiùs productis, capsulis rhomboideis, subtriquetris. Oritur in eodem loco cum antedicto, sed minùs obvium.

36. Cyperoides caule exquisitè triangulari, aspero, foliis tres lineas latis, spicis erectis, squamis acutis, & veluti in aristam prolongatis, capsulis rhomboideis, subtriquetris, angustioribus. *Gramen Cyperoides, majus, angustifolium Park. Theatr.* 1265. *Ger. Emac.* 29. *Raii Synopf. ed.* 3. 417. *n.* 2. Ex Anglià D. Petiv. misit.

37. Cyperoides caule exquisitè triangulari, aspero, foliis duas lineas latis, spicarum floriferarum squamis obtusè mucronatis; spicarum autem seminalium squamis longis, angustis, & peracutis, capsulis rhomboideis, subtriquetris. *Gramen Cyperoides, minus, angustifolium Park. Theatr.* 1266. fig. 3. à D. Sherardo missum.

38. Cyperoides Ilvense, præaltum, caule concinnè triquetro, foliis trientem unciæ partem latis, spicis strigosis, erectis, palmaribus, squamis aceroſis, capsulis lineam longis; rhomboideis, subtriquetris. In Ilvâ Insulâ, eundo Cosmopoli ad Marcianum Oppidum.

39. Cyperoides angustifolium, caule exquisitè triangulari, aspero, spicis floriferis prælongis, seminalibus autem spicis biuncialibus, & triuncialibus, erectis, squamis fuscis, aceroſis, capsulis spadiceo-viridibus, rhomboideis, subtriquetris. In Pisano agro ad fossas, variis in locis, sed rarum.

In hac specie spicæ seminales ultra sui dimidium, vel paulò ultra floriferæ sunt, vel in portionem tantùm floriferam prolongatæ; quod etiam occurrit in *Cyperoide palustri, angustifolio, spicis habitioribus, spadiceo-viridibus Scheuchz. Hist. Gram.* 452.

40. Cyperoides angustifolium, caule exquisitè triangulari, aspero, spicis floriferis prælongis, tenujoribus; seminalibus autem spicis biuncialibus, & habitioribus, erectis, squamis brevibus, acutis, capsulis spadiceo-viridibus, rhomboideis, subtriquetris. *Gramen palustre, majus Lob. Icon.* 11. *Gramen angustifolium, spicis longis, erectis C. B. Theatr.* 84. *sed Icon absque ramulo in medio. An Cyperoides latifolium, spicâ spadiceo-viridi, majus Inst. R. H.* 529? Cum superiori in iisdem locis provenit.

Quamvis à plerisque Botanicis sub alia Cyperoidis specie constitutum sit dictum *Gramen palustre, majus Lob. Icon.* 11. attamen ad hanc potiùs, quàm ad quamcumque aliam a nobis hactenus perspectam attinere videtur, non solùm ob Iconismum, & ambitum totius plantæ, sed etiam ob cauliculorum nuditatem, atque trilateram eorum formam, & spicarum situm.

41. Cyperoides angustifolium, caule exquisitè triangulari, aspero, spicis floriferis uncialibus, & sexquiuncialibus; seminalibus autem spicis unciam circiter lon-

longis, ſquamis fuſcis, obtusè mucronatis, capſulis ſpadiceo-viridibus, rhomboideis, ſubtriquetris. *An Cyperoides paluſtre, anguſtifolium, ſpicis habitioribus, ſpadiceo-viridibus Scheuchz. Hiſt. Gram.* 452? Circa Lucernam creſcit, & à D. Langio communicatum.

42. Cyperoides anguſtifolium, caule exquiſitè triangulari, aſpero, foliis anguſtioribus, ſpicis erectis, ſquamis nigricantibus, obtusè mucronatis, capſulis ſpadiceo-viridibus, ſexquilineam longis, rhomboideis, ſubtriquetris *Cyperoides latifolium, ſpicâ ſpadiceo-viridi, majus Inſt. R. H. Scheuchz. Hiſt. Gram.* 464. Ab eodem Domino Scheuchzero habuimus.

43. Cyperoides anguſtifolium, caule exquiſitè triangulari, aſpero, ſpicis erectis, ſquamis nigricantibus, obtusè mucronatis, capſulis ſpadiceo-viridibus, lineam longis, rhomboideis, ſubtriquetris. Provenit in Samnio ultra Sulmonenſem agrum in planicie, vulgò *il Piano di Cinque miglia*.

44. Cyperoides Alpinum, caule exquiſitè triangulari, foliis anguſtioribus, ſpicis brevibus, obeſis, ſquamis retuſis, capſulis densè diſpoſitis, ſpadiceo-viridibus, rhomboideis, ſubtriquetris. Per Mutinenſes Alpes variis in locis, & præſertim in prato nuncupato *de' Carboni*, non longè à Caſtro Fluminis Albi.

ORDO VII

I. *Spicâ floriferâ unicâ* R.
II. *Spicis ſeminalibus plerumque denſis, vel parum inter ſe diſtantibus* V.
IV. *Capſulis ſeminalibus ellipticis*.

CYPEROIDES polyſtachyon, flavicans, ſpicis propè ſummitatem caulis Tab. 32. fig. 13. Inſt R. H. 530. Scheuchz. Hiſt. Gram. 430. *Gramen Cyperoides, polyſtachyon, flavicans, ſpicis propè ſummitatem caulis Raii Hiſt.* 1294. *& Synopſ. ed.* 2. 265. *n.* 7. *& ed.* 3. 419. *num.* 8. *Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 234. *Sect.* 8. *Tab.* 12. *fig.* 16. *Pluk. Alm.* 178. *Tab.* 34. *fig.* 5. In montoſis nemoribus, veluti circa Florentiam, cum in Monte Senario, tum propè Archicœnobium Vallis-Umbroſæ.

ORDO VIII

IV. *Capſulis ſeminalibus turbinatis*.

CYPEROIDES nemoroſum, caule exquiſitè triangulari, ſpicis parvis, ſtrigoſis, inter ſe diſtantibus, ſquamis latis, derepentè in ariſtam longiuſculam attenuatis, capſulis rariùs diſpoſitis, turbinatis, gibbis, trilateris, cum roſtrulo adunco Tab. 32. fig. 15. Naſcitur in ſenticoſis locis non longè Florentiâ, cum circa Caſiniani Eccleſiam ſecus rivulum ſylvæ aucupariæ DD. Pucciorum nuncupatum *il Borro di Vingone*, tum in Divi Leonardi Curâ, in loco dicto *Carraja* juxta nemus Donniniorum.

47. Cyperoides Germanicum, foliis brevibus, rigidis, acutis, caule rotundo-triquetro, ſpicis parvis, ſquamis obtusè mucronatis, capſulis oblongis, turbinatis, in anguſtum, & longiuſculum apicem attenuatis Tab. 32. fig. 16. Inter Rottembergam, & Salisburgum Menſe Julio.

48. Cyperoides Alpinum, ſaxatile, parvum, anguſtifolium, caule rotundo-triquetro, nudo, ſpicis brevibus, fuſcis, ſquamis non acutis, capſulis oblongis, turbinatis, in anguſtum, & longiuſculum apicem attenuatis. In Æquicolorum Jugis, & ſignanter in loco nuncupato *il Mozzo di Camicia*.

49. Cyperoides foliis Caryophylleis, (caule rotundo-triquetro,) ſpicis è rarioribus, & tumidioribus, veſicis compoſitis Tab. 32. fig. 11. Inſt. R. Herb. 538.

Gra-

Gramen Cyperoides, foliis Caryophylleis, ſpicis è rarioribus, & tumidioribus veſicis compoſitis Raii Synopſ. ed. 2. 264 *n.* 3. *& ed.* 3. 418. *n.* 3. *Pluck. Alm.* 178. *Tab.* 91. *fig.* 7. In herbidis circa Lacum Bientinæ copioſiſſimum, & præſertim Altum Paſſum verſus, raro autem in Inſulis circa Venetias, Londino, & Lutetia Pariſiorum obtinuimus.

Si verum eſt, quod *Graminis nigro-lutei verni varietas minor I. B.* ad Cyperoidum Caryophylleorum familiam ſpectare debeat, ut Botanici recentiores credunt: in ſententia noſtra, & quantum ab Icone Bauhiniana animadvertitur, ad hanc Cyperoidis ſpeciem attinere videtur; ratio eſt, quod unicâ dumtaxat ſpicâ floriferâ conſtat, & ſpicas ſeminales inter ſe diſtantes locatas habet, quarum ultima, quæ circa imam partem unius caulis prodit, a longo pediculo in altum erigitur, quæ omnia in hac ſpecie occurrunt.

50. Cyperoides caule exquiſitè triangulari, ſpicis parvis, inter ſe diſtantibus, ac pediculis inſidentibus, ſquamis acutis, capſulis turbinatis, perexiguis, a medio ad ſummum ſubhirſutis. Creſcit plane in Etruriâ, ſed ubi præcipuè nunc non recordamur.

51. Cyperoides parvum, pratenſe, caule triangulari, ſpicis ſemiuncialibus, obeſis, ſitis circa faſtigium caulis, ſquamis curtis, obtusè mucronatis, nigricantibus, capſulis turbinatis, perexiguis, densè poſitis, glaucis, ac ſubhirſutis. *Cyperoides ſpicis brevibus, erectis è granis parvis, ſubhirſutis, & glaucis densè congeſtis Mont. Cat. Plant. Agr. Bon. Prodr.* 20. In pratis udis circa Latifundium Collis ad Cajanum, & Bononia ab Authore quoque miſſum.

ORDO IX

I. *Spicis floriferis plurimis* S.

CYPEROIDES foliis Caryophylleis, caule exquiſitè triangulari, ſpicis habitioribus, ſquamis curtis, obtusè mucronatis, capſulis turbinatis, brevibus, confertis Tab. 32. fig. 12. In territorio Scandiccii, ſecus torrentem Grevis, in ambulacro ante ſylvam aucupariam D. D. Altovitorum ad meridiem.

53. Cyperoides foliis Caryophylleis, caule trilatero, ſpicis brevibus, obeſis, ſquamis curtis, obtusè mucronatis, capſulis turbinatis, denſis, in apicem breviſſimum terminatis. In ſaltu eorumdem Altovitorum juxta Pontem Scandiccium, nuncupatum *il Boſco di Bruco*.

54. Cyperoides parvum, foliis Caryophylleis, caule exquiſitè triangulari, ſpicis parvis, ſquamis obtusè mucronatis, capſulis turbinatis, durioribus, nitidis, ſubfulvis, apice longiuſculo auctis. In Æquicolorum montibus, non longè a Villâ Flaminiana prope dirutum Templum Sancti Angeli, necnon per Inſulas circa Venetias.

55. Cyperoides foliis Caryophylleis, caule triquetro, ſpicis brevibus, ſtrigoſis, ſquamis curtis, obtuſioribus, cum nervo medio productiore, capſulis turbinatis, exiguis, densè poſitis, & ſubhirſutis. In ripis torrentis Mugnonis.

56. Cyperoides foliis Caryophilleis, caule rotundo-triquetro, ſpicis craſſioribus, ſquamis brevibus, obtusè mucronatis, capſulis turbinatis, polline veluti conſperſis. Circa Florentiam in nemoribus cum reliquis ſuis ſpeciebus.

57. Cyperoides foliis Caryophylleis, caule exquiſitè triangulari, ſquamis brevibus, acutis, capſulis turbinatis, densè diſpoſitis, ac polline veluti conſperſis. Inter varietates *Graminis Cyperoidis, foliis Caryophylleis, ſpicis oblongis, è pediculis longioribus pendulis Raii Synopſ. ed.* 2. 264. *num.* 5., *& ed.* 3. 418. *num.* 5. Londino ab Amicis noſtris communicatas, obſervavimus.

58. Cyperoides foliis Caryophylleis, caule rotundo-triquetro, ſpicis ſtrigoſioribus, ſquamis in ariſtam longam, veluti deſinentibus, capſulis rarius diſpoſitis, oblon-

oblongis, turbinatis, polline veluti conſperſis. *An Phalaris caule triangulo, angulis obtuſioribus, foliis Cyperi, ſpicis ex alis foliorum dependentibus Cæſalp.* 193? Non longè Piſis circa Carthuſianorum Cœnobium.

59. Cyperoides foliis Caryophylleis, caule trilatero, ſpicis habitioribus, ſquamis obtusè mucronatis, capſulis turbinatis, nitidis. Secus torrentem Grevis, per ambulacrum ejusdem ſylvæ aucupariæ, paulò ſupra memoratæ.

60. Cyperoides foliis Caryophylleis, caule concinnè triquetro, ſpicarum ſquamis longioribus, acutis, & quaſi in ariſtam terminatis, capſulis oblongis, majoribus, turbinatis, glabris, rariùs diſpoſitis. In omnibus ferè ſylvis apud nos.

61. Cyperoides foliis Caryophylleis, caule trilatero, ſpicis longis, ſtrigoſis, rufeſcentibus, ſquamis in mucronem ariſtiformem prolongatis, capſulis oblongis, turbinatis, rariùs diſpoſitis, nitidis. Eodem in loco provenit cum antecedente.

62. Cyperoides foliis Caryophylleis, caule exquiſitè triangulari, ſpicis tenujoribus, ſquamis veluti in acutiſſimam, & longiuſculam ariſtam deſinentibus, capſulis anguſtis, oblongis, turbinatis. In territorio Scandiccii, ſecus agrorum foveas.

63. Cyperoides foliis Caryophylleis, caule triquetro, ſpicis longis, tenujoribus, ſquamis longis, acutis, capſulis parvis, oblongis, turbinatis, glabris. In umbroſis ripis torrentis Grevis.

64. Cyperoides præaltum, foliis Caryophylleis, caule exquiſitè triangulari, aſpero, ſpicis parvis, longè diſtantibus, ac pediculis longioribus inſidentibus, ſquamis acutis, capſulis oblongis, turbinatis, glabris. In eadem ſylvâ aucupariâ Dominorum Altovitorum ſuperiùs indicata.

ORDO X

I. *Spicâ floriferâ unicâ* R.
II. *Spicis ſeminalibus per caulem ſparſis* V.
III. *Vaginis, à quibus ſpicæ ſeminales prodeunt, in nullum folium abeunt, ſed in ſemetipſis ampliatis* d.

CYPEROIDES montanum, humile, anguſtifolium, culmo veluti folioſo, ſpicis obſeſſo [capſulis oblongis, turbinatis, gibbis, trilateris]. Tab. 32. fig. 8. Scheuchz. Hiſt. Gram. 407. Tab. 19. fig. 1. Ab Authore accepimus tantùm.

ORDO XI

II. *Spicis ſeminalibus circa faſtigium caulis, vel confertis, vel paululùm inter ſe diſtantibus provenientibus* X.
III. *Vaginis, à quibus ſpicæ ſeminales exeunt, in nullum folium* e, *vel in foliorum rudimentum* f, *aut in parvum folium* g *deſinentibus*.

CYPEROIDES Alpinum, ſaxatile, caule cubitali, rotundo-triquetro, nudo, ſpicis brevibus, binis, vel ternis, in ſummitate caulis confertim naſcentibus, ſquamis obtusè mucronatis, capſulis oblongis, turbinatis, craſſioribus, ſubhirſutis, in pellucidam, & membranaceam cuſpidem vix bifidam terminatis. Tab. 32. fig. 4. Apud Samnites, in ſummitate Montis Moroni inter ſcopulos.

67. Cyperoides montanum, vernum, parvum, anguſtifolium, caule nudo, rotundo-triquetro, imbecilliori, & plerumque reclinato, ſpicis exiguis, denſioribus, ſquamis obtusè mucronatis, atro-rufis, capſulis oblongis, craſſioribus, turbinatis, trilateris, cum roſtrulo adunco, & ad latera hiante. In Regio Viridario Boboli, & per Murellum Montem, variis in locis, & præſertim in collibus ante ſtabulum vaccarum Domini Marchionis de Caſtilione nuncupatis *le Trafitte*.

68. Cy-

68. Cyperoides montanum, vernum, foliis anguſtis, ſuperna parte piloſis, caule tenuiſſimo, rotundo-triquetro, ſpicis parvis, atris, ſquamis obtuſioribus, medio nervo tamquam in ariſtam prolongato, capſulis oblongis, craſſioribus, ſubhirſutis, trilateris, turbinatis. *Cyperoides anguſtifolium, montanum, folliculis ſeminum villoſis Scheuchz. Hiſt. Gram.* 423. *Gramen ſpicatum, anguſtifolium, montanum C. B. Pin.* 4. *Theatr.* 47. In Bavaricis, & Tirolenſibus montibus repertum; nec non à Domino Scheuchzero miſſum.

69. Cyperoides Alpinum, ſaxatile, capillaceo folio, caule rotundo-triquetro, ſpicâ ſeminali nigricante, plerumque unicâ, capſulis oblongis, turbinatis, trilateris, ſubhirſutis, in apicem tenuiſſimum nonnihil bifidum terminatis Tab. 32. fig. 3. In Alpibus Petræ Apuanæ.

70. Cyperoides vernum, caule rotundo-triquetro, ſpicis ſeminalibus denſioribus, binis, vel ternis, ſquamis ferrugineis, obtusè mucronatis, & tamquam in ariſtulam prolongatis, capſulis turbinatis, ſubhirſutis, trilateris. *Cyperoides minus, ſpicis denſioribus Inſt. R. H.* 530. *& Hiſt. Pariſ.* 264. *Cyperoides Alpinum, Caryophyllatæ foliis, ſpicis tenuibus, è fuſco rufeſcentibus Scheuchz. Hiſt. Gram.* 433. *Gramen Cyperoides, vernum, minimum Raii Synopſ. ed.* 3. 421. *num.* 17. *Gramen Caryophyllatum Tabern. Icon.* 210. *Phalaris parva, in cacumine tres, aut quatuor racemos ferens, ſemine triangulo Cæſalp.* 193. Londino, & Lutetiâ Pariſiorum habuimus, & in Italia copiosè quoque collegimus.

71. Cyperoides vernum, caule rotundo-triquetro, ſpicis ſeminalibus denſioribus, & plerumque ternis, ſquamis latis, brevibus, ferrugineis, capſulis turbinatis, ſubhirſutis, trilateris, foliolis ſpicis ſubjectis longioribus. Inter Florentiam, & Piſas in Emporienſi agro.

72. Cyperoides vernum, caule rotundo-triquetro, ſpicis brevibus, congeſtis, fulvis, ſquamis obtusè mucronatis, & tamquam in ariſtam prolongatis, capſulis oblongis, anguſtis, utrinque quaſi turbinatis, ſubhirſutis. In ericetis Scandiccii alti territorii, non longè Florentiâ.

73. Cyperoides vernum, caule rotundiore, vix ſe ſubſtinens, ſpicis brevibus, confertis, fulvis, ſquamis acutioribus, capſulis trilateris, turbinatis, ſubhirſutis, brevioribus. *An Cyperoides montanum, foliis anguſtis, parvis, ſpicâ ſpadiceâ, divisâ Scheuchz. Hiſt. Gram.* 419. *Tab.* 10. *fig.* 8., *& 9?* In pratis, & paſcuis, necnon in ericetis, & dumetis frequentiſſimum.

74. Cyperoides montanum, minimum, vernum, caule rotundo-triquetro, tenuiſſimo, reclinato, ſpicis congeſtis, rufeſcentibus, capſulis ſubhirſutis, turbinatis, trilateris. In montoſis, ſalebroſiſque locis, ut per Imprunetæ Plebaniam, ac ſignanter in colle nuncupato *il Gabbreto*.

75. Cyperoides montanum, foliis ad margines tenuiſſimè piloſis, caule rotundo-triquetro, ſpicis ferrugineis, ſquamis brevibus, cordatis, capſulis ſubhirſutis, trilateris, turbinatis. *An Cyperoides montanum, foliis anguſtis, parvis, ſpicâ ſpadiceâ, divisâ Scheuchz. Hiſt. Gram.* 419. *Tab. X. fig.* 8. *& 9?* Ejusdem Amici munere habuimus ante ſuæ Hiſtoriæ editionem nomine *Graminis Caryophyllatæ foliis, ſpicâ ſquamatâ C. B. Pin.* 3. *& Theatr.* 46.

76. Cyperoides caule rotundo-triquetro, nudo, ſpicis parvis, congeſtis, capſulis turbinatis, ſubhirſutis, in longiuſculum, & tenuiſſimum apicem coarctatis, ac in baſi veluti pediculo donatis. *Gramen Cyperoides, ſpicis brevibus, congeſtis, foliis mollibus Raii Hiſt.* 1910. *& Synopſ. ed.* 3. 421. *num.* 19. *Petiv. Concord. Gram. num.* 165. Londino à Domino Sherardo miſſum.

ORDO XII

II. *Spicis ſeminalibus varius* Y, *vel denſius* Z *diſpoſitis, quarum ſuperior circa baſim ſpicæ floriferæ prodit, & longius quam illa ſe erigit.*

III. *Vaginis, a quibus ſpicæ ſeminiferæ conſurgunt, in nullum, vel breviſſimum foliorum rudimentum terminatis h.*

IV. *Capſulis oblongis, turbinatis, trilateris.*

CYPEROIDES montanum, nemoroſum, caule triquetro-compreſſo, ſpicis ferrugineis, tenuioribus, inter ſe diſtantibus, capſulis rariùs diſpoſitis, oblongis, turbinatis, trilateris Tab. 32. fig. 9. *Gramen Caryophyllatum, montanum, ſpicâ variâ C. B. Pin.* 4. *Prodr.* 23. *Theatr.* 48. *Scheuchz. Hiſt. Gram.* 448. *Tab. X. fig.* 14. *Gramen Caryophyllatum, polycarpon, fructu triangulo Flor. Pruſ.* 112. In quercetis, & ſylvis cæduis, & locis montoſis circa Florentiam, ſed rarum.

78. Cyperoides montanum, nemoroſum, minus, caule triquetro-compreſſo, ſpicis ſtrigoſis, ferrugineis, circa faſtigium caulis ſitis, capſulis rariùs diſpoſitis, oblongis, turbinatis, trilateris Tab. 32. fig. 14. *Gramen Caryophyllatum, nemoroſum, ſpicâ multiplici C. B. Pin.* 4. *Prodr.* 22. *Theat.* 47. *Scheuchz. Hiſt. Gram.* 450. *Gramen parvum, ſylvaticum, paniculis formâ pedum avium I. B.* 2. 497. In Morone Aprutii Monte, atque etiam per Etruſcas Alpes legimus, & Tiguro miſſum.

ORDO XIII

II. *Spicis ſeminalibus, ut plurimum inter ſe diſtantibus* †, *longis pediculis inſidentibus, quarum ſuperior adeo ſe erigit, ut ſpicæ floriferæ altitudinem ut plurimum æquet.*

IV. *Capſulis ſeminalibus, turbinatis, rotundo-triquetris, in apicem tenuiſſimum, una præcipue parte apertum, coarctatis.*

CYPEROIDES foliis tenuiſſimis, caule ſubtriquetro, ſpicis exiguis, albicantibus, pediculis longis inſidentibus, capſulis turbinatis, rotundo-triquetris, luteſcentibus, in apicem tenuiſſimum, una præcipue parte apertum, coarctatis. *Gramen ſylvaticum, anguſtifolium, ſpicâ albâ C. B. Pin.* 4. *Prodr.* 22. *Theatr.* 47. *Scheuchz. Hiſt. Gram.* 410. *Tab. X. fig.* 3. *Cyperoides polyſtachyon, minimum, ſpicis per maturitatem albicantibus Inſt. R. H.* 530. In Tirolenſibus Alpibus creſcit, & Tiguro quoque habuimus.

80. Cyperoides foliis tenuiſſimis, caule ſubtriquetro, ſpicis exiguis, albicantibus, pediculis longis inſidentibus, capſulis durioribus, turbinatis, rotundo-triquetris, nigricantibus, in apicem tenuiſſimum una præcipue parte apertum coarctatis Tab. 32. fig. 10. Inter Tridentum, & Reipublicæ Venetæ Ditionem, & ſignanter per juga propinquiora Valetudinario, ut vulgo dicitur *il Lazzeretto di Premolano.*

Differentia capſularum inter præcedentem, & hanc plantam, an ſit naturalis, vel accidentalis, nunc affimare non audemus.

Cyperoides dicitur quaſi planta ad Cyperum accedens.

CAREX.

Tab. 33. CAREX eſt plantæ genus in omnibus notis cum Cyperoide conveniens, præter quam quòd flores, & fructus in capitula potius, quam in ſpicas ſunt digeſti. Sicut etiam, quòd in unoquoque capitulo flores, & fructus comprehenduntur, tali autem modo diſpoſiti, ut in nonnullis ſpeciebus flores ſupernam capituli partem occupent A, in aliis infernam B; fructus verò ſemper opponuntur floribus CC, ſi flores nempe in ſupernâ ſint parte, fructus ſunt in infernâ, & e contra; a qua peculiari notâ, & a capſularum formâ pendet etiam plantarum hujus generis ſubdiviſio.

Hujuſmodi plantæ genus primùm a D. Ruppio in Florâ Jennenſi inſtitutum fuit, poſtea a D. Dillenio in Supplemento Appendicis ad ſuam Floram Giſſienſem pag. 165. longiùs, & accuratiùs deſcriptum; veruntamen inter Dillenianas, & noſtras notas non parvum intercedit diſcrimen [dummodo de his plantis loquatur] nam ille huic generi ſemen nudum, ſeu in capſulâ non reconditum tribuit, nos verò, ut in Cyperoide, in eâ comprehenſum.

ORDO I

I. *Capitulis oblongis, ſtrigoſis, ſupernâ parte floriferis* D, *in nudorum qualibet culmorum ſummitate unico.*
II. *Capſulis oblongis, rariùs diſpoſitis, utrinque acuminatis, & quaſi rhomboideis* E, *non bifidis.*
III. *Seminibus plano-convexis* F.

CAREX minima, caulibus, & foliis capillaceis, capitulo ſingulari, tenujori, capſulis oblongis, utrinque acuminatis, & deorſum reflexis Tab. 33. fig. 1. *Carex minima, ſeminibus reflexis, puliciformibus Dill. Suppl. ad Flor. Giſſ.* 166. *Gramen Cyperoides, minimum, ſeminibus deorſum reflexis, puliciformibus Raii Synopſ. ed.* 11. 269. *n.* 12. *& ed.* 3. 424. *n.* 13. *Gramen Cyperoides, ſpicâ ſimplici, caſſâ Ejusd. Synopſ.* 11. 267. 20. *& Mor. H. Oxon. P.* 3. 244. *Sect. VIII. Tab.* 12. *fig.* 21. 22. *Cyperoides pulicare Mer. Pin. & Petiv. Concor. Gram. n.* 172. Londino, & Lucernâ habuimus, & in variis Sileſiæ locis legimus.

ORDO II

II. *Capſulis oblongis, gibbis, trilateris* G, *utrinque acuminatis, & magis infernè, quàm ſupernè prolongatis.*
III. *Seminibus trilateris* H.

CAREX nemoroſa, anguſtifolia, caule exquiſitè triangulari, capitulis ſtrigoſis, inter ſe diſtantibus, atque in foliorum alis inſidentibus, capſulis craſſioribus, trilateris, utrinque in acutum faſtigiatis Tab. 33. fig. 2. *Gramen Junceum, ſpicatum, minus Barr. Icon.* 117. *num.* 2. In ſylvis, & dumetis apud nos, & præcipuè in Monte Feſulano.

OR-

ORDO III

I. *Capitulis per maturitatem non expanſis* I, *in ſupernâ parte floriferis* A, *& in ſpicam, vel raram* K, *vel denſam* L *ſingillatim diſpoſitis, atque axi immediatè adhærentibus, ſeu nullis pediculis fultis.*

II. *Capſulis* M *ex una parte planis, ex alterâ vero convexis, ad extremitatem in anguſtum, planumque, & aliquantiſper bifidum collum attenuatis.*

III. *Seminibus plano-convexis* N.

CAREX paluſtris, elatior, radice repente, caule trilatero, ſpicâ ſpadiceâ, capitulis craſſioribus, capſulis marginatis Tab. 33. fig. 3. *Carex polyſtachya, ſpadiceâ Dill. Suppl. ad App. Flor. Giſſ.* 166. *Gramen nemoroſum, paniculâ rufeſcente, molli Inſt. R. H.* 522. *Gramen nemoroſum, ſpicâ rufeſcente, molli C. B. Pin.* 7. *Gramen ſylvaticum, parvum, tenuifolium, rigidiuſculum I. B.* 2. 509. *Gramen Cyperoides ex Monte Ballon ſimile, ſpicâ totali, e pluribus ſpicis compoſitâ Raii Hiſt.* 1297. *Synopſ. ed.* 2. 268. *num.* 4. *& ed.* 3. 423. *num.* 4. *Pluk. Alm.* 178. *Tab.* 34. *fig.* 7. *Petiv. Concord. Gram. num.* 176. *Gramen ſylvaticum, ſive nemoroſum, I Tabern. Icon.* 226. *An Gramen Cyperoides, elegans, multiferâ ſpicâ Park.* 1172? Londino, & Lutetiâ Pariſiorum tranſmiſſa.

2. Carex maritima, humilis, radice repente, caule trilatero, ſpicâ ſpadiceâ, nonnihil foliosâ, capitulis craſſioribus, capſulis marginatis Tab. 33. fig. 4. *Gramen Cyperoides ex monte Ballon ſimile, humilius, in maritimis, & arenoſis naſcens Raii Hiſt.* 1297. *& Synopſ. ed.* 2. 268. *num.* 4. *& ed.* 3. 423. *num.* 5. *Pluk. Alm.* 178. *Tab.* 34. *fig.* 8. *Petiv. Concord. Gram. num.* 177. D. Sherardus Londino miſit.

Figura *Graminis Cyperoidis, minoris, repentis, ſpicâ diviſâ Flor. Pruſſ.* 116. ſin minus ad hanc plantam pertineat, ſaltem pro hac inſervire poteſt.

3. Carex radice fibrosâ, caule triquetro, ſpicâ ſpadiceâ, brevi, capſulis marginatis. *Carex polyſtachya, ſpicis partialibus, brevibus, mollibus Dill. Suppl. ad App. Flor. Giſſ.* 166. *Gramen Cyperoides, ſpicâ è pluribus ſpicis brevibus, mollibus compoſitâ Raii Synopſ. ed.* 2. 268. *n.* 2. *& ed.* 3. 422. *num.* 2. *Gramen Cyperoides, paluſtre, majus, ſpicâ diviſâ Mor. Hiſt. Oxon. P.* 3. 244. *Sect.* 8. *Tab.* 12. *fig.* 29. *Gramen Cyperoides, paluſtre, majus, ſpicâ divulsâ C. B. Pin.* 6. *Theatr.* 88. *Gramen Cyperoides, ex monte Ballon, ſpicâ divulsâ I. B.* 2. 497. *Gramen Cyperoides, paluſtre, minus Park. Theatr.* 1287. *Gramen Cyperoides, parvum, aquaticum Lob. Icon.* 19. In rivulis Alpinis, videlicet ad Lacum Nigrum, & in montoſis pratis humidioribus, præſertim ſupra templum Beatiſſimæ Virginis de Saxo, non longè Florentiâ. Londino, & Tiguro habuimus.

In Synopſi Raii tertiæ editionis pag. 422. num. 2. adverſus aliorum Botanicorum ſententiam, atque ipſius Moriſonis, planta Moriſoniana diſtinguitur a Bauhiniana, quod nos non ſequimur, quia nondum vidimus plantam, quæ Bauhiniorum peculiaris exiſtimatur.

4. Carex radice longâ, repente, craſſiori, & rigidâ, caule trilatero, capitulis in ſpicam brevem, denſam, ac fuſcam digeſtis, capſulis craſſioribus, nitidis, non marginatis, parum bifidis Tab. 33. fig. 5. *Scirpoides Juncifolium, ſpicâ ex pluribus ſpicis congeſtâ, radice repente Mont. Cat. Plant. Agr. Bon. Prodr.* 18. *Juncus Gramineus, Cyperi radice, tenuifolius, elatior Barr. Icon.* 118. *An Juncus repens, grumoſa, & echinatâ ſpicâ Ejusd. Icon.* 114. *num.* 2? In agro Florentino, ſecus foſſarum aggeres, ac in ipſis aquoſis, & lutulentis foſſis creſcit, videlicet juxta viam, quæ ad Collem ad Cajanum ducit, præſertim paulo ante pontem vulgò *il Ponte all' Aſſe*, & ſignanter circa paſqua quæ dicuntur *i prati di Vingone*. Copioſiſſima verò creſcit in arenoſo ſolo Piſas inter & Liburnum.

Planta hæc in arenoſis, & ſterilibus locis multo minor, & ſtrigoſa provenit, quam illa, quæ in aquoſis, & cœnoſis gignitur, atque adeo fortaſſe duabus Iconibus apud Barrillerium expreſſa; nam illa, quæ extat in Tab. 118. demonſtrat plantam in neglecto, & arido ſolo ortam; altera vero in Tab. 114. n. 2. in aquoſis, & cœnoſis foveis naſcitur, quæ aliquando ſpicam compactam, aliquando raram gerit.

5. Carex Alpina, minima, caule trilatero, capitulis in ſummitate caulis atro-fuſcis, ſquamis anguſtis, capſulis non marginatis, in longiuſculum collum magis bifidum attenuatis Tab. 33. fig. 6. In Alpibus Petræ Apuanæ.

6. Carex Alpina, minima, Juncifolia, caule rotundo-triquetro, ſpicâ in ſummitate caulis atro-fuſcâ, ſquamis amplioribus, plerunque bifidis, ac limbo membranaceo cinctis, capſulis craſſioribus, non marginatis, in breve, & anguſtum collum terminatis. *Gramen Cyperoides, Juncifolium, ſpicâ ſimplici, in ſummitate culmi atro-fuſcâ Scheuchz. Iter. Alp.* 1709. *& Hiſt. Gram.* 492. *Tab. XI. fig.* 7. Tiguro ab Auctore miſſa.

ORDO IV

I. *Capitulis ut ſupra, ſed per faſciculos, & quasdam congeries* O *in ſpicam laxam* P *diſpoſitis.*

CAREX radice repente, caule exquiſitè triangulari, ſpicâ multiplici, ferrugineâ. *Gramen Cyperoides, paluſtre, elatius, ſpicâ longiore, laxâ Raii Hiſt.* 1296. *& Synopſ. ed.* 2. 267. 1. *& ed.* 3. 422. *n.* 1. *Mor. Hiſt. Oxon. P.* 3. 244. *Sect. VIII. Tab.* 12. *fig.* 23. *& Scheuchz. Hiſt. Gram.* 499. *Cyperus Alpinus, longus, inodorus, paniculâ ferrugineâ, minus ſparsâ Scheuchz. Agroſtograph. Prodr. pag.* 27. *Tab.* 8. Tiguro, atque Londino ad nos miſſa, & in noſtris Etruſcis peregrinationibus reperta, ſed ubi, nunc in mentem non venit.

2. Carex radice repente, caule exquiſitè triangulari, ſpicâ multiplici, fuſcâ Tab. 33. fig. 7. In Mutinenſi ditione paulo ſupra caſtrum Fluminis albi, loco dicto *il Prato de' Carboni.*

Reperitur etiam quandoque ſpicâ una cum faſciculis capitulorum breviſſimis, in quo ſtatu magnam videtur habere affinitatem cum deſcriptione, & icone *Cyperoidis polyſtachii, ſpicis laxis, paniculam veluti componentibus Scheuchz. Hiſt. Gram.* 487.

ORDO V

I. *Capitulis in ſupernâ parte floriferis* A, *per maturitatem expanſis* Q, *& extantibus, in ſpicam, vel denſam* R, *vel raram* S, *ſingillatim diſpoſitis, atque axi immediatè adhærentibus, ſeu nullis pediculis fultis.*

CAREX minor, fibratâ radice, caule exquiſitè triangulari, ſpicâ unciali, compactâ Tab. 33. fig. 8. *Gramen Cyperoides, paluſtre, echinatâ ſpicâ, medium Barr. Icon.* 20. *n.* 3. Circa Florentiam in pratis udis, & ad foſſarum margines.

2. Carex minor, radice fibroſâ, foliis anguſtioribus, caule exquiſitè triangulari, ſpicâ unciali, compactâ. In vepretis, & ad ſepes circa Florentiam, variis in locis cum ſequenti.

3. Carex minor, radice fibroſâ, foliis anguſtioribus, caule exquiſitè triangulari, ſpicâ ſexquiunciali, mutilatâ Tab. 33. fig. 9. *Carex minor, ſpicâ divulsâ, radice comosâ Dill. Suppl. ad App. Flor. Giſſ.* 166. *Gramen Cyperoides, ſpicis minoribus, minùſque compactis C. B. Pin.* 6. *Theatr.* 87. *I. B.* 2. 497. *Scheuchz. Hiſt. Gramin.* 488. *Phalaris cauliculo brevi, nudo, unâ in cacumine ſpicâ rectâ, ſeminibus latioribus Cæſalp.* 193. *Juncus parvus,* IIII *Ejuſd. in H. Sicc.* 112. *n.* 291.

4. Ca-

4. Carex nemoroſa, fibroſâ radice, caule exquiſitè triangulari, ſpicâ longâ, divulsâ, ſeu interruptâ, capitulis ſolitariis, præterquam ultimo Tab. 33. fig. 10. *Carex minor, ſpicâ divulsâ, ſeu interruptâ Dill. Suppl. ad App. Flor. Giſſ.* 166. *Gramen Cyperoides, ſpicatum, minus, ſpicâ longâ, divulsâ, ſeu interruptâ Raii Hiſt.* 1297. *& Synopſ. ed.* 2. 269. *num.* 10. *& ed.* 3. 424. *num.* 10. In ſylvis apud nos, & ex Angliâ etiam habuimus.

5. Carex nemoroſa, fibroſâ radice, caule exquiſitè triangulari, ſpicâ longâ, divulsâ, ſeu interruptâ, capitulis omnibus ſolitariis Tab. 33. fig. 11. *Gramen Cyperoides, echinatâ, & rarâ ſpicâ, nemorum, minus Barr. Icon.* 20. *num.* 2. In ſylvis aucupariis Regii Viridarii *Boboli*, & alibi in agro Florentino.

6. Carex nemoroſa, fibroſâ radice, anguſtifolia, minima, caule exquiſitè triangulari, ſpicâ brevi, interruptâ Tab. 33. fig. 12. *Carex nemoroſâ, ſpicis parvis, aſperis Dill. Suppl. ad App. Flor. Giſſ.* 166. *Gramen Cyperoides, ſpicatum, minimum, ſpicâ divulsâ, aculeatâ Raii Hiſt.* 1298. *& Synopſ. ed.* 2. 269. *n.* 11. *& ed.* 3. 424. *n.* 12. *Scheuchz. Hiſt. Gram.* 485. *Gramen ſylvaticum, tertium Tabernæmontani, parvum, tenuifolium, cum ſpicâ aculeatâ I. B.* 2. 509. *Gramen nemoroſum, ſpicis parvis, aſperis C. B. Pin.* 7. *Theatr.* 100. Rara eſt admodum apud nos hujuſmodi planta, nam in udis circa Archicœnobium Vallis-Umbroſæ, & in rivulis per Lacûs Nigri Alpes dumtaxat invenimus; veruntamen ex amicorum noſtrorum munificentia e variis regionibus habuimus.

ORDO VI

I. *Capitulis ut in ordine antecedenti, ſed per faſciculos, ſeu partiales ſpicas* T, *in ſpicam, vel denſam* V, *vel laxam* X, *diſpoſitis.*

CAREX paluſtris, major, radice fibroſâ, caule exquiſitè triangulari, ſpicâ brevi, habitiori, compactâ. *Carex major, ſpicâ compactâ Flor. Jennenſ.* 306. *& Dill. Suppl. ad App. Flor. Giſſ.* 166. *Gramen Cyperoides, paluſtre, majus, ſpicâ compactâ C. B. Pin.* 6. *Theatr.* 87. *Raii Hiſt.* 1297. *& Synopſ. ed.* 2. 268. *& 3.* 423. *num.* 8. *Gramen paluſtre, Cyperoides Ger.* 19. *Gramen Cyperoides, paluſtre, majus Park. Theatr.* 1266. *Gramen paluſtre, Cyperoides Lob. Icon.* 19. In agro Florentino ſecus aquarum foveas, ac in humidis etiam vepretis.

Figura *Graminis Cyperoidis, paluſtris, triquetri, ſpicâ integrâ. I. B.* 2. 497. ob gracilium ejus partium tenuitatem potius ad primam, vel ad ſecundam, vel ad tertiam plantam Ordinis antecedentis, quam ad hanc Caricis ſpeciem pertinere videtur.

2. Carex paluſtris major, radice fibroſâ, caule exquiſitè triangulari, ſpicâ longâ, divulsâ, ſeu interruptâ Tab. 33. fig. 13. Cum ſuperiori ſimul exoritur, a quo in ſpicâ ſolum differt.

3. Carex paluſtris media, radice fibroſa, caule exquiſite triangulari, ſpicâ brevi, compactiori *Tab.* 33. *fig.* 14. *Gramen Cyperoides ſpicatum, minus Raii Hiſt.* 1297. *Synopſ. ed.* 2. 269. *n.* 9. *& ed.* 3. 424. *n.* 9. Londino a D. Sherardo miſſa, & apud nos creſcit etiam. Ex capitulorum diſpoſitione *a Gramine Cyperoidis, ſpicis minoribus, minùſque compactis C. B.* ſupradicto diverſa eſt.

ORDO VII

I. *Capitulis compactis* Y, *pulchellis, ima parte floriferis* BB.

CAREX Alpina, foliis Caryophylleis, caule concinnè triquetro, capitulis compactis, pulchellis, atris, & tumentibus, ſpicamque veluti componentibus, ac aliquibus pediculis inſidentibus. *Cyperoides Alpinum, pulchrum, foliis Caryophylleis,*

leis, ſpicis atris, & tumentibus Scheuchz. Iter Alp. 1709. *& Hiſt. Gram.* 481. *Tab. XI. fig.* 1. Ab Auctore habuimus, & in Monte Gottardo vidimus.

2. Carex anguſtifolia, caule triquetro, capitulis pulchellis, habitioribus, inter ſe diſtantibus, & in foliorum alis ſeſſilibus Tab. 33. fig. 15. Creſcit in agro Florentino, ſed rara.

3. Carex anguſtifolia, caule triquetro, capitulis pulchellis, ſtrigoſioribus, compactis, inter ſe diſtantibus, & in foliorum alis ſeſſilibus Tab. 33. fig. 16. *Cyperoides anguſtifolium, ſpicis ſeſſilibus in foliorum alis Inſt. R. H.* 530. *Scheuchz. Hiſt. Gram.* 483. *&* 428. *Gramen Cyperoides, anguſtifolium, ſpicis ſeſſilibus in foliorum alis Raii Hiſt.* 1295. *& Synopſ. ed.* 3. 424. *n.* 11. *Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 293. *Sect. VIII. Tab.* 12. *fig.* 3. *Cyperoides minimum Boëlii, tenuifolium, parvis per caulem diſtinctis torulis Lob. Ill.* 54. *Juncus parvus,* 1 *Caſalp. Hort. Sicc. pag.* 108. *num.* 276. In agro Florentino ad foſſas udas, ac umbroſas copioſa.

4. Carex fibratâ radice, anguſtifolia, caule exquiſitè triangulari, capitulis pulchellis, longioribus, & anguſtioribus, albicantibus, confertim naſcentibus Tab. 33. Fig. 17. Lucernâ a Domino Nicolao Langio tranſmiſſa.

5. Carex fibratâ radice, anguſtifolia, caule exquiſitè triangulari, capitulis pulchellis, albicantibus, paululum inter ſe diſtantibus Tab. 33. Fig. 18. *Gramen Cyperoides, paluſtre, elegans, ſpicâ compoſitâ, aſperiore Raii Synopſ. ed.* 2. 268. *num.* 6. *& ed.* 3. 423. *n.* 6. *& Petiv. Concord. Gram.* 180. *Gramen Cyperoides, ſpicis curtis, diviſis Flor. Pruſ.* 117. Londino a Domino Sherardo miſſa.

ORDO VIII

I. *Capitulis oblongis, anguſtis, non compactis* Z, *imâ parte floriferis, in glomeratam ſpicam a digeſtis,*

II. *Capſulis prælongis* b, *planis, in anguſtum, & complanatum collum, magis ab unâ, quam ab alterâ parte bifidum attenuatis.*

CAREX Bohemica, aquatica, annua, Cyperi facie, caule molli, exquiſitè triangulari, capitulis in glomeratam ſpicam digeſtis, capſulis lanceatis, quatuor lineas longis, anguſtis, marginatis, atque denticulatis, & in duas veluti ariſtas attenuatis Tab. 33. fig. 19. In Bohemiæ udis, & ad piſcinarum margines copioſa, videlicet eundo Pragâ Nacot.

Ad hoc genus forſan ſpectare videtur *Gramen montanum, Junceum, capite ſquamato C. B. Prodr.* 13. *& Theatr.* 80.

Carex dicitur fortè a Græco Κάρα, *vel* Κάρανον *caput, hinc* Κραναός *aſper, cum hæc planta ſit acuta, & aſpera in capite, ideſt cacumine.*

DISTRIBUTIO X.

Plantæ flore apetalo, monoſtemone, ſeu ſingulari ſtamine conſtante, ſterili, ac nudo, calyce ſcilicet deſtituto, cujus embryo abit in fructum multicapſularem.

ZANNICHELLIA.

Tab. 34. ZANNICHELLIA eſt plantæ genus, in aquis naſcens, flore apetalo, ſingulari ſtamine A, apice oblongo B, nunc bicapſulari C, nunc tricapſulari, & quadricapſulari D conſtante, ſed ſterili, & calyce carente. Embryo autem E vaſculo membranaceo F calycis vice veluti fungenti inſidet, abitque deinde in fru-

fructum G, & pluribus capsulis oblongis H, ex una parte gibbis I, altera verò æqualibus, vel introrsum aliquantulum excavatis K, compositum, in quibus includitur unicum tantum semen L, reniforme.

Corpora, seu clypeolos albos, & diaphanos, qui naturaliter summitati corniculorum embryonis M adhærescunt, quidam esse veros flores suspicantur, ut D. Pontèdera in sua Antologia Lib. 2. cap. 7. cujus rei nullum hactenus exemplum vidimus, quod hanc sententiam comprobet, scilicet florem esse a stamine disjunctum. Characterem hujus plantæ ostendit etiam D. Dillenius in Supplemento suæ Floræ Gissiens. pag. 165. sed de flore ne verbum quidem facit, & clypeolos tantum animadvertit.

Omnia quæ in ima parte Tabulæ sunt expressa, in majorem formam Microscopii usu redacta sunt.

Zannichelliæ species sunt.

1. Zannichellia palustris, major, foliis Gramineis, acutis, flore cum apice quadricapsulari, embryonis clypeolis integris, & vasculo non barbato, capsulis seminum ad costam dentatis Tab. 34. fig. 1. *Algoides vulgaris Comm. Acad. Reg. Sc. A.* 1719. *p.* 15. *T.* 1. *f.* 1. *Potamogeton capillaceus, capitulis ad alas trifidis C. B. Pin.* 193. *Prodr.* 101. *I. B.* 3. 779. *Raii Hist.* 190. *Potamogetoni affinis, Graminifolia, aquatica Ejusdem Raii Ibidem. Potamogeton omnium minimus, Graminis facie, capillaceus, siliculis curvulis, binis, ternis, dorso dentato H. Cath. & Raii Hist. Tom.* 3. 122. *Potamogetoni similis Graminifolia, ramosa, & ad genicula polyceratos Pluk. Alm.* 305. *Tab.* 102. *fig.* 7. *Aponogeton aquaticum, Graminifolium, staminibus singularibus Ponted. Antholog.* 117. *& Raii Synops. ed.* 3. 135. *Graminifolia Dill. Suppl. Flor. Giss.* 168. In fossis aquosis agri Florentini copiosa.

2. Zannichellia palustris, minor, foliis Gramineis, acutissimis, flore minimo, cum apice bicapsulari, embryonis clypeolis circumcrenatis, & vasculo barbato, capsulis seminum ad costam asperis Tab. 34. fig. 2. Circa Florentiam, non solum ubi antedicta, sed etiam in montanis scrobibus, ubi Rustici purgant columnas ligneas, præsertim in Cura Divi Martini ad Palmam.

D. Joannes Hieronymus Zannichellius, insignis Pharmacopœus Venetus, in cognitione plantarum, ceterarumque rerum naturalium apprimè versatus, in his perquirendis adeò diligens, ut nullis parcat sumptibus, & laboribus, nec ardua, & periculosa itinerum, quamvis ætate provectus pertimescat. Magnum viri studium Plantas præcipuè marinas, quæque in mari vivunt animantes indagandi nos equidem experti, & demirati sumus, præsertim quando in lustratione littorum, Insularumque Maris Hadriatici humanissimè nobis se comitem adjunxit. Extant ejus opera Laboratorium Zannichellianum Chymicum cum indice remediorum ad plures morbos curandos, editum Venetiis apud Antonium de Bartolis anno 1701. *in* 8. *Item de Ferro ejusque nivis præparatione disputatio Physico-Chymica: Ibidem anno* 1713. *in* 8. *Item de Myriophyllo pelagico, aliaque Plantula marina anonyma: Ibidem* 1714. *in* 8. *Item de Lithographia duorum montium Veronensium Epistola: Venetiis* 1721. *Apud Josephum Corona in* 8. *Ulteriùs ibidem apud eumdem de quodam Insecto aquatili Epistola* 1727. *in* 8. *Item de Rusco, ejusque medicamentosa præparatione apud Bonifacium Viezzerum eodem anno in* 8. *Præterea, cum nihil intentatum relinquat, ut quod est in arcanis Naturæ detegat, & assequatur, alia opera singulari eruditione referta, brevi in lucem proditura expectamus, præsertim Catalogum Plantarum, quæ in Insulis circa Venetias nascuntur, & varia Itinera Alpina.*

DI-

DISTRIBUTIO XI.

Plantæ flore apetalo, aſtemone, ſeu apode, apice, aut potius capſulâ ſingulari conſtante, ſed ſterili, cujus embryo abit in fructum multicapſularem.

BUCCAFERREA.

Tab. 35. BUccaferrea eſt plantæ genus, in aquis naſcens, flore apetalo, ſingulari ſcilicet apice A reniformi, & bivalvi B conſtante, ſed ſterili, & nullo pediculo fulto, in ſpicatum, & diſtichum agmen C veluti diſpoſito. Embryo autem D ab ipſo nonnullorum exortu florum E exit, deinde abit in fructum ex pluribus capſulis F compoſitum, pediculis longis inſidentibus G, ac caput Aviculæ æmulantibus, quibus continetur unicum tantùm, & ſubrotundum ſemen H.

Buccaferreæ ſpecies ſunt.

1. Buccaferrea maritima, foliis acutiſſimis. *Corallina Feniculi folio breviori Inſt. R. H.* 571. *Fucus Ferulaceus Lob. Icon.* 255. *Fucus Folliculaceus, Feniculi folio longiore C. B. Pin.* 365. *Gramen maritimum, fluitans, cornutum Ejusdem Prodr.* 7. *Gramen aquæ innatans cum utriculis, ſeu Feniculacea marina I. B.* 3. 784. *Potamogeton maritimus, puſillus, alter, ſeminibus ſingulis longis pediculis inſidentibus Ejuſdem Synopſ. ed.* 2. 62., *&* 3. 134. *Tab. VI. Pluk. Phytograph. Tab.* 248. *fig.* 4. *Potamogeton maritimus, Gramineus, longioribus foliis, fructu ferè umbellato Pluk. Alm.* 305. In foſſis maritimis circa Viam Regiam, vulgò *Viareggio*, & ex Angliâ a D. Sherardo etiam miſſa.

2. Buccaferrea maritima, foliis minus acutis Tab. 35. In foſſis paludoſis ſalinæ Capitis Iſtriæ.

Buccaferrea ab Illuſtriſſimo Domino Comite Camillo Antonio Buccaferro Patritio, ac Senatore Bononienſi; omnium bonarum artium cultore, & fautore eximio.

Decimæ ſextæ Claſſi addenda, quæ ſequuntur.

ETſi Tournefortius decimæ ſextæ Claſſi nullum tribuat florem, neque florem, neque ſemen tribuat ſequenti; attamen pro certiſſimo habemus non ſolum plantas in decima ſexta Claſſe contentas florem proferre, verum etiam in decima ſeptima comprehenſas flore, & ſemine præditas eſſe, quemadmodum & omnes alias a natura productas, itaut nullam omnino exiſtere plantam ſine flore, & ſemine credamus. Et quamvis inter veteres & recentiores (ne eos quidem qui noſtris temporibus clarent excipiendo) non nemo ſit, qui dicat plantas flore, & ſemine viduas reperiri; hoc evenit, quia accuratè haſce notas non exquiſiverunt, vel tanta fuit aliquarum exiguitas, ut facile oculorum aciem effugerint; eo magis quia in quibusdam adeo perſpicax non eſt, ut ope etiam Microſcopii adjuta, minutiſſima quæque aſſequi poſſit. Ad hæc nimium inſolens hujuſmodi florum, vel ſeminum forma in cauſa fuit, cur minimè ſit animadverſa, neque florum, aut ſeminum ſpeciem preſeferre, atque eorum officio fungi credita ſit, ut exempli gratia in ~~Lichenis~~ floribus contigit. Ad noſtræ ſententiæ confirmationem, nempe omnem plantam flore, & ſemine præditam eſſe, non verborum copia opus eſt, ſed ſola ſufficit demonſtratio quorundam paucorum florum, & ſeminum, ac præcipue plantarum illarum, quæ non ſolum a nonnullis iis orbatæ cenſentur, verum nec ut plantæ quidem conſiderantur, ſed caſu, aut alia ridicula causâ productæ exiſtiman-

ſtimantur, quarum in numero Fungi, Tubera, Mucores, & cetera his affinia ab iis ponuntur. Quamobrem cum contigerit nobis detegere in nonnullis generibus Claſſium ſupraſcriptarum, atque in aliis a nobis excogitatis ad easdem Claſſes pertinentibus id, quod vulgus adhuc ignorat, & quod tamen nos ſemper credidimus ita ſe habere, nempe decimæ ſextæ Claſſis flores, & decimæ ſeptimæ flores & ſemina, aggreſſi ſumus ea ſub prædictis generibus exhibere, ſimulque exactiorem, & accuratiorem ſpecierum, quæ proxime memoratis generibus ſubjiciuntur, diſtributionem tradere. Verum quidem eſt non in omnibus hujuſmodi generibus flores nobis videre contigiſſe, ſicut ſemina vidimus. Veruntamen ob affinitatem, & ſimilitudinem, quæ inter aliquos decimæ ſextæ, & decimæ ſeptimæ Claſſis flores intercedit, dubium ſuboritur, utrum ſinguli in ſuis Claſſibus relinquendi, & confirmandi ſint, an potius ad unam, eamdemque Claſſem omnes redigendi. Sed nobis in ſecunda hujus Operis parte, ubi agemus de plantis Submarinis, & Capillaribus, Muſciſque terreſtribus, opportunior hujuſce dubitationis decernendæ dabitur occaſio.

In antecedenti pagina ad lineam decimam quartam Claſſis decimæ ſextæ, ubi ſcriptum eſt, in Lichenis floribus, emenda, in plantarum capillarium floribus.

DISTRIBUTIO I.

Plantæ plerumque cruſtaceæ, ſubſtantia vel coriacea, vel farinacea, vel gelatinoſa, vel tartarea, floribus apetalis nudis a ſemine ſejunctis.

LICHEN.

Lichen eſt plantæ genus, flore apetalo non eamdem plane figuram in omnibus adepto, nam in nonnullis eſt orbiculatus (Tab. 36. A, & Tab. 48. A), in aliis ſphæroides (Tab. 36. B, & Tab. 52. L), in aliis teſticulatus (Tab. 36. C, & Tab. 52. D), in quibusdam clavatus (Tab. 36. D, & Tab. 59. D), in aliquibus tandem Erinaceorum aculeos referens, itemque nodoſus (Tab. 36. E, & Tab. 51. F). Omnes hi flores ſunt ſteriles, & nudi; ſcilicet calyce, piſtillo, atque ſtaminibus deſtituti. Ex his quidam infiguntur in receptaculis ſolidis (Tab. 36. F. G, & Tab. 52 E. M), vel planis (Tab. 36. H), vel cavis (Tab. 36. I), vel convexis (Tab. 36. K), vel rotundis (Tab. 36. L, & (Tab. 59. A). Quidam reconduntur, ut plurimum, una cum maſſa gelatinoſa (Tab. 37. M, & Tab. 54. B.K) in cavitate receptaculi (Tab. 37. N, & Tab. 54. C.L), vel ſphærici (Tab. 37. O, & Tab. 54. D. M), vel pyramidati (Tab. 37. P, & Tab. 54. N), vel tranſverſe oblongi non ramoſi (Tab. 37. Q, & Tab. 54. O), vel tranſverſe oblongi ramoſi (Tab. 37. R. & Tab. 56. G). In utriuſque vero generis receptaculis, ſolidis nempe, & cavis, flores vel ſingillatim diſponuntur (Tab. 36. G, & Tab. 52. M), vel in linea ſibi incumbunt (Tab. 36. F, & Tab. 52. E. F). Semina autem videre eſt inter ſe nexa, vel in filamenta ſimplicia, aut multifida diſpoſita (Tab. 37. S), vel quaſi in racemum, aut corymbum aggeſta (Tab. 37. T. V). Aliquando in plantis floriferis, ſeu feminis (Tab. 47. 48. & 49.); interdum in non floriferis, ſeu maribus (Tab. 46. A): tum in peculiaribus locis, veluti in eadem Tab. ſub litera B, & in Tab. 50. B.C.E.F.G.H; tum per totam plantarum ſuperficiem, ut in Tab. 53. fig. 4. reperiuntur. Quæ quidem omnia, dum ſingulos ordines recenſebimus, melius patebunt.

Difficile quidem, ac periculoſum eſt hujus generis plantas exacte diſtribuere; tum quod raro admodum inveniantur omnino perfectæ, flore ſcilicet, ſemine-

que ornatæ; tum quod ex iis aliquæ ſint adeo parvæ, ut neque microſcopio inſpectæ ſtructura earum ne dum flores deprehendi queant; ideoque de illis floribus in diſtributione ipſarum plantarum nullam mentionem facimus. Eas tamen in octo, & triginta ordines diſtribuimus diſtinctos ex diverſa earum forma, & conſtitutione, varietateque receptaculorum florum, & ſeminum, atque utrorumque ſitu; tum ut ſingulæ facilius dignoſcantur; tum quia luculentius hoc modo oſtendi poteſt in unaquaque locus, ubi reperiuntur flores, & ſemina, ex quibus rebus ſententia noſtra firmatur, quam modo expoſuimus; omnes nempe cujuſcumque generis plantas & flore, & ſemine præditas eſſe. Flores hujuſmodi fortaſſe ſunt ea corpora, quæ Auctor Inſtitutionis Rei Herbariæ pag. 548. ſemina vocat, & quæ Auctor Catalogi Giſſienſis pag. 201. fruſtra quæſiviſſe ait. Rationes, quæ nos cogunt, ut ſupradicta corpora flores appellemus, & non ſemina ſunt hæ: Prima eſt affinitas, quam habent cum floribus Muſcorum, quemadmodum in Tab. 59. ſub literis A. B. C. D. videre eſt. Altera, quod in quibusdam ex his non obſervatur ſubſtantia ſeminalis, quia apparent aëre ſolummodo repleti, veluti illi Lichenoidum (Tab. 56. A. B). Tertia, quia genuina ſemina a nobis obſervata germinare, & incrementum capeſſere deprehendimus, ut oſtendimus in Tab. 41. tum ſuper lapillum Q, tum in tubi dorſo R, quod quidem in prædictis floribus accidere non vidimus. Si quis curioſus hujuſmodi flores cognoſcere cupiat, auxilio microſcopii optimi indiget, licet in quibusdam plantarum ſpeciebus nudis oculis fere poſſint videri, ut in *Lichene latifolio, ramoſo, minore, hirſuto Inſt. R. H.* dummodo ad perfectam maturitatem ſint perducti. Flores vero, qui microſcopii operam requirunt, hoc modo facile videri poterunt: ſi accipiatur caro, vel callum, ſeu pars interior receptaculorum florum, eaque dividatur a ſuperficie ad centrum in partes tenuiſſimas, & diaphanas, veluti in Tab. 52. ad literam G apparet; quæ aliquantulum madefactæ talci, aut vitri laminis applicentur, & microſcopio objectæ, ut fieri ſolet, luci exponantur. Qui vero flores extra callum velit intueri, callum ipſum comprimat, & quodammodo ſubigat, ut flores erumpant, ac ſegregentur; inde ſe gerat, ut ſupra monuimus. Flores autem, qui ſunt in cavitate receptaculorum ſphæricorum conſpicui fient, ſi maſſa gelatinoſa (Tab. 37. M, & Tab. 54. B. K) prius madefacta talchum illinatur, aut potius maſſa ſuper eumdem comprimatur, & extendatur, eodemque modo per microſcopium, ut ſupra diximus, obſerventur.

ORDO I.

Tab. 36. I. *Lichenes non cruſtacei, erecti, vel penduli.*

II. *Flores in receptaculis planis* H, *cavis* I, *convexis* K, *& ſphæricis* L.

III. *Receptacula florum in una* M, *vel in utraque parte* N, *vel ad extremitatem* O *plantarum poſita.*

IV. *Semina ſubhirſuta* (*Tab.* 37. T), *vel in peculiaribus ſcrobiculis* X, *vel in tuberculis* Y, *vel ſub omnium foliorum cute* Z *enaſcentia.*

LICHEN Pulmonarius, rufeſcens, durior, in amplas lacinias diviſus (Tab. 36. fig. 1.) Inſt. R. H. 549. *Lichen arboreus, cinereus, πλατύφυλλος, cornucopioides Ponted. Comp. Tab.* 21. *Lichenoides arboreum, ramoſum, ſcutellatum, majus, & rigidius, colore vireſcente Dill. Cat. Giſs.* 207. *Raii Synopſ. ed.* 3. 75. *num.* 79. *An Lichen arborum Tabern. Icon.* 813? In arborum ſtipitibus locis montoſis, ut plurimum apud nos, & e Lutetia Pariſiorum, & e Patavio poſsidemus.

2. Lichen Pulmonarius, cinereus, mollior, in amplas lacinias diviſus Inſt. R. H. 549. Tab. 325. A. *Lichen cinereus, Lactucæ folio Elem. Bot.* 438. *& Bot. Pariſ.* 115. D. Vaillantius miſit, & in maritimis noſtratibus non ſemel vidimus.

3. Li-

3. Lichen cinereus, latifolius, ramoſus Inſt. R. H. 550. Bot. Pariſ. 115. Tab. XX. fig. 11. *Lichenoides arborum, ramoſum, anguſtioribus cinereo-vireſcentibus ramulis Raii Synopſ. ed.* 3. 75. *num.* 81. *Muſcus alter, Quernus, latifolius, Coralloides,* ἄρυμον *Col. Part.* 1. 335. In omnibus arboribus occurrit in Etruria.

4. Lichen cinereus, anguſtior, ſcutis [ſcrobiculis ſeminalibus potius] in marginibus ſegmentorum Bot. Pariſ. 115. *Lichen Pulmonarius, arboreus, anguſtifolius, ſcutis in marginibus foliorum Ejusdem Tab. XX. fig.* 14. *Lichenoides arborum, ramoſum, cinereo-vireſcens, ſegmentis anguſtioribus, circa margines criſpis Raii Synopſ. ed.* 3. 76. *num.* 84. In iisdem fere locis cum duobus antecedentibus.

5. Lichen Pulmonarius, Alpinus, cinereus, durus, creberrime divariegatus, receptaculis florum rufeſcentibus Tab. 36. fig. 2. In Abietum, & Fagorum ramis circa Vallis-Umbroſæ Cœnobium, atque Camaldulenſem Eremum.

6. Lichen Pulmonarius, Alpinus, cinereus, durior, ſegmentis crebris ad extremitatem tenuiſſime diviſis. Alpinus eſt, ſed ubi inveniatur, nunc non recordamur.

7. Lichen Pulmonarius, mollior, cinereo-rufeſcens, ſegmentis latioribus, receptaculis florum peramplis. In Oſtienſi litore, & præcipue circa Tyberis fauces ſuper neglectas arbores.

8. Lichen Pulmonarius, cinereus, mollior, ſegmentis latioribus, varie diviſis, receptaculis florum rufeſcentibus. Ad Ilices, Subera, & Cerros per ſylvas Piſas inter, & Liburnum, atque inter Piſas, & Petram Sanctam.

9. Lichen Pulmonarius, mollior, dichotomos, ſuperne cinereus, inferne albus, receptaculis florum interna parte ferrugineis Tab. 36. fig. 3. *Lichen cinereus, vulgatiſſimus, cornua Damæ referens Bot. Pariſ.* 115. *Lichen, qui Muſcus arboreus, ramoſus Bot. Pariſ. Tab. XX. fig.* 11. *I. B.* 3. 764. *Lichenoides arboreum, ramoſum, majus, & mollius, colore candicante Raii Synopſ. ed.* 3. 75. *num.* 80. In arboribus, locis plerumque montuoſis, copioſiſſimus apud nos: florentem vero unicam dumtaxat plantam comperimus.

Icon *Algæ tinctoriæ I. B.* 3. 796. hujus plantæ imaginem adamuſſim repræſentat.

10. Lichen cinereus, ramoſus, verrucoſus Bot. Pariſ. Tab. XX. fig. 13. In Laci nigri Alpibus ad Abietes. Varietate potius, quam ſpecie a præcedenti diſtinctus.

11. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, cinereus, criſpus, varie diviſus. In muris Alti Paſſi, vulgò *la Fattoria dell' Alto Paſcio* ad Septemtrionem, nec non in ſaxoſis locis, in agro dicto *la Fattoria delle Gineſtre*.

12. Lichen Pulmonarius, minimus, ſubluteus, receptaculis florum coronatis, Mali Aurantii coloris Tab. 36. fig. 4. In Abietibus Montis Sinarii, & Regiæ Villæ Pratolini, ſicuti in *Boboli* Viridario ad Pyros, tum in loco dicto *i Razzeruoli*, tum per areas ubi culinares plantæ coluntur.

ORDO II.

III. *Receptacula florum ad foliorum extremitatem locata* A.
IV. *Semina in filamenta, plerumque multifida diſpoſita* (*Tab.* 37. S), *& ad margines* B, *vel e ſuprema planta ſuperficie* C *erumpentia*. *Tab.* 37.

LICHEN Alpinus, membranaceus, elegans, in amplas lacinias diviſus, inferne albus, ſuperne e glauco ſubvireſcens, receptaculis florum amplioribus, interna parte fuſcis Tab. 37. In Alpibus Etruriæ occurrit ad Fagos, & Abietes, videlicet juxta Abbatiam Vallis-Umbroſæ, & Camaldulenſem Eremum.

ORDO III.

Tab. 38. III. *Receptacula florum in utraque plantæ parte ſita* A. B.
IV. *Semina* . . . . . .

LICHEN terreſtris, membranaceus, mollior, fuſcus, receptaculis florum ſordide rubris, perexiguis Tab. 38. *Lichen terreſtris, minimus, fuſcus Bot. Pariſ. Tab. XXI. Fig.* 15. *Muſco-Fungus terreſtris, minor, fuſcus, foliis e latitudine crenatis, Muſco innaſcens Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 632. *num.* 4. *Sect. VIII. Tab.* 7. *fig.* 4. In collibus ſterilioribus inter Muſcos, & Gramina creſcit, nec non in ſylvis ad arbores, ſed rarus.

Planta hæc variæ eſt magnitudinis, & denſitatis, aliquando major eſt, & laxa, ideoque inter Iconem noſtram, & propoſitam in Botanico Pariſienſi aliquam notavimus differentiam; verum quidem eſt noſtram a pictore paululum ampliatam eſſe. Præterea apud eumdem Auctorem pag. 144. num. 5. ſub Noſtoci nomine indigitatur: cur vero unica planta in eodem opere diverſis locis, & generibus reponatur, non intelligimus, atque eo magis, quia dicta planta procul dubio ad hoc genus ſpectat.

ORDO IV.

Tab. 38. III. *Receptacula florum in una tantum foliorum parte* C. D *locata.*
IV. *Semina in filamenta ſimplicia diſpoſita* [*Tab.* 37. S], *quæ per totam foliorum ſuperficiem* E *crebra naſcuntur.*

LICHEN Alpinus, cornua Cervi referens, ſubtus anthracinus, deſuper cinereus, receptaculis florum amplioribus, intus fuſcis Tab. 38. fig. 1. In Abietibus, & Fagis Abbatiæ Vallis-Umbroſæ, aliiſque ſimilibus locis, ſed rarus.

2. Lichen maritimus, albus, ſubhirſutus, cornua Damæ referens, receptaculis florum interna parte flaveſcentibus Tab. 38. fig. 2. In litore Oſtienſi in ſylveſtrium Prunorum ramis, & caudicibus.

3. Lichen maritimus, albidus, anguſtior, receptaculis florum nigricantibus Tab. 38. fig. 3. In eodem loco, ut & circa Venetias, in Inſula, vulgò *i Tre Porti.*

Secundæ, & Tertiæ ſpeciei ſemina non vidimus adhuc, attamen propter earumdem ſtructuram in hoc ordine repoſuimus.

ORDO V.

Tab. 39. I. *Lichenes ut plurimum teretes, non tubulati* A, *erecti* B, *vel penduli* C.
III. *Receptacula florum ſecundum cauliculorum longitudinem* D, *vel in eorum extremitate locata* E.
IV. *Semina, vel ſubhirſuta, & inter ſe connexa* [*Tab.* 37. T], *in peculiaribus locis* F, *vel lævia, & in filamenta ſimplicia, aut multifida* [*Tab.* 37. S] *per totam plantarum ſuperficiem* G *diſpoſita.*

Plantæ hoc ordine comprehenſæ propter ſitum receptaculorum florum, & ſeminum formam pluribus ordinibus diſtinguendæ fortaſſe forent, ſed quoniam in omnibus illa obſervare nobis non contigit, idcirco unum tantum ordinem earum conſtituimus; excludentes tamen, & ad ordinem XXXVIII. referentes *Lichenoides non tubuloſum, ramulis ſcutellis nigris terminatis Raii Synopſ. ed.* 3. 66. *num.* 13. cum in capſulas ſphæricas H potius, quam in ſcutellas deſinat, quæ per rimulas I tantum dehiſcunt.

LICHEN nodoſus, cinereus, longiſſimus, receptaculis florum rufeſcentibus Tab. 39. fig. 1. *Muſcus arboreus, nodoſus C. B. Pin.* 361. *Raii Synopſ. ed.* 3. 65. *num.* 4. *Dendrobryon geniculatum, ſive nodoſum Col. Part.* 2. 84. Circa Archicœnobium Vallis-Umbroſæ, & Camaldulenſem Eremum, in Abietibus.

2. Li-

2. Lichen longiſſimus, ex cinereo candicans, rugoſus, & mollior, receptaculis florum rufeſcentibus Tab. 39. fig. 2. *Muſcus arboreus, candidus, Uſnea officinarum C. B. Pin. 361. Variet.* In Alpibus Camaldulenſibus, Falteronæ, & Laci Nigri, ex Fago, & Abiete pendens.

3. Lichen longiſſimus, ex cinereo candicans, rugoſus, & mollior, alter. In Alpibus Stiriæ ad arbores.

4. Lichen ex cinereo candicans, longiſſimus, ſurculis rigidioribus, receptaculis florum rufeſcentibus Tab. 39. fig. 4. *An Muſcus caule rigido, inſtar fili chalybei Met. Pin. & Raii Synopſ. ed. 3. 65. num. 2?* Ubi numero ſecundo reperitur.

5. Lichen luteus, rugoſus, tinctorius, ſurculis brevioribus. Simul cum numero tertio creſcit, ac reperitur.

6. Lichen cinereus, longiſſimus, rugoſus, junceus, & ſubaſper Tab. 39. fig. 3. In Abietibus juxta Vallis-Umbroſæ Cœnobium.

7. Lichen capillaceus, longiſſimus, ſive Muſcus arboreus, nigricans, Uſnea officinarum C. B. Pin. 361. Variet. *Muſcus niger Dod. Pempt. 471. Muſco-Fungus trichoides, e nigredine cinereus, jubæ inſtar ſaxis, & arboribus dependens D. Rychardſon Mor. Hiſt. Oxon. Part. 3. 633. num. 15. Muſcus Corallinus, ſaxatilis, Feniculaceus Muſ. Petiv. num. 78. Raii Synopſ. ed. 2. App. 322. & ed. 3. 65. numer. 7.* In Abietibus, non longe ab Oppido, vulgò *Fiumalbo*, nec non in Cluſentini tractu ad Caſtaneas, ſed rarus.

8. Lichen capillaceus, longiſſimus, ex Fago, & Abiete pendens Coroll. 40. *Muſcus arboreus, villoſus, magis tenuis I. B. 2. 763. Deſcript. An Muſco-Fungus arboreus, Norvegus, cinereus, foliis capillaceis, tenuiſſimis Mor. Hiſt. Oxon. Part. 3. 635. num. 15?* Lutetia Pariſiorum D. Vaillantius miſit.

9. Lichen cinereus, longiſſimus, barbatus, receptaculis florum rufeſcentibus, coronatis. *An Muſcus arboreus, villoſus, craſſior I. B. 3. 763. Deſcript.?* In Falteronæ jugo, circa Camaldulenſem Eremum, & Vallis-Umbroſæ Cœnobium in Fagis, & Abietibus.

10. Lichen purpuraſcens, Luſitanicus, capillaceo folio, major Inſt. R. H. 550. *An Muſcus arboreus, rutilans, Uſnea officinarum C. B. Pin. 361. Variet.?* Pariſiis ab eodem amico miſſus.

11. Lichen capillaceus, ex cinereo rutilans, receptaculis florum ſubcinereis, & barbatis Tab. 39. fig. 5. *An Muſcus arboreus, rutilans, Uſnea officinarum C. B. Pin. 361. Variet.?* In glandiferarum arborum caudicibus ubique apud nos, ſed cum receptaculis florum inter Liburnum, & Vallem Benedictam, ad Subera dumtaxat legitur.

Muſcus arboreus, trichophyllos, major, ramulis, craſſioribus Raii Synopſ. ed. 2. 340. ob ſpeciminis exiguitatem a Domino Sherardo ad nos tranſmiſſi, utrum ad nonam ſpeciem, vel ad hanc pertineat, ut nos ſuſpicamur, decernere arduum eſt.

12. Lichen capillaceus, ex cinereo-rutilans, tuberculis rufeſcentibus undique obſitus. In ſepiariis plantis, paulo ante planitiem Montis Ferrati, duobus milliaribus ultra Urbem Prati.

13. Lichen cinereus, capillaceo folio, minor Inſt. R. H. 550. *Muſcus arboreus, cum orbiculis C. B. Pin. 361. Muſcus arboreus, peltatus, & ſcutellatus I. B. 3. 764. Muſcus Quernus, fruticoſus,* πτυχόφυλλον *Col. Part. 1. 331.* Per Hirciniam Sylvam paſſim vidimus, & ſubinde in nonnullis Italiæ ſylvis, ſed cum receptaculis florum rarus invenitur. Totus cinereus eſt, ideoque a ſupradicto facile diſtinguitur.

14. Lichen Græcus, Polypoides, tinctorius, ſaxatilis Coroll. 40. *Lichenoides non tubuloſum,* πλατυδασύφυλλον, *tuberculis pulverulentis donatum Raii Synopſ. ed. 3. 66. num. 12. Fucus verrucoſus, tinctorius I. B. 3. 797. Inſt. R. H. 568. Fucus verrucoſus Imper. 650. An Muſcus ſaxatilis, incanus Bocc. Muſ. Part. 2. 133. Tab. 92.*

Tab. 92.? In Insulis nostris, præcipue in Ilva, & Gorgona reperitur, & Londino, & Lutetia Parisiorum etiam ad nos missus.

Variat aliquando ramulis teretibus, interdum nonnihil compressis, item crassioribus, & tenuioribus, quare non immerito ad hanc plantam reduci potest *Fucus capillaceus, tinctorius I. B.* 3. 796.

Infectores nostri hanc Plantam appellant vernaculo nomine *Roccella*, vel *Orcella*, vel *Raspa*, ejusque ope sericum, & lanam, non solum peculiari quodam colore subpurpureo imbuunt, quem Columbinum vocant, ob similitudinem cum collo Columbino, sed etiam aliis compositionibus admiscent, ut diversos colores efficiant. Præparant vero illam hoc modo Plantam in pulverem adeo tenuem reducunt, ut per cerniculum facillimè trajiciatur; deinde vetere maris urina (nam mulieris pernicioſa habetur) leviter illam irrorant vase ligneo contentam, & semel in die agitant; atque eodem tempore in eam demittunt aliquantulum cineris ex Soda, donec expleto opere, ejus quantitas singulis diebus immissa ad quantitatem pulveris sit in ratione 1. ad 12. sive plus, sive minus, prout planta est magis crassa, vel tenuis, vel recens, vel vetus, idque fit donec totum compositum prædictum colorem columbinum exhibeat; postea ligneo doliolo reponunt, & urinam, vel lixiviam calcis, aut gypsi, quo dealbantur parietes, superinfundunt, ut tota quantitas contegatur, & ad usum servant. Compositionem hanc vocant *Oricello*, forte a nomine plantæ Roccellæ. Suspicari subit nonnullas hujus generis plantas eodem, vel alio modo præparatas, eumdem colorem, vel alium præbere posse. Quod nunc innuisse sufficiat, ut instituta experimenta ad has cognitiones deducant.

15. Lichen saxatilis, Italicus, Polypoides, cinereo-fuscus, crispus. *An Muscus saxatilis, incanus Bocc. Musc. Part.* 2. 133. *Tab.* 92? In mœniis Romæ Urbis, & præsertim in interiori parte inter Portam S. Joannis, & S. Laurentii, reperitur etiam in externis Ostiensibus mœniis ad Septemtrionem.

16. Lichen terrestris, fuscus, hirsutie asperus, receptaculis florum atro-rufis, coronatis Tab. 39. fig. 7. In ericetis Plebaniæ Juguli, atque Imprunetæ, Florentia non procul.

17. Lichen terrestris, angustior, ramosissimus, fuscus Bot. Paris. 115. num. 7. *Muscus montanus, fuscus, ramosissimus, non tubulatus Ejusdem Tab. XXVI. fig.* 8. *Raii Synops. ed.* 2. 21. *num.* 7. *Lichenoides non tubulosum, ramosissimum, fruticuli specie, rufo-nigrescens Dill. Cat. Giss.* 202. *Raii Synops. ed.* 3. 66. *num.* 10. Londino, & Lutetia Parisiorum ad nos transmissus.

18. Lichen terrestris, atro-fuscus, minor, ramosior, ac rigidior, & veluti aculeatus. In summitate Montis Murelli tempore brumali.

19. Lichen Alpinus, Coralloides, cinereus, dichotomos, dense ramificatus, apicibus vix bifidis. Circa Eremum Camaldulensem, & Vallis-Umbrosæ Cœnobium.

20. Lichen cinereus, fruticosus, saxatilis, racemulis seminum undique obductus, receptaculis florum nigricantibus Tab. 53. fig. 5. *Lichenoides non tubulosum, cinereum, ramosum, totum incrustatum Raii Synops. ed.* 3. 66. *num.* 11. *Musco-Fungus Coralloides, fruticosior, & lignosior Mor. Hist. Oxon. Part.* 3. 633. *num.* 12. *sect. XV. Tab.* 7. *fig.* 12. In Italia numquam vidimus, sed ex Anglia tantum possidemus.

21. Lichen saxatilis, cinereus, fruticosus, ramulis habitioribus, minus ramosis, racemulis seminum undique, & dense refertis, receptaculis florum nigricantibus Tab. 53. fig. 6. In Monte Arcis Radicofani copiose crescit ad Orientem super ingentia, & deusta saxa, præsertim paulo supra fontem, vulgò *Antese*.

22. Lichen Alpinus, glaucus, ramosus, botryoides (Tab. 53. fig. 7.) Scheuchz. Observat. Bot. Itin. Alp. 2. ed. Londini pag. 64. Tab. XIX. n. 4. *An Muscus Cupressiformis, ramosus Flor. Prus.* 168. *num. CDLX. Icon.* 48.? Ex liberalitate Domini Joannis Scheuchzerii possidemus.

23. Lichen terrestris, fruticosus, cinereus, minimus Tab. 53. fig. 8. In antiquis murorum fissuris, nec non in saxorum cavernis, locis montuosis, ut plurimum apud nos.

24. Li-

24. Lichen ſaxatilis, minimus, nigerrimus, capillaceus. *An Biſſus petrea, nigerrima D. Richard. Raii Synopſ. ed.* 3. 57. *num.* 8? In Monte Feſulano, & in collibus inter Eccleſiam Caſiniani, & Juguli Plebaniam.

25. Lichen arborum nigerrimus, vix conſpicuus. In rimis arborum corticum, & præcipue Populi nigri.

ORDO VI.

I. *Lichenes fruticoſi, teretes, tubulati* A, *Corallio æmuli.*
III. *Receptacula florum in ramulorum apicibus* B.
IV. *Semina ſubhirſuta plerumque ſimul juncta* (*Tab.* 37. T) *ob totam plantarum cutis ſolutionem* C *provenientia.*

Tab. 40.

LICHEN Coralloides, tubuloſus, major, candidus, ramoſiſſimus, receptaculis, florum rufeſcentibus, perexiguis Tab. 40. fig. 1. *Lichenoides tubuloſum, ramoſiſſimum, fruticuli ſpecie, candicans Dill. Cat. Giſſ.* 202. *Raii Synopſ. ed.* 3. 66. *numer.* 14. *Coralloides corniculis candidiſſimis Inſt. R. H.* 565. *Muſcus Coralloides, ſive cornutus, montanus C. B. Pin.* 361. *Muſcus Corallinus, ſive Corallina montana Tabern. Icon.* 810. In ſylvis, & ericetis montoſis paſſim apud nos.

2. Lichen Coralloides, tubuloſus, medius, cinereus, caulibus craſſioribus denſe ramificatis, receptaculis florum rufeſcentibus. In iisdem locis cum antecedente reperitur.

3. Lichen Coralloides, tubuloſus, Alpinus, medius, cinereus, caulibus craſſioribus plerumque folioſis, breviſſime ramificatis, receptaculis florum rufeſcentibus, perexiguis, ramulorum apicibus & caulicum dorſo, atque foliorum ſuperficie naſcentibus. In Falteronæ jugo.

4. Lichen Coralloides, tubuloſus, medius, cinereus, caulibus tenujoribus, crebris, ramoſiſſimis, ramulis expanſis, receptaculis florum rufeſcentibus. Per planiciem, vulgò *Scandicci* in Caſtaneto nuncupato *la Palina del Sig. Cav. D. Giovanni de Dios Narvaez Saavedra.*

5. Lichen Coralloides, tubuloſus, medius, cinereo-candicans, caulibus crebris, tenujoribus, minus ramoſis, receptaculis florum rufeſcentibus. *Lichen terreſtris, candidus, tubuloſus, & ramoſus Ponted. Compend. Tabul.* 22. *num.* 4. *Muſcus Coralloides Barr. Icon.* 1277. *num.* 2. *An Muſcus terreſtris, Coralloides, erectus, cornibus rufeſcentibus C. B. Pin.* 361. *Prodr.* 152. Cum prima, & ſecunda ſpecie oritur.

6. Lichen Coralloides, tubuloſus, albidus, major, & mollior, caulibus craſſioribus, minus ramoſis, receptaculis florum perexiguis, rufeſcentibus Tab. 40. fig. 2. *Lichenoides tubuloſum, caulibus mollioribus, & craſſioribus, majus Raii Synopſ. ed.* 3. 67. *num.* 20. *Muſco-Fungus ceranoides, mollior, & elatior, albidus, tubuloſus Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 633. *Sect. XV. Tab.* 7. *fig.* 7. *Coralloides tubuloſa, ramulis craſſioribus Bot. Pariſ.* 42. *num.* 5. Londino, & Lutetia Pariſiorum ad nos miſſus.

7. Lichen Coralloides, tubuloſus, albidus, minor, & mollior, caulibus craſſioribus, minus ramoſis, receptaculis florum perexiguis, rufeſcentibus. *Lichenoides tubuloſum, caulibus mollioribus, & craſſioribus, minus Raii Synopſ. ed.* 3. 67. *num.* 21. D. Sherardus Londino miſit.

8. Lichen Coralloides, tubuloſus, major, ex cinereo-fuſco vireſcens, caulibus craſſioribus, & durioribus, minus ramoſis, extremitatibus palmatis, receptaculis florum exiguis, rufeſcentibus Tab. 40. fig. 3. *Coralloides cornua Cervi referens, corniculis brevioribus Inſt. R. H.* 565. *Muſcus Coralloides, ſaxatilis, Cervi cornua referens C. B. Pin.* 361. *Lithobryon Coralloides Col. Part.* 2. 82. In collibus prope Florentiam, & in Urbe per viridarium *Boboli*.

9. Li-

9. Lichen Coralloides, tubulosus, Alpinus, major, & durior, ex cinereo virescens, caulibus primariis nonnihil compressis, ab imo ad summum in ramulorum apicibus receptaculis florum perexiguis, ac rufescentibus ornatis. In Falteronæ, & Camaldulensibus Alpibus.

10. Lichen Coralloides, tubulosus, major, montanus, e cinereo-viridi rufescens, caulibus recurvis, nonnihil folliosis, inordinate dispositis, receptaculis florum crassioribus rutescentibus Tab. 40. fig. 5. *An Muscus montanus, coriaceus, ramulis inordinate dispositis Raii Synopsi. ed. 2. 21. num. 6.?* In summitate Montis Murelli Florentia non procul.

11. Lichen Coralloides, tubulosus, medius, e cinereo viridans, ramulis aduncis, plerumque folliosis, extremitatibus palmatis, receptaculis florum rufescentibus Tab. 40. fig. 6. *Muscus arboreus, Coralloides, auritus Bocc. Musi. Part. 2. 135. Tab. 95. Lichen montanus, Coralloides, cornibus reflexis,* πεταλωτὸς *Ponted. Compend. Tabul. 22. num. 3.* In montosis nemoribus prope Florentiam, & in ipsa Urbe per viridarium *Boboli* quoque crescit.

12. Lichen Coralloides, tubulosus, medius, e cinereo viridans, ramulis erectis, nonnihil folliosis, extremitatibus apertis, & palmatis, receptaculis florum rufescentibus, exiguis Tab. 40. fig. 4. *An Lichen terrestris, Coralloides, erectus, incanus,* πεταλωτὸς *Ponted. Compend. Tabul. 21. num. 11.?* In territorio Scandicci per quoddam Castanetum, in antecedenti pagina sub num. 4. indicatum.

13. Lichen Coralloides, tubulosus, medius, e cinereo-viridans, caulibus tenuioribus, acutis, minus ramosis, receptaculis florum rufescentibus. *Coralloides cornua Cervi referens, glabra, corniculis tenuioribus, bifurcatis Hist. Plant. Paris. 423. & Bot. Paris. 42. An Muscus Coralloides, saxatilis, Cervi cornua referens, minor C. B. Pin. 361.?* In ericetis Casiniani, & Juguli, atque Scandicci alti territorio, & Parisiis a D. Vaillante transmissus.

14. Lichen Coralloides, tubulosus, minor, & gracillimus, subviridis, ramulis erectis, nonnihil folliosis, receptaculis florum rufescentibus. Circa Cœnobium Vallis-Umbrosæ.

15. Lichen Coralloides, tubulosus, cinereus, minor, parum ramosus, receptaculis florum coccineis. *Lichenoides Coralliforme, apicibus coccineis Raii Synopsi. ed. 3. 68. num. 24. Musco-Fungus montanus, corniculatus, minor, erectus, apicibus coccineis Mor. Hist. Oxon. Part. 3. 633. num. 2.* Londino Dominus Sherardus transmisit.

ORDO VII.

Tab. 41. I. *Lichenes cauliferi, e crusta foliacea per exigua* A *enascentes, caulibus tubulatis* B. *plerumque ramosis* C, *vel in cornicula* D, *vel in proboscidem* E, *vel in pyxidiculas* F *minus quam in sequenti ordine speciosas, atque patentes, & in ore clausas desinentibus.*

III. *Receptacula florum, e pyxidicularum marginibus* G *erumpentia.*

IV. *Semina subhirsuta, ut plurimum simul juncta (Tab. 37. T), & e solutione cutis cauliculorum* H, *& inferna foliorum parte* I *nascentia.*

LICHEN pyxidatus, & corniculatus, prolifer (e viridi obsolete lutescens) Scheuchz. Observat. Bot. Iter. Alp. 1. ed. Lond. pag. 37. Tab. V. fig. 3. Ab Auctore, & a D. Ponted. communicatus, & in Alpibus Nursinis a nobis visus.

2. Lichen pyxidatus, teres, acetabulis minoribus repandis (Tab. 41. fig. 1.) Inst. R. H. 549. Bot. Paris. 115. D. Vaillantius communicavit.

3. Lichen pyxidatus, corniculis aduncis (Tab. 41. fig. 2.) Inst. R. H. 549. & Hist. Plant. Paris. 482. *Coralloides cornua Cervi referens, corniculis aduncis Bot. Paris. 42.* Ab eodem amico acceptus, qui & apud nos exoritur.

4. Li-

4. Lichen pyxidatus, & corniculatus, cinereus, pulverulentus, major, & craſſior, plerumque multifidus. In territorio Scandicci, non longe Florentia.

5. Lichen pyxidatus, & corniculatus, cinereus, pulverulentus, corniculis brevioribus. *Lichenoides tubuloſum, cinereum, ramoſum, & cruſtaceum Dill. Cat. Giſſ.* 203. *Raii Synopſ. ed.* 3. 67. *num.* 18. *Muſcus Licheniformis cornu ramoſo Ejusdem Synopſ. ed.* 2. *App.* 332. Londino D. Sherardus communicavit.

6. Lichen pyxidatus, & corniculatus, cinereus, anguſtior, & elatior, corniculis longioribus Tab. 41. fig. 3. *Coralloides Cervi cornua referens, corniculis longioribus Hiſt. Plant. Pariſ.* 425. *Inſt. R. H.* 565. *Bot. Pariſ.* 42. Ex agro Pariſienſi habuimus.

7. Lichen pyxidatus, & corniculatus, albidus, minor, & gracilior. *Lichenoides tubuloſum, cinereum, minus cruſtaceum, minuſque ramoſum Dill. Cat. Giſſ.* 203. *Raii Synopſ. ed.* 3. 67. *num.* 17. *Muſcus corniculatus Ger.* 1372. *I. B.* 3. 767. *Park.* 1308. In montoſis ericetis apud nos frequens.

8. Lichen pyxidatus, & corniculatus, leproſus, corniculis tenujoribus, bifurcatis Tab. 41. fig. 4. *Coralloides cornua Cervi referens, aſpera, corniculis tenujoribus, bifurcatis Hiſt. Plant. Pariſ.* 423. *Bot. Pariſ.* 42. *Tab. VII. fig.* 7. In territorio Caſiniani prope Florentiam, & a D. Vaillante miſſus.

9. Lichen pyxidatus, & corniculatus, ramoſus, Alpinus, e fuſco cinereus, pyxidulis crenatis Tab. 41. fig. 5. In Nurſinis jugis, & ſignanter ubi dicitur *la Portella*.

10. Lichen pyxidatus, ramoſus, acetabulis fimbriatis Inſt. R. H. 549. Hiſt. Plant. Pariſ. 484. Bot. Pariſ. 115. *Lichenoides pyxidatum, cinereum, elatius, ramulis pyxidatim deſinentibus D. Richard. Raii Synopſ. ed.* 3. 69. *num.* 32. *Muſco-Fungus pyxidatus, gracilior, ramoſior, calycibus ſerratis Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 632. *ſect.* 15. *Tab.* 7. *fig.* 6. In Italia nunquam vidimus, ſed ex munere amicorum noſtrorum dumtaxat poſſidemus.

11. Lichen cinereus, craſſus, ramoſus, & non ramoſus. *Lichenoides tubuloſum, minus ramoſum, cauliculis craſſioribus, difformibus Raii Synopſ. ed.* 3. 68. *num.* 22. *Corallina montana, difformis Ejusdem ed.* 2. *App.* 332. a Domino Sherardo accepimus.

12. Lichen cinereus, proboſcideus, & corniculatus, ut plurimum non ramoſus. *Lichen tubuloſus Mer. Pin. Lichenoides tubuloſum, cinereum, non ramoſum Dill. Cat. Giſſ.* 204. *Raii Synopſ. ed.* 3. 68. *num.* 27. *An Muſcus corniculatus, fiſtuloſus, candidus Bocc. Muſ. Part.* 2. 149. *Tab.* 128? In ericetis apud nos rariſſime occurrit.

13. Lichen albus, proboſcideus, & corniculatus, plerumque non ramoſus, proboſcidum oris coccineis. *An Muſcus corniculatus, tubuloſus, candidus Bocc. Muſ. Part.* 2. 149. *Tab.* 128? In caſtanetis, & quercetis Plebaniæ Imprunetæ, & ſignanter in Lojani territorio.

14. Lichen ex albo ſubcinereus, proboſcideus, & corniculatus, minor, ut plurimum non ramoſus. In ericetis Plebaniæ Juguli.

15. Lichen tubuloſus, nivei fere candoris, ramoſus, & non ramoſus, apicibus recurvis, acutis Scheuchz. Obſervat. Bot. Itiner. Alp. 2. ed. Lond. pag. 63. num. 58. Ab Auctore per D. Joannem fratrem ſuum ſimul cum ſequenti miſſus.

16. Lichen tubuloſus, verrucoſus, ex obſcuro virore flaveſcens Ejusdem Ibid. num. 56.

17. Lichen pyxidatus, albus, gracillimus, pixidulis multifidis, & altera alteri innata. In quercetis, & ſylvis cæduis inter Caſinianum, & Eccleſiam, vulgo *Moſciano*.

Plantæ, quæ ad hunc, & ſequentem ordinem pertinent, multum variant, tum in figura, tum, in magnitudine, adeo ut accidere poſſit nonnullas vel non ſuo, vel utrique ordini annumerari.

ORDO VIII.

Tab. 41. & 42. I. *Lichenes communiter dicti pyxidati, aut biformes, conſtantes e cruſtula foliacea* K, *& pyxidiculis* L. M. N. *ſpecioſis, atque majuſculis, & in ore clauſis* O, *vel ſimplicibus* L, *vel ramoſis* M, *vel e margine* N, *vel e medio* (*Tab.* 42. P) *altera ex altera innaſcente.*

Lichen pyxidatus, major (Tab. 41. fig. 1. K L) Inſt. R. H. 549. *Muſcus pyxioides, terreſtris C.B. Pin.* 361. *Muſcus pyxidatus I. B.* 3. 767. *Muſcus terreſtris, pyxidatus, alabaſtriculos imitatus Lob. Icon. Part.* 2. 267. In omnibus ſylvis obvius apud nos.

2. Lichen pyxidatus, major, Alpinus, receptaculis florum copioſioribus, & rufeſcentibus Tab. 41. fig. 2. In Piſtorienſibus Alpibus per ſcopulos Lacum vulgo *Scaffajolo* ambientes.

3. Lichen pyxidatus, (rugoſus, prolifer, & non prolifer), acetabulorum oris coccineis, & tumentibus [Tab. 41. fig. 3.] Inſt. R. H. 549. Bot. Pariſ. 115. Tab. XXI. fig. 4. *An Muſco-Fungus pyxidatus, calyce altero alteri innato, apicibus nonnumquam coccineis Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 632. *ſect.* 15. *Tab.* 7. *fig.* 4? Pariſiis D. Vaillant miſit.

4. Lichen pyxidatus, prolifer, acetabulis rudibus, & minus cavis, receptaculis florum coccineis. *Muſcus pyxidatus, labellis ſaturate croceis Bocc. Muſ. Part.* 2. 142. *Tab.* 104. *An Lichenoides tubuloſum, pyxidatum, tuberculis amœne coccineis Dill. Cat. Giſſ.* 204. *Raii Synopſ. ed.* 3. 69. *num.* 35? Inter Fagos, & Abietes Falteronæ.

5. Lichen pyxidatus, acetabulorum oris proliferis, receptaculis florum rufeſcentibus Tab. 41. fig. 7. Circa Florentiam in nemoribus, & montoſis ericetis.

6. Lichen pyxidatus acetabulorum oris fuſcis, & tumentibus Inſt. R. H. 54. Bot. Pariſ. 115. *An Lichenoides tubuloſum, pyxidatum, tuberculis fuſco-nigris, proliferum Dill. Cat. Giſſ.* 204. *Raii Synopſ.* 3. 69. *num.* 34? D. Vaillantius communicavit.

7. Lichen pyxidatus, ramoſus, & prolifer, major, receptaculis florum rufeſcentibus Tab. 41. fig. 8. In ſylvis, & ericetis Caſiniani.

8. Lichen pyxidatus, ramoſus, & prolifer, medius D. Scheuchzerii. Ab inventore tantum accepimus.

9. Lichen pyxidatus, Endiviæ criſpæ folio, prolifer, (ſuperne flaveſcens, inferne albidus), acetabulorum oris criſpis (Tab. 42. fig. 1.) Inſt. R. H. 549. Bot. Pariſ. 115. num. 2. Tab. XXI. fig. 3. *An Lichenoides pyxidatum, marginibus eleganter foliatis Raii Synopſ. ed.* 3. 69. *num.* 33? *Muſcus pyxidatus Barr. Icon.* 1278. *num.* 11. In ericetis noſtris paſſim, & a D. Vaillante quoque communicatus.

10. Lichen pyxidatus, Endiviæ criſpæ folio, ſuperne cinereus, inferne ex albo rufeſcens, acetabulis alter alteri uſque ad quartum, & quintum gradum innaſcentibus Tab. 42. fig. 2. *Lichen pyxidatus, verticillatus, prolifer Bot. Pariſ.* 115. *Lichen pyxidatus, prolifer Ejusdem Tab. XXI. fig.* 5. *Inſt. R. H.* 549. *An Lichenoides pyxidatum, marginibus eleganter foliatis Raii Synopſ. ed.* 3. 69. *num.* 33? *Muſcus pyxidatus Barr. Icon.* 1278. *num.* 11? Cum ſuperiori in iisdem locis oritur, & ab eodem amico habuimus.

Dum hæc, & ſupradicta planta ad maturitatem acetabula perducit, corrumpitur in his cruſta foliacea, nec amplius agnoſci poteſt; ideo expreſſimus cruſtam utriuſque plantæ cum acetabulis recentioribus, ſeorſum a maturis.

11. Lichen pyxidatus, terreſtris, Endiviæ criſpæ folio, ſuperne ex flavo, & glauco ſubvireſcens, inferne albidus, pyxidulis plerumque ſimplicibus, recepracu-

ptaculis florum rufescentibus Tab. 42. fig. 3. *Lichen Pulmonarius, cinereus, crispus Inst. R. H.* 549. *Muscus foliis crispis, Licheniformis, superne e flavo virescens, subtus albicans D. Vernon Raii Synopf. ed.* 3. 27. *num.* 7. In locis ubi duo antecedentes, & non minus illis ferax. Londino, & Lutetia Parisiorum possidemus.

D. Vaillantius hanc plantam ad nos transmisit, nomine in Institutione R. H. superius inscripto, quod in Botanico suo Parisiensi duabus plantis attribuit, quarum neutra huic nostræ respondere videtur, tum similitudine, tum magnitudine; nam illa, quæ extat in Tab. XXI. fig. 13. ampla est, & longe diversa, altera vero, quæ est in Tab. XXVI. fig. 10. admodum parva, & densa.

12. Lichen pyxidatus, minor (Tab. 41. fig. 4.) Inst. R. H. 549. Bot. Paris. 115. Tab. XXI. fig. 6. *Muscus pyxioides, saxatilis C. B. Pin.* 361. *Prodr.* 151. *I. B.* 3. 767. In iisdem locis cum Lichene pyxidato majori crescit.

13. Lichen non ramosus, acetabulis fimbriatis (Tab. 41. fig. 5.) Inst. R. H. 549. *Lichenoides tubulosum, pyxidatum, marginibus serratis Dill. Cat. Giss.* 204. *Raii Synopf. ed.* 3. 69. *num.* 30. Parisiis ab eodem Amico sæpe memorato missus. Varietas est *Lichenis pyxidati, ramosi, acetabulis fimbriatis Inst. R. H.* in ordine antecedenti memorati.

14. Lichen pyxidatus, minimus, foliis tenuiter, & eleganter incisis, receptaculis florum rufescentibus Tab. 41. fig. 6. In ericetis Juguli Plebaniæ, & signanter circa fontem vulgo *del Lippi*.

ORDO IX.

I. *Lichenes pyxidatis affines, constantes e crustula foliacea* A, *& caulibus plerumque ramosis* B, *ad extremitatem* C, *& divaricationem* D *hiantibus, & fere pyxidatis.* *Tab.* 42.

LICHEN tubulatus, ramosus, albus, crassus, scaber, & elatior, receptaculis florum rufescentibus Tab 42. In montosis sylvis, præsertim in Imprunetæ Plebania ad putrida Castanearum ligna.

2. Lichen tubulatus, minor, albus, ramosus, & scaber, receptaculis florum rufescentibus. *An Lichenoides tubulosum, cinereum, pulverulentum, & crustaceum, ramulis ex acetabulis enascentibus, minus copiosis Dill. Cat. Giss.* 203. *Raii Synopf. ed.* 3. 68. *num.* 25? Ultra pontem ad Vingonem in ericeto prope Villam D. Marchionis de Ximenes.

3. Lichen, qui Lichenoides tubulosum, cinereum, valde crustaceum, ramulis brevibus, & crebris ex acetabulis enascentibus Dill. Cat. Giss. 203. Raii Synopf. ed. 3. 68. num. 26.

Inter specimen hujus plantæ transmissum a D. Sherardo, & alterum communicatum a D. Dillenio, tanta intercedit differentia, ut dubitemus, an sit unum, & idem.

4. Lichen tubulatus, albus, ut plurimum, non ramosus, scaber, receptaculis florum eleganter rufis, crispis, & confertis. *Muscus in ericetis proveniens Lob. Icon. part.* 2. 243. In ericetis, & sylvis cæduis apud nos, sed rarus.

Quamvis nonnulli nomine, & figura Musci Lobeliani supradicti aliam plantam indigitari velint, nihilominus nos hanc esse, & hanc ab ipso significari contendimus. Qui, quantum ab Icone desumi potest, crustaceus potius, quam foliosus est. Nec insimulanda chalcographi incuria, qui non aliam ob causam in hoc folia prætermisit, nisi quia foliis penitus destituitur. Verum considerandum, superest nos nondum plantam vidisse, cui hanc Iconem Lobelianam applicant, saltem sub hoc nomine, nempe *Muscum parvum, stellatum C. B. Pin.* 361.

5. Lichen tubulatus, minor, vix ſemiunciam altus, ſcaber, & albus, extremitatibus coccineis. In ſylvis cæduis Lojani ad dejectarum Caſtanearum putreſcentia ligna.

ORDO X.

Tab. 42. I. *Lichenes pyxidatis affines, e cruſtula foliacea* E, *& caulibus ſimplicibus, ſtrigoſis* F, *minime vel vix cavis* G, *conſtantes.*

III. *Receptacula florum, vel ſimplicia* H, *vel multifida* I *in cauliculorum ſummitate locata.*

LICHEN minimus, lignis adnaſcens, foliis criſpis, tenuiſſime diviſis, inferne albis, ſuperne e flavo vireſcentibus, receptaculis florum rufis. In loco ubi & ſequens, ſed non ita obvius.

2. Lichen minimus, lignis adnaſcens, foliis eleganter, & tenuiter inciſis, inferne albis, ſuperne e flavo vireſcentibus, receptaculis florum coccineis. Per ſylvas cæduas Lojani ad emortua, & ſemiputrida Caſtanearum ligna.

3. Lichen minimus, lignis adnaſcens, foliis latiuſculis, eleganter, tenuiterve inciſis, inferne candidis, ſuperne cinereis, receptaculis florum rufeſcentibus. In Monte Feſulano per ſaltum Fratrum Franciſcanorum, vulgo *la Doccia*, & in territorio Scandicci in caſtaneto in ordine VI. ſub num. 4. memorato.

4. Lichen minimus, terreſtris, foliis perexiguis, receptaculis florum rufeſcentibus Tab. 42. fig. 1. In Scandicci alti ericetis, ut *v.g.* in illis, quæ ſpectant ad Villam Dominorum de Vitis.

5. Lichen minimus, terreſtris, foliis perexiguis, receptaculis florum fuſcis Tab. 42. fig. 2. *Lichenoides Fungiforme, capitulis fuſcis, nondum deſcriptum D. Dillenius.* Ex agro Giſſienſi miſit idem.

Non eſt idem ac *Lichenoides Fungiforme terreſtre, capitulis fuſcis Raii Synopſ. ed.* 3. 70. *n.* 39. de quo agemus in ordine XXXV.

ORDO XI.

Tab. 43. I. *Lichenes cruſtacei, Pulmonarii, coriacei.*

III. *Receptacula florum (ſi in hac planta ita ea vocari licet) in adverſa plantæ parte undique ſparſa* A.

IV. *Semina diſpoſita in filamenta multifida (Tab.* 37. S) *tum in foliorum marginibus* B, *tum per totam ſupernam eorum ſuperficiem* C.

LICHEN Pulmonarius, ſaxatilis, fuſco-rufus, receptaculis florum albidis Tab. 43. *Lichenoides peltatum, & ſaxatile, fuſco-rufum, inferne ſcabrum Dill. Cat. Giſſ.* 209. Ex agro Giſſienſi ab Auctore tranſmiſſus.

ORDO XII.

Tab. 44. III. *Receptacula florum in ſuperna plantarum parte, tum ad latera* A, *tum ad extremitates* B *poſita.*

IV. *Semina, ut in ordine antecedenti, ſed in peripheria* C *plerumque erumpentia.*

LICHEN Pulmonarius, maximus, ſuperne e cinereo rufeſcens, inferne ſubrufus, margine criſpo, & veluti fimbriato, receptaculis florum rubris, vel ferrugineis, plano-orbiculatis. In Monte Murello, Florentia non procul.

2. Lichen Pulmonarius, maximus, e cinereo rufeſcens, inferne ſubrufus, receptaculis florum rubris, plano-orbiculatis. *Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, rufeſcens,*

ſcens, ſuperne planus, inferne reticulatus Hiſt. Plant. Pariſ. 483. *Inſt. R. H.* 549. *Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, digitatus Bot. Pariſ.* 116. *num.* 9. *Tab. XXI. fig.* 16. ubi figura non laudabilis. *Lichen terreſtris, cinereus, per longitudinem laciniatus, apicibus rubris, orbiculatis Pluk. Alm. Bot. Raii Hiſt. Tom.* 3. 48. *Lichenoides peltatum, terreſtre, cinereum, majus, foliis diviſis Dill. Cat. Giſſ.* 208. *Raii Synopſ. ed.* 3. 76. *num.* 87. *Muſco-Fungus terreſtris, latifolius, cinereus, Hepaticæ facie Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 632. *ſect.* 15. *Tab.* 7. *fig.* 1. Cum antedicto provenit, & a Clariſſimis Sherardo, Vaillantio, & Dillenio ad nos miſſus.

3. Lichen Pulmonarius, maximus, verrucoſus, ſuperne e cinereo-vireſcens, inferne obſcurus, receptaculis florum rubris, circinatis. *Lichenoides peltatum, terreſtre, vireſcens, foliorum ſuperficie verrucoſa Dill. Cat. Giſſ.* 208. Ab Auctore habuimus.

4. Lichen Pulmonarius, major, inferne obſcurus, deſuper e cinereo vireſcens, receptaculis florum nigricantibus, primum circinatis, deinde teretibus Tab. 44. fig. 2. *Lichen terreſtris, foliis anguſtioribus, vireſcens Raii Synopſ. ed.* 2. 23. *num.* 2. *Lichenoides peltatum, terreſtre, rufeſcens Dill. Cat. Giſſ.* 208. In Regio viridario *Boboli*, in pratulo vulgo *il Laberinto* cum ſequente creſcit, & ex Anglia a Domino Sherardo tranſmiſſus.

5. Lichen Pulmonarius, minor, inferne ſubobſcurus, ſuperne cinereus, receptaculis florum rubris, circinatis. In ſylvis Montis Senarii.

6. Lichen Pulmonarius, minor, inferne obſcurus, deſuper cinereus, receptaculis florum nigricantibus, circinatis Tab. 44. fig. 6. In quercuum caudicibus circa Pratolinum Villam Regiam.

7. Lichen Pulmonarius, minor, anguſtifolius, ſpinis tenuiſſimis ad margines ornatus, receptaculis florum tranſverſe oblongis, rubris, vel ex rubro-ferrugineis Tab. 44. fig. 4. *Lichen arboreus, Jacobeæ cinereæ folio ſimilis Ponted. Comp. Tab.* 22. *Lichenoides rigidum, Eryngii folia referens Raii Synopſ. ed.* 3. 77. *num.* 90. *Muſcus Iſlandicus Bartholini Act. Med. An.* 1671. *Obſervat.* 66. *& Sibald. Prodr. Hiſt. Nat. Scot. Muſcus Iſlandicus, purgans Bartholini Raii Synopſ. ed.* 2. *App.* 333. *Muſco-Fungus terreſtris, ſuperne cinereus, Iſlandicus Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. *pag.* 633. *Muſcus Pulmonarius, terreſtris, ſanguineus Breyni Eph. German. Anno* 30. *Decuriæ* 1. *Obſervat.* 209. *Ic. & deſcript.* Ob ingentem ejus amaritudinem conjici poteſt hanc eſſe plantam, quæ appellatur *Muſcus amarus, Abſinthii folio I. B.* 3. 674. Apud Samnites in Moronis Montis ſummitate, nec non in Etruria in montium Piſtorienſium vertice præſertim circa Lacum, vulgo *il Lago Scaffajolo*, & a Clariſſimis viris Sherardo, & Vaillantio ad nos miſſus.

8. Lichen Pulmonarius, maximus, ſuperne e cinereo rufeſcens, inferne ſubrufus, receptaculis florum rubris, ad latera oblongis Tab. 44. fig. 1. Circa Florentiam in loco Scandicci per marginem viæ dictæ *la Corbinaja*.

9. Lichen Pulmonarius, maximus, cinereus, inferne albus, & niger reticulatus, receptaculis florum rubris, tranſverſe oblongis. In Monte Murello cum eo, quem recenſuimus numero primo, invenitur.

10. Lichen Pulmonarius, maximus, inferne nigricans, ſuperne cinereus, & ſplendeſcens, receptaculis florum rubris, tranſverſe oblongis. In montibus Piſtorienſibus in loco, vulgo *il Teſo* ad rivulos.

11. Lichen Pulmonarius, major, inferne albidus, deſuper cinereus, receptaculis florum rubris, ad latera oblongis. In eodem viridario *Boboli* ſimul cum memorato num. 4. provenit.

12. Lichen Pulmonarius, minimus, inferne albus, & niger reticulatus, ſuperne e cinereo-vireſcens, receptaculis florum nigricantibus, ad latera oblongis Tab. 44. fig. 3. *Lichenoides peltatum, terreſtre, vireſcens, minus, & non verrucoſum Dill. Cat. Giſſ.* 209. Ex munificentia Auctoris Catalogi Giſſ. accepimus.

13. Li-

13. Lichen Pulmonarius, minimus, inferne albus, & niger, reticulatus, desuper e cinereo virescens, receptaculis florum rubris, ad latera oblongis Tab. 44. fig. 5. In Pistorienſibus montibus ab amne *Lima* non longe, in loco *il Ponte di Livogna*.

ORDO XIII.

Tab. 44. I. *Receptacula florum in inferiori plantarum parte adsita, sed ita sursum reflexa* D, *ut desuper locata esse videantur*.

LICHEN Pulmonarius, major, ex obscuro cinereus, inferne ex albo rufescens, receptaculis florum rubris, amplioribus, ad latera oblongis Tab. 44. fig. 1. In Pistorii montibus per Castanearum caudices admodum frequens.

2. Lichen Pulmonarius, minor, ex obscuro cinereus, inferne ex albo rufescens, receptaculis florum rubris, ad latera oblongis Tab. 44. fig. 2. In Florentino agro ad Quercus circa Regiam Villam vulgo *Pratolino*.

ORDO XIV.

Tab. 45. III. *Receptacula florum ad margines plerumque supernæ plantarum partis* A.
IV. *Semina in parvis globulis digesta* B, *tum per totum marginem* C, *tum undique in eorum superficie secundum lacunarum os* D *nascentia; quemadmodum in portione magis aucta* E *melius apparet*.

LICHEN arboreus, sive Pulmonaria, arborea I. B. 3. 759. Inst. R. H. 549. *Muscus Pulmonarius C. B. Pin.* 361. *Pulmonaria Dod. Pempt.* 474. *Trag.* 524. In montanis sylvis ad arbores copiosus.

2. Lichen arboreus, sive Pulmonaria arborea, minor, & angustifolia Tab. 45. *An Muscus Pulmonarius, laciniis angustioribus C. B. Pin.* 361. *Variet?* In Apennino nostro ad Fagos, & Abietes familiaris, præsertim circa Camaldulensem Eremum, atque Vallis-Umbrosæ Cœnobium.

ORDO XV.

Tab. 45. III. *Receptacula florum in medio supernæ plantarum partis nascentia* F.
IV. *Semina in filamenta ramosa, aut multifida* (*Tab.* 37. S) *dispositа, quæ filamenta singillatim erumpunt per totam foliorum superficiem* G, *in plantis plerumque femineis, seu non floriferis*.

LICHEN Pulmonarius, Querno folio, inferne nigricans, superne cinereus, receptaculis florum sordide virescentibus Tab. 45. In caudicibus pomiferarum arborum, uti Mali, Pyri, & similibus, locis ut plurimum montosis, videlicet *Scandicci alto*, & Monte Hugone, vulgo *Montui*, nec non in Abietum corticibus Montis Senarii, & Regii Pratolini ruris.

2. Lichen Pulmonarius, Alpinus, inferne nigerrimus, superne pulchre cinereus, receptaculis florum obsolete gilvis. In Pistorii montibus ad Castanearum radices, inter Castrum, vulgo *San Mommè*, & Beatissimæ Virginis Templum nuncupatum *la Madonna di Ponte Petri*.

3. Lichen Pulmonarius, saxatilis, tinctorius, tenuiter divisus, inferne nigricans, desuper e sulphureo cinereus, receptaculis florum amplioribus, fuscis. Per Imprunetæ, Casiniani, Pratolini, & Plebaniæ Cercinæ colles ad saxa abunde oritur.

4. Li-

4. Lichen Pulmonarius, arboribus adnaſcens, in ſegmenta latiora diviſus, ſubtus niger, deſuper ex obſcuro vireſcens, receptaculis florum concoloribus. *Lichenoides arborum, & ſaxatile, cruſta folioſa, tenui, fuſco-virenti, in ſegmenta latiora plerumque diviſa Dill. Cat. Giſſ.* 207. *Raii Synopſ. ed.* 3. 74. *num.* 74. Londinò D. Sherardus miſit, & prope Florentiam in loco nuncupato *la Fioraja* in Fraxinorum corticibus creſcit.

5. Lichen Pulmonarius, ſaxis, & arboribus adnaſcens, inferne nigricans, ſuperne obſcurus, receptaculis florum concoloribus. In Olearum caudicibus, & ad ſaxa in loco, vulgo *Montui*.

6. Lichen Pulmonarius, cruſtæ modo ſaxis adnaſcens, pullus Inſt. R. H. 548. *Lichenoides cruſta folioſa, ſcutellata, pullum Dill. Cat. Giſſ.* 206. *Raii Synopſ. ed.* 3. 72. *num.* 60. Ex Anglia tantum habuimus, & apud nos numquam vidimus.

7. Lichen Pulmonarius, arboribus adnaſcens, tenuiter diviſus, inferne nigricans, ſuperne obſcurus, & verrucis perexiguis undique exaſperatus, receptaculis florum concoloribus. Per Falteronæ jugum ad arbores, & in ſummitate montis Murelli in ſylveſtrium Prunorum caudicibus exoritur.

8. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, tenuiter, & eleganter diviſus, inferne cirroſus, & antracinus, deſuper obſcuro-fuſcus, & veluti rugoſus, receptaculis florum fuſcis. In ſterilioribus collibus Imprunetæ, & circa Plebaniam Cercinæ in ſaxorum ſuperciliis.

Planta, quæ in ſequenti ordine primum locum obtinet, ob ſeminum formam, & receptaculorum florum ſitum ad hunc ordinem pertinet; ſed ob ſuam gelatinoſam ſubſtantiam eam in illo conſtituimus, in quo etiam alias natura conſimiles non ſufficienter examinatas addemus, quoniam in nonnullis vel ſemina, vel florum receptacula deſunt, in aliis utrumque deſideratur.

ORDO XVI.

I. *Lichenes cruſtacei, Pulmonarii, ſubſtantiæ gelatinoſæ.*

LICHEN Pulmonarius, membranaceus, gelatinoſus, pullus, in ſegmenta latiora diviſus, receptaculis florum exiguis, obſcure rubeis, numeroſiſſimis. *Lichenoides ſaxatile, membranaceum, gelatinoſum, tenue, nigreſcens Dill. Cat. Giſſ.* 209. *Raii Synopſ. ed.* 3. 72. *num.* 53. Apud nos ad arbores, & ad ſaxa copioſus; & Londino etiam tranſmiſſus.

2. Lichen Pulmonarius, gelatinoſus, craſſus, atro-virens, receptaculis florum concoloribus, per ſiccitatem vero fuſco-ferrugineis. Per viridarium *Boboli* ad ſaxa, & alibi circa urbem, ſed ratus.

3. Lichen Pulmonarius, gelatinoſus, craſſus, ex obſcuro nigricans, receptaculis florum concoloribus, per ſiccitatem vero fuſco-ferrugineis. Ubique apud nos frequentiſſimus in ſaxoſis locis.

4. Lichen Pulmonarius, gelatinoſus, craſſus, minor, ex obſcuro gilvus, receptaculis florum concoloribus, per ſiccitatem autem fuſco-ferrugineis. In prædicto viridario *Boboli*.

5. Lichen Pulmonarius, gelatinoſus, craſſus, minor, foliis latiuſculis digitatis, e griſeo ſubobſcurus, per vetuſtatem fuſcus, & in uvam ſe colligens, receptaculis florum concoloribus, poſtea fuſco-rubris. In ambulacris hortorum Florentiæ copioſus,

6. Lichen Pulmonarius, gelatinoſus, terreſtris, atro-virens, foliis craſſis, brevibus, congeſtis, & rudibus, receptaculis florum fulvo-fuſcis. In *Boboli* juxta urbis mœnia in ambulacro e variis lapillis diverſimode coloratis conſtructo, vulgo *l' Imbrecciato di lungo le mura*.

7. Li-

7. Lichen Pulmonarius, gelatinoſus, fuſcus, arboribus adnaſcens, parvus, craſſus, & criſpus, receptaculis florum . . . . . In Fraxinorum caudicibus juxta urbem ſecus torrentem vulgo *Rimaggio*.

8. Lichen Pulmonarius, gelatinoſus, craſſus, e griſeo ſubfuſcus in ſegmenta latiora diviſus, globulis minutiſſimis plerumque, & undique aſperſus, receptaculis florum concoloribus per vetuſtatem fuſco-rubeis. Cum reliquis ſuis ſpeciebus iisdem locis, & præcipue in viridario *Boboli*.

9. Lichen Pulmonarius, gelatinoſus, craſſior, & mollior, criſpus, rugoſiſſimus, e griſeo ſubfuſcus, receptaculis florum . . . . . In arborum caudicibus interdum ad ſaxa, ſed rariſſime occurrit.

10. Lichen, qui Lichenoides terreſtre, membranaceum, gelatinoſum, & fuſco-vireſcens, criſpum, & rugoſum Dill. Cat. Giſſ. 209. Idem ex agro Giſſienſi miſit.

11. Lichen Pulmonarius, gelatinoſus, parvus, foliis craſſis, criſtatis, e gilvo ſordide vireſcentibus, receptaculis florum concoloribus. Per viridarium ſupradictum in parietibus aqueductuum.

12. Lichen Pulmonarius, gelatinoſus, terreſtris, membranaceus, atro-virens, ſegmentis rotundioribus, receptaculis florum fuſco-rubeis. In ambulacris viridarii *Boboli*, & ſignanter circa olitorias areas.

13. Lichen Pulmonarius, gelatinoſus, terreſtris, mediæ craſſitiei, atro-virens, foliis carinatis, Jacobeæ Marinæ in modum diviſis, receptaculis florum fuſco-rubeis. *An Fucus fontanus, pinguis, corniculatus, viridis Bot. Pariſ. 56. Tab. X. fig. 3?* In ſupradicto viridario nullo negotio invenitur, tum per ambulacra, tum ſecus aqueductus.

14. Lichen Pulmonarius, gelatinoſus, ſaxatilis, mediæ craſſitiei, atro-virens, foliis carinatis, anguſtioribus Jacobeæ Marinæ in modum diviſis, receptaculis florum fuſco-rubeis. *An Lichenoides ſaxatile, membranaceum, gelatinoſum, tenuiſſimum, erectum, Braſſicam criſpam æmulans Dill. Cat. Giſſ. 209. Raii Synopſ. 3. 72. num. 56.* Per montem Feſulanum ad ſaxa, & præcipue circa torrentis Africi originem.

15. Lichen Pulmonarius, gelatinoſus, Opuntioides, exiguus, fontanus, griſeo-fuſcus, ſegmentis brevioribus, teretiuſculis, receptaculis florum . . . . . *An Lichen aquaticus, cinereus, minor, criſpus D. Richardſ. ſive Lichenoides gelatinoſum, Opuntioides Raii Synopſ. ed. 3. 72. num. 58?* In crateribus fontium per viridarium *Boboli*, ſed rarus.

16. Lichen Pulmonarius, gelatinoſus, Opuntioides, griſeus, parvus, aquaticus, ſegmentis teretibus, acutis. Per Feſulanum montem in ſtillicidiis, veluti circa Molendinum, vulgo *il Mulino d' Africo*.

ORDO XVII.

Tab. 46. I. *Lichenes cruſtacei, Pulmonarii, coriacei.*
IV. *Semina in femineis, ſeu non floriferis plantis* A *ad laciniarum exortum cumulatim aggeſta* B.

LICHEN Pulmonarius, arboribus adnaſcens, maximus, inferne obſcurus, deſuper e glauco-cinereus, receptaculis florum rubris, ſeminibus nigricantibus Tab. 46. Per Piſtorienſes Alpes Caſtanearum, Fagorumque caudicibus adhæret, atque latius ſe diffundit, tum inter Eccleſiam, vulgo *la Madonna di Ponte Petri*, & Mareſcam, quam circa Caſtrum dictum *San Mommè*, ſive Mamantii, verum etiam in Cluſentinis montibus, præſertim per Falteronæ Juga.

ORDO XVIII.

IV. *Semina in comoſa arbuſcula diſpoſita* A, *& per totam Plantæ ſuperficiem ſparſa.* *Tab.* 47.

LICHEN Pulmonarius, ſaxatilis, inferne reticulatus, & lacunatus, ſuperne cinereus, ac verrucoſus, receptaculis florum, & ſeminibus nigricantibus, & veluti deuſtis Tab. 47. *Lichen cruſtæ modo, ſaxis adnaſcens, verrucoſus, cinereus, & veluti deuſtus Inſt. R. H. 549. Bot. Pariſ. 116. num. 32. Tab. XX. fig. 9.* ubi figura minus laudabilis, ob nimiam ſuam exiguitatem. Pariſiis ex liberalitate amici noſtri, atque Rei Herbariæ ſtudioſiſſimi D. Vaillantis poſſidemus.

ORDO XIX.

IV. *Semina circa foliorum margines* A *crebro naſcentia, collecta veluti in corymbos* (*Tab.* 37. V, *&* *Tab.* 51. B) *baſi tubulata* (*Tab.* 37. ✱, *&* *Tab.* 51. C) *inſidentes.* *Tab.* 51.

LICHEN Pulmonarius, ſaxatilis, ſubtus nigricans, deſuper olivæ conditæ colore, receptaculis florum concoloribus Tab. 51. *An Lichen cruſtæ modo arboribus adnaſcens, olivaceus Bot. Pariſ. Tab. XX. fig. 8?* Per montem Feſulanum, & alibi in conſimilibus locis, nec non in viridario *Boboli* creſcit ad ſaxa.

2. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, ſubtus nigricans, deſuper ex obſcuro fuſcus, receptaculis florum concoloribus. Circa Florentiam, ſed ubi præcipue memoria excidit.

3. Lichen Dioſcoridis, & Plinii ſecundus, colore flaveſcente Col. Part. 1. 331. Inſt. R. H. 548. *Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens, colore flaveſcente C. B. Pin. 361.* In arboribus, tectis, muris, aliiſque conſimilibus locis undique, & abunde provenit.

Semina in hac planta non vidimus adhuc, quamquam diutiſſime a nobis perquiſita, ſed quia ſuſpicamur, quod ſemina proferat, ſicut ambæ antecedentes plantæ, in hoc ordine eam ponimus, donec ad clariores obſervationes deveniamus.

ORDO XX.

IV. *Semina ſubhirſuta in glomerulos veluti diſtincta* A, *atque non modo per totum foliorum ſpatium* B, *verum etiam in dorſo receptaculorum* C, *diſrupta cute, crebro naſcentia.* *Tab.* 48.

LICHEN Pulmonarius, ſaxis, & arboribus adnaſcens, major, inferne nigricans, ſuperne e ſulphureo cinereus, receptaculis florum amplioribus, intus ſordide, & obſolete viridibus Tab. 48. fig. 1. *Lichenoides cruſta folioſa, ex cinereo, & luteo vireſcente ſuperne, inferne nigra, & lævi Dill. Cat. Giſs. 207. Raii Synopſ. ed. 3. 73. num. 62. Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens, major, luteſcens C. B. Pin. 362. variet. An Lichen Dioſcoridis, & Plinii ſecundus, colore cinereo Col. Part. 1. 331?* In petris, & arborum ſtipitibus copiose eum legimus, & ex Anglia etiam habuimus.

2. Lichen Pulmonarius, ſaxis, & arboribus adnaſcens, medius, inferne nigricans, ſuperne ſulphureo-cinereus, receptaculis florum . . . In quodam colle Florentia non longe, nuncupato *Montui*, dumtaxat vidimus.

3. Lichen Pulmonarius, medius, arboribus adnaſcens, inferne ex albo rufeſcens, ſuperne cinereus, & lacunatus, receptaculis florum fulvo-ſpadiceis. *An Lichen Dioſcoridis, & Plinii ſecundus, colore cinereo Col. Part. 1. 331?* In dome-

ſticarum, atque ſpontanearum arborum caudicibus admodum familiaris eſt per agrum Florentinum, in ſaxis vero nunquam obſervavimus.

4. Lichen Pulmonarius, inferne obſcurus, deſuper e glauco ſubvireſcens, receptaculis florum amplioribus, ac denſioribus, atro-fuſcis Tab. 48. fig. 2. *An Lichen Pulmonarius, arboreus, e cinereo viridis Bot. Pariſ. Tab. XXI. fig.* 13 ? *An Lichenoides arborum, cinereo virens, tenue, & læve ubique, ſcutellis minoribus Raii Synopſ. ed.* 3. 73. *num.* 64. ? *Forte Lichen Dioſcoridis, & Plinii ſecundus, colore viridante Col. Part.* 1. 331? In Abietibus Pratolini, Montis Senarii, Camalduli, & Vallis-Umbroſæ.

Arduum & fere impoſſibile eſt determinare, quid ſit *Lichen Dioſcoridis, & Plinii ſecundus, tum colore cinereo, tum viridante Fabii Columnæ* propter multiplices ſpecies, quæ in colore illis reſpondent, atque ita Botanici inter ſe non conveniunt, quoniam unus unam, alius aliam plantam oſtendit. Nos equidem fatemur, viſis, & requiſitis locis, quos præfatus Auctor luſtravit, plantas ſupradictas, ac ab eo præcipue deſcriptas prorſus ignorare; quamobrem in nonnullis obviis, cinereis, & viridantibus Italicis Lichenibus illos æmulantibus Columniana ſynonima ſub dubium adjungemus; & aliis vaticinandi curam relinquemus.

ORDO XXI.

Tab. 49. *Semina ſubhirſuta* (*Tab.* 37. T) *tum per totum plantarum marginem ſine ullo intervallo A, tum in eorum plano diſrupta cute, in diſtinctos veluti glomos B egredientia.*

LICHEN Pulmonarius, arboribus adnaſcens, inferne obſcurus, deſuper lacunatus, ex glauco, & cinereo flaveſcens, receptaculis florum rubeis Tab 49. *Lichenoides arboreum, folioſum, cinereum, & ſinuatum, inferne ſcabrum Raii Synopſ. ed.* 3. 75. *num.* 77. *Muſco-Fungus Lichenoides cruſtæ modo adnaſcens, major, cinereus Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 633? *num.* 1. *Sect. XV. Tab.* 7. *fig.* 1. Per Plebaniam Imprunetæ variis in locis, & ſignanter in querceto juxta Divi Stephani Sacellum, vulgo *il Romitorio di Biſonica*, nec non ad Caſtanearum radices, tum circa Cœnobium Vallis-Umbroſæ, tum ſecus torrentem Limæ, in Piſtorienſi ditione. Londino D. Sherardus miſit.

ORDO XXII.

Tab. 49. IV. *Semina ſubhirſuta* (*Tab.* 37. T) *tum per totam plantarum peripheriam* C, *tum in earum ſuperficie per reticulatas rimas* D *emergentia.*

LICHEN Pulmonarius, foliis eleganter diviſis, inferne nigerrimis, & cirroſis, ſuperne lacunatis, & glauco cinereis, receptaculis florum fuſco-vireſcentibus Tab. 49. fig. 1. *Lichenoides cruſta folioſa, ſuperne ex cinereo glauca, inferne nigra, & cirroſa, ſcutellis nigricantibus Dill. Cat. Giſs.* 206. Copioſe creſcit apud nos in Abietum caudicibus, raro vero in fruticibus, & ſaxoſis locis. D. Dillenius ex agro Giſſienſi tranſmiſit.

2. Lichen Pulmonarius, tinctorius, foliis eleganter, & tenuiter diviſis, inferne nigricantibus, & cirroſis, ſuperne purpureis, & lacunatis, receptaculis florum concoloribus Tab. 49. fig. 2. *Lichen nigricans, Omphalodes Iuſt. R. H.* 549. *Bot. Pariſ* 116. *num.* 13. *Tab. XX. fig.* 10. *Lichen cruſtæ modo ſaxis adnaſcens, tinctorius Iuſt. R. H.* 549. *Lichenoides ſaxatile, tinctorium, foliis piloſis, purpureis Raii Synopſ. ed.* 3. 74. *num.* 70. In Italia nondum vidimus, ſed a Clariſſimis Viris Sherardo, & Vaillantio ſpecimen poſſidemus.

ORDO XXIII.

IV. *Semina ſubhirſuta* (*Tab.* 37. T) *circa foliorum margines erumpentia* D. *Tab.* 43.

LICHEN Pulmonarius, craſſus, ſuperne e cinereo plumbeus, toroſus, ac filamentoſus, inferne albus, & villoſus, receptaculis florum ex rubro ferugineis Tab. 43. fig. 1. In Fagorum, Abietum, Caſtanearumque caudicibus, non ſolum per Piſtorienſes Alpes, verum etiam per Camaldulenſes, & Falteronæ tractus.

2. Lichen Pulmonarius, minor, ſuperne cinereus, inferne nigricans, receptaculis florum atro-rubeis, externa parte verrucoſis Tab. 43. fig. 3. *Muſcus cruſtæ, aut Lichenis modo arboribus adnaſcens, cinereus Raii Synopſ. ed.* 2. 23. *num.* 1. Circa Florentiam pluribus in locis ad Quercus, Cerros, Caſtaneas, cæteraſque conſimiles arbores admodum provenit, ut prope Pratolini rus, Montis Senarii Cœnobium, & Caſiniani Eccleſiam, præſertim per ſylvas cæduas DD. de Puccis. Londino, & Lutetia Pariſiorum ab amicis noſtris ſæpe memoratis tranſmiſſus.

3. Lichen Pulmonarius, vulgatiſſimus, ſuperne albo-cinereus, inferne nigricans, ſegmentis anguſtis, & eleganter diviſis, receptaculis florum nigricantibus Tab. 43. fig. 2. *An Lichenoides arborum cruſta folioſa, albo-cinerea, tenuiter, & eleganter diſſecta, ſcutellis nigris Dill. Cat. Giſſ.* 207. *& Raii Synopſ. ed.* 3. 74. *num.* 72? *An Lichen Dioſcoridis, & Plinii ſecundus, colore cinereo Col. Part.* 1. 331. *Inſt. R. H.* 548? Ad arbores ubique oritur.

4. Lichen Pulmonarius, minor, tenuiter diviſus, inferne albidus, ſuperne cinereus, receptaculis florum obſolete ſpadiceis. In Regio viridario ad Cupreſſos, videlicet in loco dicto *il Fruttaro de' Razzeruoli*.

5. Lichen Pulmonarius, Alpinus, foliis anguſtiſſimis, eleganter diviſis, ſuperne e cinereo vireſcentibus, inferne nigricantibus, & cirroſis, receptaculis florum fuſcis, coronatis, ſeu folioſis Tab. 43. fig. 4. In Piſtorienſibus Alpibus ad Fagos.

6. Lichen Pulmonarius, aureus, vix conſpicuus, tenuiſſime diviſus, receptaculis florum concoloribus Tab. 43. fig. 5. In arborum, & fructuum ſtipitibus ubique frequens *v. g.* in *Boboli*, & in Botanicæ Societatis horto, nec non per magnum ambulacrum, vulgo *lo Stradone del Poggio Imperiale*.

ORDO XXIV.

III. *Receptacula florum pedunculo veluti inſidentia* A. *Tab.* 50.

IV. *Semina ſubhirſuta* (*Tab.* 37. T) *circa margines ſupremæ foliorum partis* B, *& in dorſo receptaculorum florum* C *e cutis laceratione veluti naſcentia*.

LICHEN Pulmonarius, criſpus, inferne nigerrimus, & glaber, ſuperne cinereus, receptaculis florum ſubobſcuris Tab. 50. fig. 1. *Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, cinereus, minor, umbilicis nigricantibus Inſt. R. H.* 549. *Hiſt. Plant. Pariſ.* 484. *Bot. Pariſ. Tab. XXI. fig.* 12. *An Lichen Dioſcoridis, & Plinii ſecundus, colore cinereo Col. Part.* 1. 331? In arborum caudicibus, locis præſertim montanis in Etruria affatim provenit, ſed cum receptaculis florum rariſſime occurrit, nam in omnibus noſtris peregrinationibus geminas tantum plantas comperimus, quarum unam non procul Florentia circa Caſiniani Eccleſiam in ſylva aucuparia DD. de Puccis, alteram in Iliciferis, & Suberiferis ſylvis, Piſas inter, & Liburnum.

2. Lichen Pulmonarius, latifolius, inferne albidus, ſuperne cinereus, receptaculis florum concoloribus Tab. 50. fig. 2. In Suberibus, & Ilicibus ſylvæ ſupra-

dictæ copiosus provenit, cum floribus vero non minus raro, quam præcedens.

3. Lichen Pulmonarius, minor, cinereus, flabelli-formis, lymbo superna parte repando. In Abietum dorso Villæ Pratolini, atque Montis Senarii, ut & ad Cupressos in *Boboli*.

ORDO XXV.

Tab. 50. I. *Lichenes crustacei, Pulmonarii, coriacei, tubulati* D, *ramulorum apicibus in prima specie clausis* E, *in secunda vero laxis* F.

IV. *Semina subhirsuta* (*Tab.* 37. T) *nascentia e solutione cutis, vel ab externis* E, *vel internis* F *ramulorum extremitatibus*.

LICHEN Pulmonarius, arboribus adnascens, desuper cinereus, subtus anthracinus, segmentis teretibus, tubulosis, corniculatis, ad extremitates clausis, receptaculis florum subrubentibus Tab. 50. fig. 1. In Abietibus tum circa Archicœnobium Vallis-Umbrosæ, tum Camaldulensium, ac Montis Senarii Eremum, atque etiam prope Regiam Pratolini Villam.

2. Lichen Pulmonarius, arboribus adnascens, desuper cinereus, subtus anthracinus, segmentis teretibus, tubulosis, corniculatis, crebre divisis, ad extremitates hiantibus, & veluti cristatis, receptaculis florum rubeis Tab. 50. fig. 2. *Lichen crustæ modo arboribus adnascens, tenuiter divisus Inst. R. H* 548. *Bot. Paris.* 116. *num.* 12. *Hist. Plant. Paris.* 344. & 481. *Lichenoides ceratophyllon, obtusum, & minus ramosum Raii Synops. ed.* 3. 76. *num.* 85. Ex Anglia, & Lutetia Parisiorum transmissus, atque in iisdem locis cum præcedenti non raro legimus, a quo procul dubio diversus est.

ORDO XXVI.

Tab. 50. I. *Lichenes crustacei, Pulmonarii, coriacei, non tubulati*.

IV. *Semina subhirsuta* (*Tab.* 37. T) *circa margines inferioris foliorum partis* G, *e solutione cutis veluti enascentia*.

LICHEN Pulmonarius, cristatus, arboribus adnascens, exiguus, inferne albidus, desuper cinereus, receptaculis florum subobscuris Tab. 50. fig. 1. In Castanearum corticibus secus torrentem Limæ juxta Curilianum dictionis Pistorienſis.

2. Lichen Pulmonarius, cristatus, arboribus adnascens, exiguus, angustioribus segmentis, receptaculis florum obscurioribus Tab. 50. fig. 2. Inter Liburnum, & Cœnobium Vallis-Benedictæ, prope Villam de Grifonis nuncupatam *Limone* in Suberum caudicibus.

Præcedenti in omnibus similis est, sed paulo minor, & angustior, quod non exprimit Icon, nam ob pictoris incuriam fuit male expressa.

3. Lichen Pulmonarius, saxis, & arboribus adnascens, exiguus, inferne albus, superne cinereo-virescens, receptaculis florum nigricantibus. Per Montem Fesulanum copiosissimus, tum ad arbores, tum ad saxa, præsertim secus viam, quæ ducit ab Ecclesia Cathedrali ad Sacellum, vulgo dictum *il Crocifisso di Fonte Lucente*.

ORDO XXVII.

I. *Lichenes cruſtacei, Pulmonarii, coriacei, ad margines radicati, ſeu barbati.* *Tab.* 50.
IV. *Semina ſubhirſuta* (*Tab.* 37. T) *poſita in ſcrobiculis a diſrupto, & laxo foliorum apice* H, *& margine* I *efformatis, quemadmodum in portione hujus plantæ per lentem viſa, & radicibus deſtituta melius apparet.*

LICHEN Pulmonarius arboribus adnaſcens, exiguus, anguſtifolius, ſuperne cinereus, inferne albus, receptaculis florum obſcuris Tab. 50. In Abietum corticibus Montis Senarii, & Regiæ Pratolini Villæ.

ORDO XXVIII.

IV. *Semina ſubhirſuta* [*Tab.* 37. T) *recondita in tumidis receptaculis, vel ab inferna* K, *vel a ſuperna* L *foliorum parte efformatis.* *Tab.* 50.

LICHEN Pulmonarius, exiguus, ſaxis, & arboribus innaſcens, ad margines radicatus, inferne albus, deſuper ſubcinereus, receptaculis florum nigricantibus Tab. 50. *Muſco-Fungus arboreus, cinereus, minor, marginibus piloſis Mor. Hiſt. Oxon. Part.* 3. 634. *num.* 9. *Lichenoides ſaxatile, & arboreum, tenerius, foliis piloſis, ſcutellis in adverſa foliorum ſuperficie apparentibus Dill. Cat. Giſs.* 207. *Raii Synopſ. ed.* 3. 74. *num.* 69. *An Lichen cinereus, arboreus, marginibus piloſis, minor Bot. Pariſ.* 115. *num.* 4? *Lichen cinereus, minor, marginibus piloſis Ejuſdem Tab. XX. fig.* 5. Copioſiſſimus apud nos creſcit, unde loca præcipua indicare non eſt opus. Londino, & Lutetia Pariſiorum accepimus.

Quamvis in ſequentibus plantis nulla adhuc animadvertantur ſemina, nihilominus, ob radices ad foliorum margines, & reſpectu habitus totius plantæ ſub hoc ordine eas ſubnectimus, & collocamus.

2. Lichen cinereus, arboreus, marginibus piloſis, major Bot. Pariſ. 115. num. 3. *Lichen cinereus, arboreus, marginibus fimbriatis Ejuſdem Tab. XX. fig.* 4. *Inſt. R. H.* 550. *Lichen cinereus, latifolius, aculeatus, umbilicis nigricantibus Inſt. R. H.* 549. *Item Lichen latifolius, ramoſus, minor, hirſutus Ejuſdem* 550. *Tab.* 325. *fig.* C *Muſcus arboreus, pyxidioides, piloſus Flor. Pruſ.* 171. Ad arbores copioſus.

3. Lichen Pulmonarius, minor, ad margines radicatus, inferne albus, ſuperne cinereus, receptaculis florum nigricantibus. *An Lichen cinereus, arboreus, marginibus piloſis, minor Bot. Pariſ.* 115. *num.* 4 ? *Lichen cinereus, minor, marginibus piloſis Ejuſdem Tab. XX. fig.* 5. In fruticibus ubique.

ORDO XXIX.

IV. *Semina ſubhirſuta* (*Tab.* 37. T) *adſita in ſcrobiculis per margines* D *& ſuperficiem foliorum* E. *Tab.* 51.

LICHEN Pulmonarius, minimus, arboribus innaſcens, ad margines radicatus, ſuperne cinereo-fuſcus, inferne anthracinus, receptaculis florum fuſcis Tab. 51. Ad Populos ante, & poſt urbem, juxta Arni ripas, item in *Boboli*, & per magnum ambulacrum Regiæ ſuburbanæ villæ, loco dicto *lo Stradone del Poggio Imperiale* ad Cupreſſos, itemque in via, quæ ad B. Virginis Pacis Templum ducit in Ulmorum ſtipitibus.

2. Lichen Pulmonarius, minimus, arboribus innaſcens, ad margines radicatus, deſuper cinereus, ſubtus albus, receptaculis florum fuſcis. Cum prima ſpecie in iiſdem locis reperitur.

OR-

ORDO XXX.

Tab. 51. I. *Lichenes cruſtacei, Pulmonarii, arctiſſime adnaſcentes, per ſiccitatem rimoſi, ex ſubſtantia plerumque farinacea, & ex loco, in quo proveniunt, niſi in fragmenta ſeparabiles.*

IV. *Semina ſubhirſuta* (*Tab.* 37. T) *vel per totam ſuperficiem, vel in peculiaribus locis in plantis, ut plurimum non floriferis, reperiuntur.*

LICHEN Pulmonarius, ſaxatilis, farinaceus, major, foliis craſſis, ſubrotundis, e cinereo vireſcentibus, inferne albis, receptaculis florum ſubrufis Tab. 51. fig. 1. In ſaxorum rimis per Montem Murellum, variis in locis, & præſertim circa Garzæ torrentis originem.

2. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, farinaceus, foliis brevibus, inferne albis, deſuper e cinereo vireſcentibus, receptaculis florum rufis Tab. 51. fig. 2. *An Lichen opere Phrygio ornatus Bot. Pariſ. Tab. XXI. fig.* 1? In antiquis parietibus, & ad ſaxa circa Florentiam ubique.

3. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, farinaceus, foliis brevibus, ſordide vireſcentibus, ad fulvum colorem tendentibus, receptaculis florum nigricantibus. In Monte Murello ubi prima ſpecies creſcit.

4. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, farinaceus, foliis exiguis, multum laciniatis, viridantibus, receptaculis florum nigris. Secus torrentem, vulgo *Rimaggio.*

5. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, farinaceus, foliis exiguis, inferne albis, ſuperne aurantiacis, receptaculis florum nigris. In Monte Acuto Florentia non longe, in Plebania Cercinæ.

6. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, farinaceus, glauco-vireſcens, anguſtioribus ſegmentis, receptaculis florum griſeis Tab. 51. fig. 4. *An Lichen Diſcoridis, & Plinii ſecundus, colore vireſcente Col. Part.* 1. 331? Hic eſt apud nos ita obvius, ut nullum inveniatur tectum, atque paries, & ſaxa, in quibus non reperiatur.

7. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, farinaceus, ex albo ſubcinereus, foliis pulpoſis, pulverulentis, receptaculis florum griſeo rufis Tab. 51. fig. 5. *An Lichen Dioſcoridis, & Plinii ſecundus, colore cinereo Col. Part.* 1. 331? In ſaxis, & prædiorum muris extra urbem noſtram ſine tædio reperitur.

8. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, farinaceus, foliis pulpoſis, pulverulentis, ſulphureo-vireſcentibus, receptaculis florum griſeo-rufis. In parietibus aquæductum *Boboli* viridarii. Varietas præcedentis ſolummodo eſt.

9. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, farinaceus, albus, foliis pulpoſis, ad extremitatem magis complanatis, receptaculis florum cinereis Tab. 51. fig. 3. In monte Murello prope ſtabulum Vaccarum Domini Marchionis Dantis de Caſtilione.

10. Lichen Pulmonarius, arboribus adnaſcens, farinaceus, deſuper e cinereo albicans, inferne ex albo rufeſcens, foliis pulpoſis, receptaculis florum nigris. In Cupreſſorum caudicibus, non ſolum in magno ambulacro Imperialis villæ, ſed etiam in viridario *Boboli*.

11. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, farinaceus, cinereus, criſpus, receptaculis florum . . . In muris, & tectis admodum familiaris eſt.

12. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, farinaceus, cinereo-fuſcus, foliis pulpoſis, anguſtioribus, receptaculis florum fuſcis. In ſpondis Pontis Divi Felicis, & per montem Feſulanum copioſus.

13. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, farinaceus, tenuiter diviſus, deſuper ſulphureus, inferne nigricans, per ſiccitatem in portiunculas perexiguas magis ſe dividens, receptaculis florum griſeo-rufis. In ſaxorum ſuperciliis, locis montanis etiam ſiccioribus apud nos, & ſignanter in Monte Murello, & Feſulano.

14. LI-

14. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, farinaceus, coloris aurantiaci, foliis magis appreſſis, receptaculis florum concoloribus. Per Montem Murellum ſupradictum, variis in locis.

15. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, farinaceus, luteus, vulgatiſſimus, foliis pulpoſis, receptaculis florum concoloribus. In muris, & tectis obvius.

16. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, farinaceus, ſulphureus, & mollior, receptaculis florum ex rubro aureis. In Montis Acuti vertice, nec non in prædiorum muris circa Cappuccinorum Cœnobium, vulgo *i Cappuccini di Montui*.

17. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, farinaceus, ex fuſco nigricans, foliis anguſtiſſimis, & creberrimis, receptaculis florum ferme nigris Tab. 51. fig. 6. In ſaxis circa Cercinæ Plebaniam, ſpeciatim ubi dicitur *le Lepricine*; creſcit etiam in quamplurimis locis per Feſulanum Montem.

ORDO XXXI.

I. *Lichenes cruſtacei, Pulmonarii, coriacei.* *Tab.* 52.
III. *Receptacula florum* A *in ſubſtantia plantæ affixa, atque recondita* B, *& minime apparentia, niſi laceratione cutis* C, *quemadmodum in folio per microſcopium valde aucto luculenter apparet.*
IV. *Semina* . . . .

LICHEN Pulmonarius, Alpinus, terreſtris, glauco-vireſcens, receptaculis florum fuſcis Tab. 52. In Alpibus Nurſiæ; veluti in loco *la Portella*, & in Apennino Etruriæ per Cluſentinam ditionem; per illam montium catenam, vulgo *la Falterona*.

ORDO XXXII.

I. *Lichenes cruſtacei, non Pulmonarii, ſeu non folioſi, nec in lacinia ſecti, ſubſtantia ut plurimum farinacea.* *Tab.* 52.
III. *Receptacula florum in interna verrucarum parte* H *adſita, & ſolum per rimam* I *apparentia, rariſſime extra easdem verrucas prorſus exeuntia* K.
IV. *Semina* . . . .

LICHEN cruſtaceus, verrucoſus, Alpinus, arboribus adnaſcens, cinereus, receptaculis florum rufeſcentibus Tab. 52. In jugis Falteronæ ad Fagos, & Abietes.

ORDO XXXIII.

I. *Lichenes cruſtacei, non Pulmonarii, nonnihil ſinuati, ſubſtantia farinacea.* *Tab.* 52.
III. *Receptacula florum in ſuperficie plantæ locata.*
IV. *Semina* . . . .

LICHEN cruſtaceus, ſinuatus, farinaceus, verrucoſus, cinereus, Muſco innaſcens, receptaculis florum nigricantibus Tab. 52. Inter Caſtrum Prati Veteris, & Falteronæ juga circa medium iter.

ORDO XXXIV.

Tab. 52. & 53. I. *Lichenes cruſtacei, non Pulmonarii, indiviſi ſcilicet, neque laciniati, neque ſinuati, ſubſtantia farinacea, vel ex tartaro.*

IV. *Semina ſubhirſuta (Tab. 37. T) in plantis ut plurimum non floriferis, ſeu femineis (Tab. 53. fig. 1. 2. 3. 4.) vel per totam earum ſuperficiem fig. 3. 4. vel in peculiaribus ſcrobiculis fig. 1. 2. enaſcentia.*

LICHEN cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, verrucoſus, candidus, omnium craſſiſſimus, receptaculis florum nigricantibus Tab. 52. In collibus ſterilioribus, circa Florentiam ubique ad ſaxa.

2. Lichen cruſtaceus, farinaceus, arboribus adnaſcens, verrucoſus, candidus, receptaculis florum rufeſcentibus. Non longe ab Abbatia S. Caſſiani, vulgo *Monte Scalari*, in loco dicto *il Piano della Vite*, ad Ceraſa; ut etiam in Piſtorienſibus Montibus per loca *l' Erba minuta*, ſubinde in Ceraſorum ſtipitibus.

3. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, farinaceus, verrucoſus, candidus, receptaculis florum concoloribus. Ad Cerros circa Paternum Vallis-Umbroſæ horreum, in loco *Monte Peſcoli*.

4. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, farinaceus, verrucoſus, ſulphureus, receptaculis florum fuſcis. In Quercuum caudicibus circa rus Patruum Dominicanorum S. Mariæ Novellæ, loco dicto *Carmignanello*, item circa Pratolinum Villam Regiam.

5. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, farinaceus, verrucoſus, ex albo ſubvireſcens, receptaculis florum eleganter rufis, extrinſecus veluti ſtriatis. In Abietum ſtipitibus Montis Senarii.

6 Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, verrucoſus, albus, receptaculis florum concoloribus, & copioſioribus. In Caſiniani collibus, inter rus Domini de Arrighis, & rivulum *Soglia*, nec non in Plebania Cercinæ, per loca *le Maſſe*, in capite viæ, quæ ad ſupradictam Eccleſiam ducit.

7. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, verrucoſus, cinereus, receptaculis florum nigris, criſpis, & copioſioribus. Per Montem Feſulanum ſecus torrentem Menſuæ.

8. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, & arboreus, verrucoſus, cinereus, receptaculis florum nigricantibus. *Lichenoides cruſtaceum, & leproſum, ſcutellare, cinereum Dill. Cat. Giſſ. 205. Raii Synopſ. ed. 3. 70. num. 42.* Specimen a D. Sherardo communicatum e Fraxinea cruſta depromptum eſſe videtur.

9. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, obſcurus, receptaculis florum nigris, non tumentibus. Super ſaxa circa Abiegnam ſylvam Montis Senarii, præſertim prope ruſticalem domunculam nuncupatam *il Tufo*.

10. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, ſaturo-cinereus, receptaculis florum amplioribus, nigris, non tumentibus. Juxta fluvium Emæ, inter pontem Divi Felicis, & pontem Jozulum, nec non in Caſiniani Cura, Soliæ rivulum inter, & Villam DD. de Arrighis.

11. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, ſubobſcurus, receptaculis florum nigris, amplioribus, & tumentibus. Per locum *la Conſuma*.

12. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, ſubobſcurus, receptaculis florum nigris, minoribus, & tumentibus. In viridario *Boboli*.

13. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, ſulphureo-cinereus, receptaculis florum nonnihil tumentibus, primum nigris, deinde rufeſcentibus. In vetuſtis prædiorum muris circa Florentiam, & in ſpondis pontis Divi Felicis copioſe oritur.

14. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, cinereus, receptaculis florum nigris, & nonnihil tumentibus. In ſaxis, & antiquis parietibus per Feſulanum montem. Varietas præcedentis ſolummodo eſt.

15. Li-

15. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, viridis, non verrucoſus, receptaculis florum ferrugineis. In muris aquæductuum viridarii *Boboli*, & ad ſaxa circa Eccleſiam Divi Felicis ad Emam.

16. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, verrucoſus, ſulphureus, receptaculis florum nigricantibus, per oras tenuiſſime ſtriatis. In margine viæ inter Cœnobium Divi Dominici, & Patrum Franciſcanorum, vulgo *la Doccia*.

17. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, verrucoſus, albus, receptaculis florum nigricantibus, per oras tenuiſſime ſtriatis. Per viridarium *Boboli*, in aquæductis juxta urbis mœnia, ſecus marginem ambulacri ex lapillis varie coloratis incruſtatum.

18. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, verrucoſus, Alpinus, albus, molliſſimus, receptaculis florum nigricantibus, majoribus, per oras tenuiſſime ſtriatis. In Petræ Alvernæ rupibus ad Septentrionem.

19. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, luteus, receptaculis florum nigris. *An Lichenoides cruſtaceum, tenuiſſimum, ſegmentis quadratis, flavo, & nigro colore elegantèr variegatis Dill. Cat. Giſſ. 206?* In collibus prope Florentiam ad ſaxa copioſus, præſertim per montem Feſulanum, & Caſiniani Curam.

20. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, recens luteus, per ſiccitatem fuſcus, receptaculis florum ſemper nigris. In *Boboli* viridario, in ſaxis ſecus aquæductum.

21. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, ex albo ſubcinereus, receptaculis florum exiguis, concavis, & nigricantibus, ac in ſubſtantia plantæ veluti infixis. In tectorum tegulis, & ad ſaxa ubique, præſertim locis montoſis circa urbem.

22. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, verrucoſus, cinereus, receptaculis florum exiguis, concavis, & nigricantibus, ac in ſubſtantia plantæ veluti infixis. In montanis locis ſupra urbem. Præcedentis varietas eſt.

23. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, non verrucoſus, albus, receptaculis florum exiguis, nigricantibus, concavis, & criſpis, ac in ſubſtantia plantæ veluti infixis. In Cluſentinis montibus, ut in loco dicto *la Conſuma*.

24. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, non verrucoſus, ex albo ſubcinereus, receptaculis florum atro-rufis, ad ferrugineum tendentibus. In ſaxis ſecus torrentem dictum *Rimaggio*, & in collibus Imprunetæ.

25. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, cruſta cinerea, tenui, ex albo ſubcinerea, receptaculis florum atro-rufis, ad ferrugineum tendentibus. In hortis ad Ficus.

26. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, glaucus, tenuiſſimus, receptaculis florum exiguis, carneis. In lapidibus circa PP. Cappuccinorum Cœnobium, vulgo *i Cappuccini di ſopra*, Conceptioni B. M. V. dicatum.

27. Lichen cruſtaceus, Alpinus, arboribus adnaſcens, luteus, receptaculis florum aureis. In Caſtanearum corticibus per Cluſentinam ditionem, nec non in Abietibus per Falteronæ Jugum.

28. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, cruſta tenuiori, lutea, receptaculis florum ſaturo-aureis. In ſaxoſis locis prope Florentiam, ut per Murelli Montem, & circa Pratolini villam, atque etiam per Plebaniam Cercinæ veluti in Cupreſſeto dicto *le Lepricine*.

29. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, ex cinereo albicans, receptaculis florum crebris, ſubfuſcis, limbo albo, crenato, cinctis. *Lichenoides cruſtaceum, & leproſum, ſcutellis ſubfuſcis Raii Synopſ. ed. 3. 71. num 45.* Circa Podium ad Cajanum ad Cerros, quem etiam Londino Dominus Sherardus miſit.

30. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, ex albo ſubcinereus, verrucoſus, receptaculis florum crebris, ſubfuſcis, limbo albo, non crenato, cinctis. In monte Feſulano ad arbores.

31. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, ex albo ſubcinereus, receptaculis florum ſubfuſcis, minus crebris. Per ambulacrum Regiæ villæ ſuburbanæ, vulgo *lo Stradone del Poggio Imperiale* ad Cupreſſos.

32. Lichen cruſtaceus arboribus adnaſcens, griſeus, in tranſverſalem lineam longe ſe diffundens, receptaculis florum copioſioribus, ac concoloribus. In Falteronæ Jugis ad Fagos.

33. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, ex albo ſubcinereus, receptaculis florum aureis, nudis. Circa Caſtrum Florentinum ad Fraxinos, & non longe a Paterni horreo, in loco monte *Peſcoli*, prope Vallem Umbroſam.

34. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, griſeus in longam, & tranſverſalem lineam, veluti excurrens, receptaculis florum tuberculoſis, nigris, & tumentibus. Ad Fagos, & Abietes per Falteronæ Juga.

35. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, cruſta tenuiori, cinereo-vireſcens, receptaculis florum nigris, & tumentibus. *Lichenoides leproſum, cruſta cinereo-vireſcente, tuberculis nigerrimis Dill. Cat. Giſs.* 205. *Raii Synopſ. ed.* 3. 71. *num.* 52. In arborum corticibus, tum intra, tum extra Florentiam, ſpeciatim in agris Divi Valentini, & per loca vulgo *la Fioraja*, & Londino a D. Sherardo poſſidemus.

36. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, pulverulentus, luteus, receptaculis florum rufis, & tumentibus. In Suberum corticibus prope Liburnum.

37. Lichen cruſtaceus, lignis adnaſcens, pulverulentus, ſulphureus, receptaculis florum nigris, tumidis. In agris ſupradictis nuncupatis *la Fioraja* ad columnas ligneas.

38. Lichen cruſtaceus, Alpinus, lignis putridis adnaſcens, glaucus, receptaculis florum carneis, & tumentibus. In dejectis, atque decorticatis Abietum truncis, per Falteronæ Juga Autumnali tempore.

39. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, cinereus, cruſta tenuiſſima, receptaculis florum luteis, exiguis. Prope Liburnum in ſaxis ſecus Mare, juxta locum vulgo *i Cavalleggieri*.

40. Lichen cruſtaceus, polline tenuiſſimo eleganter virenti veluti conflatus, receptaculis florum aureis. In Monte Feſulano.

41. Lichen cruſtaceus, Muſco plerumque innaſcens, polline cinereo, veluti conflatus, receptaculis florum nigris. In Monte Murello circa vaccarum ſtabulum D. Marchionis de Caſtiglione, nec non in ericetis Scandicci alti, Caſiniani, Juguli, atque Imprunetæ, & etiam in *Boboli* creſcit circa Neptuni Piſcinam, vulgo *il Vivajo del Forcone, o di Nettunno*

42. Lichen cruſtaceus ſaxis, & humo adnaſcens, polline cinereo veluti conflatus, receptaculis florum ex rufo fulvis. In Caſiniani tractu circa rus DD. de Arrighis.

43. Lichen cruſtaceus, ſaxis, & arboribus adnaſcens, gelatinoſus, & verrucoſus, niger, receptaculis florum concoloribus. In antiquis parietibus, tum intra, tum extra Florentiam, & etiam in Falteronæ Jugis ad Fagos vidimus.

44. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, rugoſus, ex cinereo vireſcens, receptaculis florum nigris, exiguis, tumidis. Ad Pyros in loco vulgo *le Caſcine*.

45. Lichen cruſtaceus tuberculoſus, arboribus adnaſcens, tenuiſſimus, ex cinereo vireſcens, ſemina copioſiſſima lutea fundens, receptaculis florum concoloribus. In Cupreſſuum corticibus per magnum ambulacrum Regiæ villæ ſuburbanæ, vulgo *lo Stradone del Poggio Imperiale*.

46. Lichen cruſtaceus, tuberculoſus, arboribus adnaſcens, ex cinereo vireſcens, ſemina lutea copioſiſſima fundens, receptaculis florum ex rufo fulvis. In eodem loco, ac in iiſdem arboribus creſcit.

47. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, ſaturo-virens, receptaculis florum rufis. In ædificiis antiquis per urbem noſtram.

48. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, læte virens, receptaculis florum fuſco-cinereis. Ibidem provenit.

49. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, ex verrucis minutiſſimis, multifidis, atque viridibus veluti conflatus, ſeminibus luteis, receptaculis florum concoloribus. In viridario *Boboli*, ad vetuſtos muros.

50. Li-

50. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, verrucoſus, e cinereo virescens, verrucis perexiguis, ſemina lutea ad latera fundentibus, receptaculis florum concoloribus. In muris aquæductuum in eodem viridario.

51. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, tuberculoſus, tuberculis minoribus, non cavis, viridibus, ſed cum areſcunt farina veluti aſperſis, receptaculis florum nigris. In antiquis murorum cavernulis, & commiſſuris cum ſequenti oritur.

52. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, tuberculoſus, tuberculis majoribus, cavis, veſicam referentibus, viridibus, ſed cum areſcunt farina veluti aſperſis, receptaculis florum nigris.

53. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, ex albo ſubcinereus, receptaculis florum nigris, exiguis. In ſaxis ſecus torrentem vulgo *Rimaggio*, in Ripulenſi planitie, & in quamplurimis locis circa Urbem.

Et quia in ſequentibus plantis hactenus receptacula florum non comperimus, a prædictis, quæ iiſdem non carent, eas diſtinguimus, & ſegregamus.

54. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, farinaceus, albus, ſuperficie in acetabulis pulverulentis veluti effloreſcente Tab. 53. fig. 1. *Muſco-Fungus tartaricus, albeſcens, rugoſus, farinaceus Mor. Hiſt. Oxon. Part. 3. 634. num. 11. Lichen cruſtaceus, albeſcens, ſcutis farinaceis D. Petiv.* In Cerris, & Quercubus circa Paterni horreum, ac alibi in agro Florentino, & Londino a D. Sherardo accepimus.

55. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, farinaceus, ſubcinereus, ſuperficie in acetabulis minoribus, pulverulentis veluti effloreſcente Tab. 53. fig. 2. Ad Cupreſſus, & Ilices per magnum ambulacrum Regiæ ſuburbanæ Villæ, vulgo *lo Stradone del Poggio Imperiale*.

56. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, albus, globulis minutiſſimis undique refertus. In ſaxis per Montem Murellum.

57. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, verrucoſus, cinereus. In prædiorum muris extra portam vulgo *S. Gallo*, initio viæ Bononiam ducentis cum ſequenti creſcit.

58. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, verrucoſus, rimoſus, tenui ſubſtantia, ex albo rufeſcens.

59. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, verrucoſus, tenui ſubſtantia, dilute luteus, & velut ſulphureus. Per Cluſentinos Montes, præſertim in illo dicto *la Conſuma* juxta viam publicam.

60. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, verrucoſus, & granulatus, luteus Tab. 53. fig. 3. Ad pedem Montis Senarii in ſaxis prope ruſticam caſam nuncupatam *il Tufo*, & paulo ſupra Jugulum, verſus Caſinianum copioſus.

61. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, farinaceus, verrucoſus, & non rimoſus, luteus. In Caſtanearum, & Abietum corticibus per Falteronæ Montem, nec non in ſaltu Regiæ Pratolini Villæ ad Cerros.

62. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, neque rimoſus, neque verrucoſus, candidus, pulviſculo concolore undique conſperſus Tab. 53. fig. 4. Circa dictam villam, & per Montem Murellum in Quercuum ſtipitibus.

63. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, neque rimoſus, neque verrucoſus, e ſulphureo virescente, pulviſculo minutiſſimo concolore undique conſperſus. In fornice fontis cujuſdam diruti Eremuli Sanctiſſimæ Virgini Mariæ, & Divæ Catharinæ V. ac M. dicati in ſummitate Montis Murelli. Item ad Montis Feſulani radices in muris prædiorum viæ, quæ a Cœnobio D. Dominici ducit ad Patrum Franciſcanorum Eccleſiam dictam *la Doccia*, circa medium iter, itemque in loco nuncupato *il Piano di Giullari* ad parietes ſylvulæ ruris Domini Senatoris, & Comitis Ferrantis Capponi.

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

64. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, tenuiori ſubſtantia, neque rimoſus, neque verrucoſus, pulverulentus, citrini coloris. In dicto Monte Feſulano prope Villam D. Equitis *del Turco*, & juxta amnem *Ema*, inter Pontem Divi Felicis, & Pontem Jozoli.

65. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, neque rimoſus, neque verrucoſus, totus pulverulentus, griſeus. In Caſtanearum corticibus, per Falteronæ juga.

66. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, ex albo ſubcinereus, ſeminibus cervini coloris undique refertus. In interioribus urbis mœniis, quæ viridarium *Boboli* cingunt.

67. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, molliſſimus, cinereo-glaucus, ſeminibus concoloribus repletus. In ſaxorum commiſſuris, non ſolum per eundem viridarium, ſed etiam extra urbem plurimis locis.

68. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, nonnihil ſinuatus, ex albo ſubcinereus, pulverulentus. In iiſdem fere locis cum antecedenti.

69. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, tenuiſſimus, pulverulentus, aureus, colore elegantiſſimo, & immutabili. Ad Pinos in loco *le Caſcine*, & in *Boboli* ad Ilices, Cupreſſos, & columnas ligneas.

70. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, tenuiſſimus, pulverulentus, pallide-luteus, ſeu ochroleucus. In agris circa Caſtrum Florentinum ad Fraxinos; & ad Cerros, atque Caſtaneas per Cluſentinam ditionem.

71. Lichen cruſtaceus, arboribus, & lignis adnaſcens, tenuiſſimus, pulverulentus, ſpadiceus. In prædicto viridario *Boboli* ſuper varias arbores, caudices, & ligna viget.

72. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, tenuiſſimus, pulverulentus, griſeus. Ubi num. 17. in iiſdem arboribus provenit.

73. Lichen cruſtaceus, arboribus adnaſcens, tenuiſſimus, pulverulentus, ruber. Ad Populos circa urbem.

ORDO XXXV.

Tab. 59. III. *Receptacula florum rotunda* A, *interna parte cava* B, *& baſi ſuperpoſita* C.
IV. *Semina* . . . . . .

Lichen cruſtaceus, terreſtris, cruſta granuloſa, ex albo ſubcinerea, receptaculis florum rotundis, carneis, pediculo inſidentibus Tab. 59. *Lichen terreſtris ericetorum, baſi muſcoſa, capitibus fungoidibus, carnei coloris Flor. Jen.* 350. *Lichenoides fungiforme cruſta leproſa, candida, capitulis, & pediculis incarnatis Dill. Cat. Giſſ.* 205. *Raii Synopſ. ed.* 3. 70. *num.* 40. *Fungelli incarnati coloris minuti Muſco innati March. Brand. Mentz. Pug. Tab.* 6. In ericetis noſtris copioſiſſimus.

Etſi in ſupradicta Synopſi hæc planta credatur eadem cum *Fungo coccineo, capitulo ſphærico, liquore flaveſcente repleto D. Richardſ. Raii Synopſ. ed.* 2. *App.* 336. nihilominus diverſam eſſe ſuſpicamur; quoniam in regione noſtra, ubi dicta planta copioſiſſima creſcit, numquam in ſuis capitulis liquorem prædictum continere vidimus, ſed potius quamdam lanuginem araneæ telæ non abſimilem, quæ pariter occurrit in plantis, quas ex Anglia, & agro Giſſienſi poſſidemus; idcirco ſupradictus Fungus coccineus, potius ad tertiam ſpeciem Lycogalactidis a nobis propoſitam, quam ad dictum Lichenem pertinere exiſtimamus.

2. Lichen cruſtaceus, terreſtris, cruſta granuloſa, ex albo ſubcinerea, receptaculis florum rotundis, fuſcis, pediculo inſidentibus. *Lichenoides fungiforme, terreſtre, capitulis fuſcis Raii Synopſ. ed.* 3. 70. *num.* 39. Londino Dominus Sherardus miſit.

OR-

ORDO XXXVI.

I. *Lichenes cruſtacei, Pulmonarii, ſubſtantiæ ceriaceæ.* *Tab.* 54.
II. *Flores* A *commiſti cum gelatinoſa maſſa* B, *comprehenſa in cavitate* C *receptaculi ſphærici* D.
III. *Receptacula florum in ſubſtantia foliorum ſunt inſerta* E, *& in earum ſuperficie* F, *vix apparent.*
IV. *Semina*, (*Tab.* 37. T) *quæ in illis plantis obſervari nobis contigit, ad foliorum margines occurrunt* G.

LICHEN Pulmonarius, ſaxatilis, e cinereo fuſcus, minimus (Tab. 54. fig. 1.) Inſt. R. H. 549. Hiſt. Plant. Pariſ. 483. Bot. Pariſ. 116. num. 31. Tab. XXI. fig. 14. *Lichenoides ſaxatile, foliis minus diviſis, cinereo-fuſcis Raii Synopſ. ed.* 3. 73. *num.* 66. In ſaxis ad Montis Boni radicem juxta molendinum Diaboli, & ſecus Soliæ rivulum, atque etiam Paternum inter & Toſi molendinum in prærupto loco dicto *le Coſte*, & Lutetia Pariſiorum habuimus.

Tres hujuſce plantæ imagines a Botanico Pariſienſi exhibentur, quum autem Pictor, nimis juvenes, nec adhuc foliis luxuriantes, & nimis venuſtâ forma repræſentaverit, dum veluti torno elaboratas, & quaſi oculi humani effigiem præſeferentes effinxit, quam figuram nec in ſpeciminibus ab authore nobis communicatis, nec in plantis, quæ apud nos exoriuntur, adhuc vidimus; ideoque Iconem exactiorem, licet parvam in Tabula noſtra exhibere voluimus. Color inſuper ejuſdem albus, ſubcinereus ſolum ob vetuſtatem in cinereo-fuſcum vergit.

2. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, minimus, fulvus, foliis pulpoſis. Per Urbem noſtram in parietibus Arni fluvii, & ſignanter ad meridiem inter Pontem vulgo *alle Grazie*, & viam olim *delle Torricelle*, nunc vero *delle Caſine*.

3. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, ſordide vireſcens, foliis minimis Tab. 54. fig. 2. *An Lichen opere Phrygio ornatus Bot. Pariſ. Tab. XXI. fig.* 1 ? In arboribus, & prædiorum vetuſtis muris, tum intra, tum extra Florentiam.

4. Lichen Pulmonarius, terreſtris, clypeatus, minimus, & indiviſus, vireſcens Tab. 54. fig. 3. Ultra Juguli Plebaniam in Caſtaneto Monialium Divæ Felicitatis, & in umbroſis ambulacris viridarii *Boboli*.

5. Lichen Pulmonarius, ſaxatilis, viridis, foliis vix conſpicuis, ſquamatim ſibi incumbentibus, receptaculis florum nigris Tab. 54. fig. 4. In vetuſtis parietibus, tum intra, tum extra urbem copioſus.

ORDO XXXVII.

I. *Lichenes cruſtacei, non Pulmonarii, ſeu indiviſi, ſubſtantia farinacea, & ex tartaro.* *Tab.* 54.
II. *Flores* H. I. *commixti ut plurimum cum maſſa gelatinoſa* K, *comprehenſa in cavitate receptaculi* L *ſphærici* M, *pyriformis* N, *tranſverſe oblongi ſimplicis* O, *vel tranſverſe oblongi multifidi* (*Tab.* 56. G)
III. *Receptacula, vel in Plantarum ſuperficie* P, *vel in earum ſubſtantia* Q.
IV. *Semina* . . . . .

LICHEN cruſtaceus, tartaricus, niger, & veluti deuſtus, receptaculis florum crebris, rotundis. In exiccatis, & ſemiputridis Abietum radicibus per Falteronæ juga.

2. Lichen cruſtaceus, tartaricus, lignis adnaſcens, niger, & veluti deuſtus, receptaculis florum pyramidatis, & verrucoſis. In ſaltu Montis Alverniæ, in ea parte, quæ Septentrionem reſpicit.

3. Li-

3. Lichen cruſtaceus, tartaricus, in arborum cavernulis proveniens, niger, & veluti deuſtus, receptaculis florum Pyriformibus, non verrucoſis Tab 54. fig. 1. Per Ilicum, & Quercuum cavernulas in viridario *Boboli*, & alibi.

4. Lichen cruſtaceus, tartaricus, arboribus adnaſcens, niger, & veluti deuſtus, receptaculis florum exiguis mammiformibus Tab. 54. fig. 4. In Ulmorum cæſuris intra, & extra Florentiam.

5. Lichen cruſtaceus, tartaricus, arboribus adnaſcens, niger, & veluti deuſtus, receptaculis florum rotundis, per ſiccitatem nonnihil appreſſis, & umbilicatis. Per Murelli Montem in arborum cæſuris, & ſpeciatim circa Stabulum vaccarum D. Marchionis de Caſtilionis.

6. Lichen cruſtaceus, tartaricus, arboribus adnaſcens, niger, & veluti deuſtus, receptaculis florum tranſverſe oblongis, & intortis. In emortuis Ilicum cæſuris, plurimis locis, & potiſſimum per viridarium *Boboli*.

7. Lichen cruſtaceus, tartaricus, arboribus adnaſcens, niger, & veluti deuſtus, receptaculis florum tranſverſe oblongis, & quaſi reniformibus non intortis, brevibus Tab. 54. fig. 2. Per ambulacrum Imperialis villæ in Ilicum cavernulis late ſe diffundens.

8. Lichen cruſtaceus, tartaricus, corticibus arborum adnaſcens, niger, & veluti deuſtus, receptaculis florum tranſverſe oblongis, compreſſis. In Monte *Peſcoli* ad Cerros non longe a Paterni horreo.

9. Lichen cruſtaceus, tartaricus, corticibus arborum adnaſcens, cinereus, receptaculis florum ſub cute erumpentibus, nigricantibus, tranſverſe oblongis, varie divarigatis, & compreſſis. *Lichenoides cruſta tenuiſſima, peregrinis veluti literis inſcripta Raii Synopſ. ed. 3. 71. num.* 48. In Ilicum ſtipitibus creſcit, & Londino a D. Sherardo poſſidemus.

10. Lichen cruſtaceus, tartaricus, arboribus adnaſcens, ex ſpadiceo fulvus, receptaculis florum ſub cute erumpentibus, nigricantibus, tranſverſe oblongis, varie divarigatis, & compreſſis. In corticibus arborum, & præcipue ad Corylos cum ſequenti creſcit apud nos.

11. Lichen cruſtaceus, tartaricus, arboribus adnaſcens, ex ſpadiceo fulvus, receptaculis florum in ſuperficie naſcentibus, nigris, tranſverſe oblongis, ac varie divarigatis, & non compreſſis Tab. 56. fig. 3.

12. Lichen cruſtaceus, farinaceus, ſaxatilis, ex albo roſeus, receptaculis florum nigris, tranſverſe oblongis, ramoſis, & non ramoſis. Circa portum Polæ in interioribus Ciſternarum muris, quæ Romanis antiquis inſervierunt.

13. Lichen cruſtaceus, tartaricus, arboribus innaſcens, ſordide cinereus, receptaculis florum nigris, & rotundis. In Aceribus, & Fagorum ſtipitibus per Falteronæ Juga.

14. Lichen cruſtaceus, tartaricus, arboribus adnaſcens, olivaceus, receptaculis florum nigris, perexiguis Tab. 54. fig. 9. Ad Corylos in ſylva aucuparia circa medium ambulacri Regiæ ſuburbanæ villæ, vulgo *lo Stradone del Poggio Imperiale*.

15. Lichen cruſtaceus, farinaceus, arboribus adnaſcens, ex albo rufeſcens, receptaculis florum nigris, perexiguis Tab. 54. fig. 6. Ad Cupreſſos, per ambulacrum villæ antedictæ.

16. Lichen cruſtaceus, farinaceus, arboribus adnaſcens, albus, receptaculis florum rotundis, nigris, & inter ſe longe diſtantibus Tab. 54. fig. 3. In iiſdem arboribus creſcit, non ſolum ubi præcedens, verum etiam per viridarium *Boboli*, & alibi intra, & extra urbem.

17. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, Alpinus, aureus, & criſpus, receptaculis florum rotundis, nigris. In rupibus Sacri Montis Alvernæ ad Septentrionem cum ſequenti creſcit.

18. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, Alpinus, ex cinereo albus, & criſpus, receptaculis florum rotundis, nigris.

20. Li-

19. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, cinereus, receptaculis florum nigris, perexiguis. Per *Boboli* viridarium ſecus urbis mœnia in murorum canaliculis in pilis aquam ducentibus, ubi aves ſitim extinguunt.

20. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, farinaceus, rimoſus, & veluti teſſellatus, ex cinereo albicans, vulgatiſſimus, receptaculis florum nigris Tab. 54. fig. 7. In imbricibus, & tectorum tegulis, nec non ad ſaxa ubique.

21. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, minimus, valde rimoſus rimis, & inferiori parte pullus, deſuper dum recens eſt, luteo-viridis, per ſiccitatem fuſcus, receptaculis florum nigris Tab. 54. fig. 8. In vetuſtis parietibus ubique viget.

22. Lichen cruſtaceus, verrucoſus, arboribus adnaſcens, grandinatus, flaveſcens, receptaculis florum tribus, vel quatuor, vel pluribus in ſingulis tuberculis comprehenſis. Per Piſtorienſes Alpes multis in locis ad arborum ſtipites, & ſignanter circa cauponam, vulgo *l' Erba minuta*.

23. Lichen cruſtaceus, verrucoſus, albus, in arborum corticibus in tranſverſalem lineam veluti excurrens, receptaculis florum in ſingulis verrucis pluribus. Circa Caſtrum Florentinum ſecus Fluvium vulgo *l' Elſa*, ad Fraxinos.

24. Lichen cruſtaceus, ſaxatilis, verrucoſus, pallidus, receptaculis florum concoloribus, & baſi quadam ſuperpoſitis, priapum perbelle repræſentantibus. In Piſtorienſi ditione, paulo ante Caſtrum S. Mamantii, in loco dicto *Piteccio* ad ſaxa.

ORDO XXXVIII.

I. *Lichenes fruticoſi, non tubulati* K. *Tab. 39.*
III. *Receptacula florum, ut in ordine antecedente, ſed in cauliculorum ſummitate locata* H.
IV. *Semina* . . . . .

LICHEN fruticoſus, Coralloides, non tubuloſus, cinereus, ramoſiſſimus, receptaculis florum ſphæricis, concoloribus Tab. 39. fig. 6. *Lichenoides non tubulatum, ramulis, ſcutellis nigris terminatis Raii Synopſ. ed. 3. 66. num. 13. Muſcus Coralloides, Tumbricenſis, bracteolis nigerrimis Muſ. Petiv. num.* 437. In Laci nigri, & Falteronæ Alpibus, ut plurimum ad Fagos, & Londino Dominus Sherardus communicavit. De qua planta in ordine V. loquuti ſumus.

2. Lichen ſaxatilis, maritimus, Muſcoſus, minimus, nigerrimus. Non procul Liburno juxta locum vulgo *i Cavalleggieri*, ſuper ſaxa, quæ a Mari interdum alluuntur.

Plures Lichenum ſpecies recenſentur apud nos, in quibus non plane acquieſcimus.

Lichen dicitur a ſanandis Lichenibus, ſeu Impetiginibus, ſive quod eas ut plurimum referat.

LICHEN-AGARICUS.

LICHEN-AGARICUS eſt plantæ genus, floribus apetalis, ſubrotundis (Tab. 54. R), vel filo nodoſo-formibus (Tab. 55. S) ſterilibus, & nudis, ſcilicet calyce, pyſtillo, atque ſtaminibus deſtitutis, & maſſæ gelatinoſæ affixis (Tab. 54. T, & Tab. 55. T) quæ maſſa reconditur in cavitate receptaculi (Tab. 54. V, & Tab. 55. V) ſphærici (Tab. 54. X, & Tab. 55. X) vel cylindracei (Tab. 55. Y,) qui vel ſupra (Tab. 55. Z) vel infra (Tab. 54. a & Tab. 55. a) plantarum ſuperficiem locati. Semina autem in plantis, quas obſervavimus, plerumque rotunda, nitida, & ſolitaria (Tab. 55. b) in exteriori plantarum parte ſummita- *Tab. 54. & 55.*

mitatem versus (Tab. 54. c, & Tab. 55. c) tamquam pollen nascentia. His notis adjungimus plantarum crassitiem, & substantiam, quæ ad Agaricum potius quam ad Lichenem pertinent.

ORDO I.

Tab. 54. & 55. *Lichenes-Agarici erecti, ramosi, & non ramosi.*

Lichen Agaricus, nigricans, ligno adnascens, plerumque multifidus, & compressus, ima parte villosus, summa vero glaber, albidus, & pulverulentus Tab. 55. fig. 1. *Coralloides ramosum, nigrum, compressum, apicibus albidis Inst. R. H. 565. Coralloides digitatum, nigrum, apicibus albidis Pet. Gazophyl. Tab. LXII. fig. 12. Fungus ramosus, niger, compressus, parvus; apicibus albidis Raii Synopf. ed. 3. 15. num. 8. Fungus lignosus, rostratus, Antuerpiensis Bocc. Musc. Part. 1. 296. Tab. 116. & 266. Muscus palmatus, farinaceus, digiti altitudine, e caudicibus Quercuum putrescentibus, caule nigro, gracili assurgit, summumque ejus capitulum depressum in aliquot extrema acuta, quasi palma in digitos scinditur, candidoque polline efflorescente albescit Flor. Altdorf.* In aridis, & putrescentibus lignis, non solum per viridarium *Boboli*, sicut etiam in quamplurimis sylvis circa Florentiam.

2. Lichen-Agaricus, qui Litophytoides terrestre, digitatum, nigrum (Tab. 54. fig. 4.) Comm. Ac. R. S. Anno 1711.

Nostra Icon deprompta est ex Commentariis Academiæ Regiæ Scientiarum, anno supra citato, quoniam genuina planta hactenus ad manus nostras non pervenit, quam proculdubio diversam esse credimus ab *Hypuxilo, seu excremento ligni putridi fungoso Mentz. Pug. Tab. 6.* quamvis aliis idem esse videatur. Sub initium, quo rei herbariæ operam dedimus, & Fungis adhuc animum non applicavimus, in saltu Montis Alvernæ observavimus plantas ad Fraxinorum radices omnino respondentes Iconi Mentzelianæ, & prorsus diversas ab illis, quæ in supradictis Commentariis, & in nostra Tabula extant.

3. Lichen-Agaricus nigricans, Cupressiformis, ramosus, & non ramosus, lignis aridis adnascens Tab. 55. fig. 2. In Quercineis lignis, circa Casiniani Ecclesiam.

4. Lichen-Agaricus terrestris, digitatus, niger, apicibus albo-rufis, seminibus griseis, undique conspersis, radice membranacea, longissima, varie divaricata, & implexa Tab. 54. fig. 4. In umbrosis ambulacris horti Medici Florentini sponte crescit, ubi radicem suam usque ad cubitalem longitudinem in humo demittit.

Ad hoc genus, & ordinem spectare videtur *Clavaria militaris, crocea Bot. Paris. 39. Tab. VII. fig. 4.*

ORDO II.

Tab. 54. & 55. *Lichenes-Agarici, alii tuberosi, alii crustacei, receptaculis florum, vel supra (Tab. 55. Z) vel infra superficiem (Tab. 54. aa, & Tab. 55. aaa) locatis.*

Lichen-Agaricus tuberosus, niger, Agarici officinalis facie, cortice nitido, & fere splendente. In Etruriæ maritimis, Aprili mense ad dejectarum arborum caudices oritur.

2. Lichen-Agaricus crustaceus, initio subhirsutus, & Oleæ conditæ coloris, per siccitatem glaber, niger, & veluti deustus, receptaculis florum mammiformibus elegantissimis Tab. 55. fig. 1. Ad emortuas Lauri radices, per viridarium *Boboli*, ac alibi intra, & extra urbem.

3. Lichen-Agaricus crustaceus, crassus, Bovinum renem veluti repræsentans, niger, & quasi deustus Tab. 54. fig. 1. In viridario *Boboli* ad emortuas Lauri radi-

radices, in ſylvula aucuparia, juxta locum ad Trutas ſervandas.

4. Lichen-Agaricus, cruſtaceus, craſſus, lignis emortuis adnaſcens, albus. In Falteronæ, atque Piſtorii Montibus, ad putrida Caſtanearum ligna.

5. Lichen-Agaricus cruſtaceus, niger, & veluti deuſtus, ſub ſoluta Caſtanearum cute innaſcens, & late ſe diffundens. Prope Mareſcam in Piſtorienſibus Montibus.

6. Lichen-Agaricus cruſtaceus, niger, & veluti deuſtus, ſub ſoluta arborum dejectarum cute innaſcens, capſulis oblongis, cylindraceis. In Patrimonio Sancti Petri, inter Cornetum, & Montaltum.

7. Lichen-Agaricus, obſcurus, in arborum corticibus, & præcipue ad Ilices innaſcens, ſuperficie lævi, & veluti ſubhirſuta Tab. 55. fig. 2. in viridario *Boboli*, & per magnum ambulacrum ſuburbanæ villæ, vulgo *lo Stradone del Poggio Imperiale* in Ilicibus plerumque.

8. Lichen-Agaricus, bullatus, parvus, ex obſcuro nigricans, ſub cute arborum exiccatarum erumpens Tab. 54. fig. 2. Provenit per Piſtorienſes Alpes, & Falteronæ juga.

9. Lichen-Agaricus terreſtris, ſcutatus, albus Tab. 54. fig. 3. In agris prope Telamonem in Etruria, Martio menſe.

ORDO III.

Lichenes Agarici, non cruſtacei, ſed ceſpitoſi; receptaculis florum in ſuperficie A. *Tab.* 55.

LIchen-Agaricus ceſpitoſus, acaulis, nigricans, ſub cute Anagyridis non fœtide erumpens Tab. 54. fig. 5. Autumnali tempore per Senarii, atque Murelli Montem occurrit.

2. Lichen-Agaricus ceſpitoſus, acaulis, ruber, ſub cute Anagyridis fœtide erumpens. In Camaldulenſibus, & Falteronæ jugis tempore ſupradicto.

3. Lichen-Agaricus ceſpitoſus, acaulis, ruber, in Abietum corticibus innaſcens, receptaculis florum ſphæricis, & nitidis. In eodem tempore, ac conſimilibus locis, ut præcedens creſcit.

4. Lichen-Agaricus ceſpitoſus, acaulis, ex rubro ferrugineus, in arborum cæſuris innaſcens. Ad Ulmos, & Caſtaneas plerumque oritur.

5. Lichen-Agaricus ceſpitoſus, acaulis, nigricans, & dum ſub arborum cute erumpit, pulviſculo farinaceo, quo eſt involutus ſeſe exonerat. Prope Florentiam in ſylva aucuparia circa medium Regiæ ſuburbanæ Villæ ambulacrum, in variis arborum exiccatarum ramis.

Lichen-Agaricus dicitur quaſi planta inter Lichenem, & Agaricum.

LICHENOIDES.

LIchenoides eſt plantæ genus, floribus apetalis, ſiliquam quodammodo repræſentantibus A, in ſingulis internodiis cavis B, & aere dumtaxat repletis, ſterilibus, atque nudis, orbatis ſcilicet calyce, piſtillo, & ſtaminibus, in maſſa gelatinoſa C commixtis, atque incluſis D, quæ maſſa, vel ſingula, vel bina, vel terna, in fornicatis cellulis E, ac ſumma parte perforatis F, & ab ipſa ſubſtantia plantæ tantummodo formatis comprehenditur. Semina autem hactenus perſpecta non habemus. *Tab.* 56.

Lichenoidis ſpecies ſunt.

1. Lichenoides cruſtaceum, arboribus adnaſcens, tenuiſſimum, ex cinereo rufum, capſulis majoribus, & rarioribus Tab. 56. fig. 1. In ſylvis ad arbores, & præcipue ad Corylos per agrum Florentinum.

2. Lichenoides cruſtaceum, arboribus adnaſcens, tenuiſſimum, ex cinereo album, capſulis majoribus, crebris. In Piſcienſi ditione per ſaltum PP. Cappuccinorum, vulgo *del Torricchio*.

3. Lichenoides cruſtaceum, arboribus adnaſcens, tenuiſſimum, ex cinereo rufum, capſulis exiguis, crebris Tab. 56. fig. 2. *Muſco-Fungus tartareus, leproſus, ſcutellaris, cinereus Mor. Hiſt. Oxon. Par.* 3. 637. Londino D. Sherardus miſit, & in quamplurimis ſylvis apud nos reperitur, ſed minus obvium, quam prima ſpecies.

Lichenoides dicitur quaſi planta ad Lichenem accedens.

DISTRIBUTIO II.

Plantæ cruſtaceæ, ſubſtantiæ herbaceæ; flore apetalo monoſtemone, ſeu unico dumtaxat filamento conſtante, apice, vel capſula farinacea deſtituto a fructu unicapſulare, & polyſpermo remoto.

RICCIA.

Tab. 57. RICCIA eſt plantæ genus, floribus A apetalis, ſingulari ſcilicet filamento apice deſtituto B conſtantibus, ſterilibus, & calyce orbatis, in nonnullis ſpeciebus a rima nervi medii foliorum C ſurgentibus, ut in foliis per longum dimidiatis D melius apparet, in aliis vero ſuperficiei tantum innaſcuntur E. Fructus ſunt capſulæ F, aliquando in plantis non floriferis G, aliquando verò in floriferis E, ſed in ipſarum foliis, quæ florem non proferunt H; In plantis primi ordinis e foliorum rimis H, vel ſtellatis ſcrobiculis egrediuntur I, & ſupra eorumdem planum extolluntur. In ſecundo vero ordine in ipſa foliorum ſubſtantia K continentur, nec priuſquam cutis corrumpatur L oculis ſeſe offerunt; omnes ſingulari cavitate donatæ M, ſeminibus minutiſſimis N repletæ, neque dehiſcunt, ſed jam maturæ paulatim diſſolvuntur.

ORDO I.

Riccia fructu e rimis foliorum ſurgente, & ſupra eorumdem foliorum planum ſe extollente.

RICCIA major, Coriandri ſapore, foliorum ſuperficie, veluti teſſellata, fructu ſubrotundo, aſpero Tab. 57. fig 1. In herbidis, & ericetis montoſis, ab Autumno uſque ad Ver viget; ut in Montibus Feſulano, Lupo, & Bono, nec non in collibus Montis Hugonis, ſive *Montuì*, Scandiccii alti, Caſiniani, & ſimilibus; item Piſtorii extra portam Divi Marci ad aggeres Molendini Abbatiæ S. Michaëlis in Furculis.

2. Riccia media, obſcurè virens, foliis altius ſulcatis, in ſuperficie veluti punctatis, fructu pyramidato, glabro Tab. 57. fig. 2. Per Feſulanum Montem inter Muſcos viget, potiſſimum in via, quæ ducit ad PP. Franciſcanorum Cœnobium, dictum *la Doccia*.

OR-

ORDO II.

Ricciæ fructu in foliorum ſubſtantia contento.

RICCIA minor, latifolia, pinguis, aſpergine chryſtallina perfuſa Tab. 57. fig. 3. *Hepatica paluſtris, lobis criſtatis Bot. Pariſ. num. 5. Tab.* XIX. *fig.* 2. Brumali, atque Vernali tempore in urbanis hortis ubique, & ita copioſe creſcit, ut ab hac hortulani, & floricultores abhorreant.

2. Riccia minima, pinguis, foliis latiuſculis, ample ſulcatis, e glauco vireſcentibus Tab. 57. fig. 4. *An Hepatica paluſtris, bifurcata, lobis brevibus, carinatis Bot. Par.* 98. *num. 6. Tab.* XIX. *fig.* 1? In Inſula horti Medici Societatis Botanicæ Florentinæ, Autumno germinare incipit, & uſque ad totam Hyemem, & initio Veris viget.

3. Riccia minima, glauca, ſegmentis anguſtioribus, ad margines piloſis Tab. 57. fig. 5. In limitibus viæ paulo ante Oppidulum dictum *la Romola*.

4. Riccia minima, nitida, ſegmentis anguſtioribus, acutis Tab. 57. fig. 6. In Juguli Plebania per ſylvam cœduam, Caſtaneis conſitam Aſcetriarum Divi Felicis, & alibi in eodem territorio.

5. Riccia minima, pinguis, aſpergine chryſtallina perfuſa Tab. 57. fig. 7. In ſylva Cœnobii Patrum Franciſcanorum, vulgo *la Doccia* ſupra memorata.

6. Riccia minima, anguſtifolia, cinericia, ſegmentis craſſis, non ſulcatis Tab. 57. fig. 8. In viculo ſecus prædictam ſylvam cœduam ad rivulum rami torrentis Vingonis ducentem.

7. Riccia minima, ſegmentis brevioribus, & obtuſioribus, ample ſulcatis Tab. 57, fig. 9. Cum duabus prædictis, ab Autumno uſque ad Aprilem menſem germinat, ſi tellus a frequenti pluvia madefiat.

Riccia dicitur ab Illuſtriſſimo, & Clariſſimo Domino Petro Franciſco Riccio, Senatore, Præſide Equeſtris Ordinis Divi Stephani Pontificis, & Martyris, Almæ Piſanæ Academiæ Auditore, Societatis Botanicæ Florentinæ Socio, ac ſtudiorum omnium patrono vigilantiſſimo, cujus nomini dicatam voluimus.

SALVINIA.

SALVINIA eſt plantæ genus, aquis ſtagnantibus proveniens, & innatans, floribus A apetalis, ſingulari ſcilicet filamento B apice deſtituto, ac in ſpiræ modum intorto conſtantibus, & in foliorum ſuperficie C ex verrucarum cacumine D, quaternis plerumque exeuntibus. Fructus ejus ex media fibrarum radicis coma erumpit E, modo ſingularis F, modo duplex G, modo triplex H, quandoque quadruplex, ſubrotundus, unicapſularis I, ſeminibus ovatis, & verrucoſis K repletus. *Tab.* 58.

Salviniæ ſpeciem unicam novimus.

1. Salvinia vulgaris, aquis innatans, foliis ſubrotundis, punctatis, læte virentibus Tab. 58. *Lenticula paluſtris, latifolia, punctata C. B. Pin.* 362., & *Prodr.* 153. *Lens paluſtris Patavina I. B.* 3. 785. *Stratiotes aquaticus Dioſcoridis Cæſalp.* 612. In foſſis paludoſis, tam ſtagnantibus, quam lene fluentibus, Piſas inter, & S. Juliani Montem, & ad ipſius radices in Auxeri fluvio, præſertim in loco *Cardaccoli*. Omnia in tabula a planta ſegregata per microſcopium, & arte in majorem formam redacta.

Nomen huic plantæ præbet Antonius Maria Salvinius Patricius Florentinus, celeberrimus Græcarum literarum in patrio Lycæo profeſſor doctiſſimus, & omnibus fere Sapientum, per Europam Collegiis adſcriptus, editis operibus, poetica laude, jucundis, integerrimiſque moribus, & ſumma erga omnes humanitate clarus, egregiumque urbis noſtræ, vel potius Sæculi ornamentum.

Decimæ Septimæ Claſſi addenda.

QUamquam ante Lichenum deſcriptionem indicaverimus, Muſcorum terreſtrium characterem, & diſtributionem in ſecunda hujus Operis parte nos eſſe daturos, nihilominus, ut amicorum, ſtudioſorumque curioſitati quamprimum ſatisfiat, & ad oſtendendam citius affinitatem ſuperius indicatam, quæ inter decimæ ſextæ, & decimæ ſeptimæ Claſſis flores intereſt, ſicut etiam ad confirmationem florum Lichenum, nempe, quod ſint tales, quales expoſuimus, ſpecimen florum Muſcorum interim exhibemus, eorumdemque ſpecies hucuſque animadverſas, & ubi reperiantur. Prædictorum florum hactenus quatuor tantum novimus ſpecies, quas in Tab. 59. ſub literis A. B. C. D. oſtendimus, quorum illi ad literas A. B. ſunt vulgares, & communes, quos ſcilicet in Muſcorum ſpeciebus circiter triginta jam obſervavimus, & tam in prima, quam ſecunda florum ſpecie juxta plantarum varietatem, parvam tantummodo notavimus differentiam, quemadmodum ſub prædictis literis A. B. luculenter apparet, quæ forſan provenit ob deficientem, vel nimiam eorundem maturitatem, ſed favente Deo, ſedulis, & repetitis obſervationibus veras ipſorum formas aliquando aſſequemur. Hujuſmodi flores A. B, ſimul in iiſdem plantis permixti ſemper reperiuntur, ut in E. F. G. patet; idcirco ſuſpicandi anſam præbuere, alios eſſe mares, alios feminas, quemadmodum in complexu florum radiatorum evenit, & ad eorum ſimilitudinem impares numero deprehenduntur, nam in *Muſco capillaceo, majore, pediculo, & capitulo craſſioribus Inſt. R. H.* 551. plures ſunt mares *a a a a*, quam feminæ *b b b*, & in *Muſco ſquamoſo, foliis acutiſſimis, in aquis naſcente Ejuſd.* 554. plures ſunt feminæ *c c c c*, quam mares *d d d*. Hi flores A. B. ſemper obſervantur in Muſcis fructum non proferentibus, quæ plantæ apud Botanicos feminæ ſolent dici, ut Urtica, Mercurialis, & Lupulus; quorum Muſcorum nonnullas feminas in Tabula expreſſimus H, plerumque juxta ſuum maſculum appoſitas I. Omnium nomina ſunt ſequentia *Muſcus capillaceus, major, pediculo, & capitulo craſſioribus Inſt. R. H.* 550. (fig. 1.) *Muſcus ſtellatus, paluſtris, Alpinus, major, viticulis longioribus, & habitioribus, foliis acutiſſimis, hamatis, & unam partem tantum ſpectantibus, capitulo ſubrotundo, craſſiore, eamdem partem reſpiciente, prælto pediculo inſidente Tab* 59. *fig.* 4. *Muſcus Polygoni folio Inſt. R. H.* 555. (fig. 5.) *Muſcus capillaris, minor, capitulis erectis, vulgatiſſimus Raii Synopſ. ed.* 2. 28. *num.* 2. (fig. 7.) *Muſcus capillaceus, major, ſtellatus I. R. H.* 551. *Bot. Pariſ. Tab. XXIV. fig.* 5. (fig. 2.) *Muſcus trichoides, parvus, capitulo conglomerato, ſeu botryoides Raii Synopſ. ed.* 2. 33. *num.* 1. *& App.* 323. (fig. 8.) *Muſcus ſquamoſus, foliis acutiſſimis, in aquis innaſcens I. R. H.* 554. (fig. 9.) Omnes autem ſupradictæ triginta Muſcorum ſpecies, vel in capitulis nudis K, vel ſquamoſis L, vel foliis circumdatis M, vel in medio ſuorum ceſpitum G, flores ferunt; Capitula vero in ſtellatis, & capillaceis Muſcis ſunt ſemper in cauliculorum ſummitate M, ſquamoſi autem ſemper eadem capitula in foliorum ſinu N. ſecundum ſurculorum longitudinem producunt. Unum horum capitum, quod ad primam Muſci ſpeciem pertinet, ut melius percipiatur integrum adverſa facie O. & per longum ſectum P. exhibemus, ſimulque unicam ex pluribus ſquamis Q. illud componentibus, portionemque florum, quos in ſinu ſuo fovet, ac ſua baſi R. firmatos. Tertiæ ſpeciei flos C. ſuperiori foliorum ſuperficiei S. innaſcitur, tam in maribus, quam in feminis *Muſci minoris, Aloës facie, læte virentis, & quaſi lucidi, foliis pyramidatis, floribuſque in ſuperna parte undique ornatis, quorum latera initio ita arcte, & valde deſuper complicata, ut unum alteri coëat, capitulis corniculatis, operculo in longum mucronem producto, calyptra brevi, ſubfuſca Tab.* 59. *fig.* 6. Quartæ denique ſpeciei flos, qui ſub litera D. continetur, provenit in apice foliorum T, quæ ramorum ſummi-

tates

tates V. conveſtiunt *Muſci Alpini, viticulis longis, bifurcatis, procumbentibus, foliis acutis, hamatis, & unam partem ſpectantibus, ad ramulorum ſummitatem in apice flores præſeferentibus, capitulis . . . . fig.* 3. Utriuſque ſpeciei flores C. D. granis diſtinctis conſtant X. Y. quæ ſuapte natura fortaſſe dirimuntur, quod nobis non omnino liquere fatemur, tum maxime, quod exigua ſint, & immatura, quæ vidimus, tum quod in duabus tantum illis Muſcorum ſpeciebus obſervationes licuit inſtituere, ulterius aliquando confirmandas. Supervacaneum fortaſſe non fuerit hic indicare quæcunque in Tabula ſunt ad literas A. *a.* B. *b.* C. *c.* D. *d.* E. *e.* F. G. O. P. R. S. X. Y. majora, quam re ipſa erant, a nobis fuiſſe repræſentata, qualia ſcilicet oculis microſcopio inſtructis apparuere.

Et cum præter pleraſque Muſcorum ſpecies ab Auctoribus deſcriptas, quas in Muſeo noſtro aſſervamus, fere ducentas inſuper poſſideamus, a nemine forſan adhuc animadverſas, eorum quoque nomina exhibebimus, iis exceptis, de quibus nondum plane conſtat.

1. Muſcus medius, foliis Juniperinis, acutiſſimis, non ſerratis, capitulo tetragono, caliptra tomentosa, rufa.

2. Muſcus medius, foliis Juniperinis, glaucis, non ſerratis, in longum, & caneſcentem pilum deſinentibus, capitulo tetragono, calyptra tomentosa, rubra.

3. Muſcus major, Alpinus, foliis Juniperinis, tenuiſſime ſerratis, capitulo longiori, tereti, calyptra tomentosa.

4. Muſcus major, Alpinus, foliis Juniperinis, tenuiſſime ſerratis, capitulo longiori, tereti, calyptra tomentosa, breviſſima.

5. Muſcus medius, Alpinus, ramoſus, foliis Juniperinis, tenuiſſime denticulatis, expanſis, & retro reflexis, capitulo longo, tereti, calyptra tomentosa, flaveſcente, longa.

6. Muſcus medius, ramoſus, foliis Juniperinis, tenuiſſime ſerratis, expanſis, & retro reflexis, capitulo tereti, breviſſimo, calyptra tomentosa, candicante, longa.

7. Muſcus medius, foliis Juniperinis, minoribus, ſubrectis, brevibus, tenuiſſime ſerratis, capitulo longiori, tereti, pediculo brevi, calyptra tomentosa, longa, candicante.

8. Muſcus medius, foliis Juniperinis, minoribus, ſubrectis, tenuiſſime ſerratis, capitulo tereti, in prælto pediculo, calyptra brevi, tomentosa, candicante.

9. Muſcus minor, foliis Juniperinis, minoribus, ſubrectis, minus acutis, tenuiſſime denticulatis, capitulo tereti, pediculo brevi, calyptra tomentosa, candicante.

10. Muſcus minimus, foliis Juniperinis, tenuiſſime ſerratis, minus acutis, capitulo exiguo, turbinato, calyptra villosa, albicante.

11. Muſcus minor, foliis Juniperinis, minus acutis, non dentatis, capitulo rotundo, calyptra tomentosa, albicante.

12. Muſcus minimus, foliis Juniperinis, minus acutis, non ſerratis, capitulo rotundo, calyptra tomentosa, alba.

13. Muſcus nanus, tuberoſa radice, foliis Juniperinis, tenuiſſime ſerratis, capitulo magno, ovato, ventricoſo, calyptra tomentoſa D. Montius.

14. Muſcus minor, & minus ramoſus, foliis acutis, capitulis brevibus, nutantibus, pediculis longiuſculis inſidentibus, calyptra ſtriata, ſubhirſuta, conoidea, fuſca.

15. Muſcus minor, ramoſus, foliis acutioribus, magis expanſis, capitulis pluribus caulibus adhærentibus, quaſi ſine pediculis, calyptra conoidea, ſtriata, ſubhirſuta.

16. Muſcus ſtellatus, Alpinus, minimus, foliis Serpylli non ſerratis, capitulo tenuiori, corniculato, corona non dehiſcente, quatuor tantum radiis compoſita, operculo brevi, pyramidato, calyptra conoidea, ſtriata, infra aperta, atque

fim-

fimbriata, vel lacera. Huic propter radiorum corollæ quaternum numerum in tota Muſcorum claſſe nullus datur ſuppar, ideoque ab omnibus facile diſtinguitur.

17. Muſcus minor, foliis latiuſculis, acutioribus, capitulis oblongis, rectis, tenuioribus, calyptrâ longâ, conoideâ, nitidâ, infra apertâ, & coronatâ.

18. Muſcus ſtellatus, Serpylli folio, minor, foliis e medio ad ſummum tenuiſſime denticulatis, capitulo ſingulari, nutante.

19. Muſcus ſtellatus, polycephalus, foliis ſubrotundis, tenuiſſime ſerratis, coſtâ in aculeum veluti productâ, capitulis ſubrotundis, nutantibus.

20. Muſcus ſtellatus, parvus, foliis Myrti, tenuiſſime ſerratis, capitulo craſſiore, & rotundiore, cernuo, corollâ elegantiſſimâ.

21. Muſcus ſtellatus, foliis ſubrotundis, in peripheriâ neque ſerratis, neque nervo rubro cinctis, capitulis. . . . .

22. Muſcus ſtellatus, parvus, foliis latis, ſubrotundis, & undulatis, capitulo craſſiori, brevi, nutante.

23. Muſcus Alpinus, paluſtris, ſurculis longioribus, ſimplicibus, habitioribus, foliis latis, acutis, non multum expanſis, ac cochlearis inſtar excavatis, capitulis cylindraceis, nutantibus, in præaltis pediculis.

24. Muſcus foliis congeſtis, latiuſculis, acutis, in pilum brevem deſinentibus, capitulis brevibus, Pyri inverſi-formibus, nutantibus.

25. Muſcus Alpinus, minor, foliis anguſtis, acutis, longioribus, capitulis cylindraceis, nutantibus.

26. Muſcus paluſtris, foliis congeſtis, pyramidatis, acutis, in pilum non, vel vix deſinentibus, capitulo tenuiore, nutante, operculo mammoſo.

27. Muſcus Alpinus, minor, foliis anguſtis, acutis, capitulis cylindraceis, longioribus, & tenuioribus, nutantibus.

28. Muſcus fontanus, uncialis, foliis longis, anguſtis, juniperinis, caulículo rubente, capitulo ovato, nutante.

29. Muſcus minor, flaveſcens, in humidis proveniens, foliis capillaceam tenuitatem præſeferentibus, per caulem brevibus, & alternis, in ſummo vero crebris, & ſtellatim diſpoſitis, capitulis Pyri inverſi-formibus, nutantibus.

30. Muſcus ſaxatilis, minimus, ceſpitoſus, non lanuginoſus, foliis anguſtis ſenſim in acutum productis, & retro nonnihil reflexis, circa faſtigium albis, & fere cryſtallinis, capitulis ovatis, nutantibus, pediculo bilineari inſidentibus, operculo in anguſtum, rectumque, & brevem mucronem attenuato.

31. Muſcus ſaxatilis, minimus, ceſpitoſus, foliis in pilum deſinentibus, capitulis ſphæricis, nutantibus, pediculo bilineari inſidentibus, operculo in anguſtum, rectumque, & longum mucronem prolongato.

32. Muſcus ceſpitoſus, minor, foliis brevibus, cucullatis, congeſtis, in longum, & caneſcentem pilum deſinentibus, capitulis ovatis, reflexis, operculo in anguſtum, longumque mucronem procurrente.

33. Muſcus minor, foliis latiuſculis, expanſis, acutis, capitulis Pyri inverſiformibus, rectis, brevioribus, tantiſper incurvatis, operculo mammoſo.

34. Muſcus minor, foliis latiuſculis, capitulis Pyri inverſi-formibus, longioribus, & tenuioribus, erectis, parum incurvis, operculo mammoſo.

35. Muſcus minimus, foliis latiuſculis, capitulis Pyri inverſi-formibus, ſaturate rubris, operculo mammoſo.

36. Muſcus minimus, ceſpitoſus, foliis latiuſculis, acutis, capitulis erectis, Pyri inverſi-formibus, inter areſcendum ſecundum longitudinem ſtriatis, operculo longo, obliquo.

37. Muſcus minimus, in humidis, & aquoſis arborum cavernis naſcens, foliis, latiuſculis, acutis, atro-virentibus, coſta purpurea, capitulis erectis, Pyri inverſiformibus, inter areſcendum ſecundum longitudinem ſtriatis, operculo longo, obliquo.

38. Mu-

38. Muſcus ſtellatus, paluſtris, Alpinus, major, viticulis longioribus, & habitioribus, foliis acutiſſimis hamatis, unam partem tantum ſpectantibus, capitulo ſubrotundo, craſſiore, eadem partem reſpiciente, prælto pediculo inſidente Tab. 59. fig. 4.

39. Muſcus ſtellatus, paluſtris, foliis acutis, ſubrectis, viticulis curtis, tenuioribus, capitulis ſubrotundis, brevibus, unam partem ſpectantibus, operculo mammoſo.

40. Muſcus Alpinus, major, ramoſus, foliis longis, tenuiſſimis, & anguſtiſſime denticulatis, capitulis ſphœricis, per caulem ſparſis, & plerumque ab eodem exortu geminis, breviori pediculo fultis.

41. Muſcus Alpinus, medius, foliis tenuiſſimis, & anguſtiſſime denticulatis, capitulis ſubrotundis, unam partem ſpectantibus.

42. Muſcus minimus, foliis latiuſculis, acutis, in longiuſculum, & tenuiſſimum apicem, tamquam pilum attenuatis, capitulis ſphœricis, craſſioribus, pediculo orbatis.

43. Muſcus Alpinus, acaulis, foliis latiuſculis, congeſtis, trifidis, in tres pilos (ex quibus medius longior) deſinentibus, fructu magno, pyramidato, & nonnihil incurvo, corolla non fimbriata, operculo, & caliptra conoidea.

44. Muſcus minor, foliis longioribus, criſpis, tenuiſſime ſerratis, capitulo longo, falcato.

45. Muſcus ramoſus, elatior, foliis latiuſculis, obtuſis, expanſis, & retro nonnihil reflexis, cum oris ſubtus repandis, coſta rubente, atque in pilum album ariſtæ more dentatum deſinente, capitulis longioribus, corniculatis.

46. Muſcus ramoſus, minor, foliis latiuſculis, obtuſis, expanſis, & retro nonnihil reflexis, cum oris ſubtus repandis, coſta rubente, atque in linearem pilum deſinente, capitulis longioribus, corniculatis.

47. Muſcus ramoſus, minor, foliis latiuſculis, retuſis, cum oris ſubtus repandis, coſta in cuſpidem vix viſibilem deſinentem, capitulis corniculatis.

48. Muſcus ramoſus, minor, foliis latiuſculis, obtuſis, expanſis, & retro reflexis, cum oris ſubtus repandis, coſta in cuſpidem, tertiam lineæ partem longa, veluti producta, capitulis longioribus, corniculatis.

49. Muſcus minor, foliis anguſtis, undulatis, & veluti criſpis, ad exrremitatem ex rotunditate acuminatis, quorum coſta in cuſpidem ſextam lineæ partem longam exporrecta, capitulis corniculatis, operculo in mucronem longius producto, calyptrâ brevi, ſubfuſca.

50. Muſcus minor, vernus, foliis longis, criſpis, & pellucidis, nonnihil intortis, ac retro reflexis, paulo ultra medietatem ſuam, ſenſim in acutum productis, ac deinde in aculeum veluti prolongatis, capitulis corniculatis, operculo, & calyptrâ brevibus.

51. Muſcus ſaxatilis, ceſpitoſus, minor, glaucus, & veluti argenteus, foliis congeſtis, craſſis, exiguis, obtuſe mucronatis, ſuperne planis, inferne hinc inde ad coſtam dumtaxat aliquantiſper ſulcatis, in pilum duplo, vel triplo longiorem deſinentibus, capitulis corniculatis, corolla brevi, operculo productiore.

52. Muſcus minimus, quatuor lineas altus, foliis latiuſculis, brevibus, ac retuſis, in pilum perbrevem deſinentibus, capitulis corniculatis.

53. Muſcus minor, foliis latiuſculis, circa medium paululum dilatatis, ad exttemitatem ex rotunditate acuminatis, atque in breviſſimam cuſpidem, tamquam pilum terminatis, capitulis longiſſimis, corniculatis per ſiccitatem ſimul cum pediculis atris.

54. Muſcus minor, foliis latiuſculis, brevibus, ſubrotundis, capitulis corniculatis, operculo in longiuſculum, & curvulum mucronem attenuato.

55. Muſcus minor, foliis latiuſculis, circa medium paululum dilatatis, ad extremitatem ex rotunditate acuminatis, & in cuſpidem vix perceptibilem, tamquam pilum terminatis, capitulis longioribus, corniculatis. 56. Mu-

56. Muſcus minor, foliis latiuſculis, brevibus, circa medium dilatatis, ad extremitatem ex rotunditate acuminatis, atque in perbrevem, & vix viſibilem cuſpidem, tamquam pilum terminatis, capitulis corniculatis, per maturitatem ſimul cum pediculis aureis.

57. Muſcus minimus, tertiam unciæ partem altus, foliis latiuſculis, brevibus, circa medium dilatatis, ad extremitatem ex rotunditate acuminatis, atque in perbrevem cuſpidem, tamquam pilum terminatis, capitulis ovatis, fuſcis, corolla non expanſa, pyramidata.

58. Muſcus minimus, tertiam unciæ partem altus, foliis latiuſculis, brevibus, circa medium dilatatis, ad extremitatem ex rotunditate acuminatis, atque in perbrevem, & vix conſpicuam cuſpidem, tamquam pilum terminatis, capitulis ovatis, operculo brevi, inſtructis.

59. Muſcus minimus, ſemiuncialis, & forte annuus, foliis latiuſculis circa medium, ad extremitatem ex rotunditate acuminatis, coſta in breviſſimum tenuiſſimumque veluti pilum prolongata, capitulis ovatis, operculo ſtatim in breviorem, & curvulum mucronem coarctato.

60. Muſcus minimus, tres lineas altus, foliis latiuſculis, non expanſis, concavis, in cuſpidem longiuſculam, tamquam ariſtam prolongatis, capitulo non coronato, brevi, fuſco, operculo longiore, ſenſim in acutum faſtigiato.

61. Muſcus minimus, tres lineas altus, foliis latiuſculis, breviſſimis, concavis, ac congeſtis, in pilum longiuſculum deſinentibus, capitulo ovato, non coronato, operculo ſtatim in brevius, atque incurvum corniculum coarctato.

62. Muſcus minimus, tres lineas vix altus, & forte annuus, foliis latiuſculis, acutis, in pilum perbrevem deſinentibus, capitulis ovatis, fuſcis, operculo breviſſimo, pyramidato.

63. Muſcus minimus, quatuor lineas altus, pallide virens, foliis longis, anguſtis, ſenſim in acutum non productis, capitulis longiuſculis, non coronatis, fuſcis, operculo in longum, & anguſtum mucronem ſurſum exporrectum coarctato.

64. Muſcus minimus, quatuor lineas altus, pallide virens, foliis longis, anguſtis, ſenſim in acutum productis, quæ per ſiccitatem crinium retortorum inſtar criſpantur, capitulis ovatis, non coronatis, fuſcis, operculo in longiuſculum corniculum, attenuato.

65. Muſcus ſaxatilis, minimus, tres lineas altus, foliis non multum expanſis, pyramidatis, & fere triangulis, cochlearis inſtar excavatis, atque in pilum longum auctis, nec non per ſiccitatem ſurculum teretem Cupreſſi inſtar efficientibus, capitulis ovatis, calyptra breviſſima parum, & varie dehiſcente, operculo cum mucrone breviſſimo.

66. Muſcus ramoſus, ex viridi flaveſcens, vulgatiſſimus, foliis longis, anguſtis, criſpis, ſenſim in acutum productis, magis expanſis, & deorſum reflexis, quæ per ſiccitatem crinium retortorum inſtar criſpantur, capitulis oblongis, corniculatis.

67. Muſcus ramoſus, ex viridi flaveſcens, minimus, foliis anguſtis, criſpis, ſenſim in acutum productis, magis expanſis, & retro reflexis, quæ per ſiccitatem etiam crinium retortorum inſtar criſpantur, capitulis tenuioribus, corniculatis.

68. Muſcus Alpinus, ramoſus, ex viridi flaveſcens, foliis criſpis, longis, & anguſtis, ſenſim in acutum productis, expanſis, & retro reflexis, quæ per ſiccitatem crinium retortorum inſtar pulchre criſpantur, capitulis longioribus, corniculatis.

69. Muſcus pallide virens, foliis longioribus, tenuiſſimis, & acutiſſimis, aduncis, & unam partem ſpectantibus, capitulis brevibus, tenuioribus, erectis, in prælatis, aureis, & capillaceis pediculis, calyptra longiſſima, operculo conoideo.

70. Muſcus Alpinus, pallide virens, foliis tenuiſſimis, aduncis, & unam partem ſpectantibus, capitulis curvulis, & veluti pendulis, pediculis altioribus, inſidentibus, breviter coronatis.

71. Mu-

70. Muſcus Alpinus, minor, cujus portio caulis veſtita, magis reclinata, foliis capillaceis, acutis, aduncis, & uno verſu diſpoſitis, capitulis erectis, tenuioribus, operculo longo ſurſum exporrecto.

71. Muſcus minimus, ſericeus, pallide virens, foliis crebris, capillaceis, longioribus, acutiſſimis, nonnihil aduncis, ex uno latere ſpectantibus, capitulis curtis, craſſioribus, gibbis, corolla brevi, operculo. . . . .

72. Muſcus minimus, ſemiunciam circiter altus, foliis crebris, capillaceis, longioribus, acutiſſimis, aduncis, & uno latere ſpectantibus, capitulis curtis, gibbis, breviter coronatis, calyptra leucophæa, operculo curto, & curvulo.

73. Muſcus minimus, ſemiunciam circiter altus, foliis capillaceis, rarius diſpoſitis, acutiſſimis, nonnihil aduncis, ex uno latere ſpectantibus, capitulis gibbis, breviter coronatis, operculo curto, curvulo.

74. Muſcus minor, Aloës facie, læte virens, & quaſi lucidus, foliis pyramidatis, floribus in ſuperna parte undique ornatis, quarum latera initio ita arcte, & valde deſuper complicata, ut unum alteri coëat, capitulis corniculatis, calyptra brevi, ſubfuſca Tab. 59. fig. 6.

75. Muſcus Alpinus, ſaxatilis, uncialis, & ſexquiuncialis, plerumque non ramoſus, foliis expanſis, anguſtis, undulatis, atque in obtuſam cuſpidem terminatis, capitulis exiguis, curvulis, curto pediculo nixis, breviter coronatis, operculo in longum mucronem procurrente.

76. Muſcus minor, ramoſus, parvus, in humidis naſcens, atro-viridis, foliis ſubrectis, tenuiſſimis, e latiuſcula baſi ſenſim in acutiſſimum apicem attenuatis, capitulis corniculatis, brevibus, erectis, operculo, mucrone longo, & anguſto inſtructo.

77. Muſcus ramoſus, parvus, ſordide luteus, ad fulvum colorem tendens, foliis anguſtiſſimis, e lata baſi ſenſim in acutiſſimum apicem attenuatis, capitulis erectis, tenuioribus, operculo cum mucrone pyramidato, aduncо, calyptra brevi, ſubfuſca.

78. Muſcus ramoſus, parvus, foliis brevibus, expanſis, e lata baſi ſenſim in acutum apicem attenuatis, capitulis corniculatis, operculo in longum mucronem producto.

79. Muſcus parvus, ramoſus, Alpinus, foliis anguſtiſſimis, magis expanſis e lata baſi ſenſim in acutiſſimum apicem attenuatis, nonnihil undulatis, per ſiccitatem etiam eleganter criſpantibus, capitulis corniculatis, operculo in longum mucronem attenuato, calyptra brevi.

80. Muſcus parvus, ramoſus, in humidis naſcens, foliis expanſis, criſpis, brevibus, e lata baſi ſenſim ad extremitatem in minus acutam cuſpidem attenuatis, capitulis erectis, corniculatis, breviter coronatis, operculo ſimul cum ſubfuſca calyptra brevibus.

81. Muſcus minor, ſemiunciam altus, foliis ſubrectis, non expanſis, brevibus, e lata baſi ſenſim ad extremum in acutam cuſpidem attenuatis, capitulis corniculatis, operculo in longum mucronem exporrecto, calyptra brevi.

82. Muſcus minor, terreſtris, luteo-viridis, foliis oblongis, criſpis, coſta rubente, e lata baſi ſenſim in minus acutum apicem attenuatis, capitulis longis, corniculatis, operculo, & calyptra longioribus.

83. Muſcus ceſpitoſus, minor, luteo-viridis, foliis brevibus, ſubrectis, e lata baſi ſenſim in minus acutum, & ſurſum reflexum apicem attenuatis, capitulis erectis, curtis, corniculatis, corolla, operculo, & calyptra brevibus.

84. Muſcus minor, ceſpitoſus, denſiſſimus, foliis exiguis, creberrime diſpoſitis, e lata baſi ſenſim in minus acutum apicem attenuatis, capitulis ovatis, operculo, & calyptra brevibus,

85. Muſcus minimus, quatuor lineas altus, denſiſſimus, tapeti inſtar per magnum tractum terram operiens, foliis creberrimis, omnium breviſsimis, e lata baſi ſenſim in minus acutum apicem attenuatis, capitulis erectis, oblongis.

86. Muſcus Alpinus, pennatus, vertebras Piſcium referens, foliis capillarem tenuitatem æquantibus, capitulis corniculatis.

87. Muſcus pennatus, aquaticus, ramoſiſſimus, Linariæ folio, capitulis . . .

88. Muſcus pennatus, aquaticus, ramoſus, ſtrigoſus, foliis brevibus, acutis, capitulis . . .

89. Muſcus pennatus, omnium minimus, capitulis in ſummitate caulis erectis.

90. Muſcus Filicifolius, non ramoſus, unciam longus, capitulis incurvis, circa mediam coſtam egredientibus.

91. Muſcus pennatus, repens, foliis Myrti, coſta ferme carentibus, ex una parte caulis utrinque tendentibus, ex altera quoquoverſum, capitulis . . .

92. Muſcus apocarpos, hirſutus, ſaxis adnaſcens, foliis acutiſſimis, non multum expanſis.

93. Muſcus Alpinus, viticulis longis, bifurcatis, foliis acutis, deorſum reflexis, capitulis e furculorum apicibus egredientibus.

94. Muſcus Alpinus, viticulis longis, bifurcis, procumbentibus, foliis acutis, hamatis, & unam partem ſpectantibus, ad ramulorum ſummitatem in apice flores proferentibus, capitulis . . . Tab. 59. fig. 3.

95. Muſcus aquaticus, ramoſus, atro-virens, foliis oblongis, latiuſculis, expanſis, obtuſe mucronatis, ac cum limbo ſubtus repando, capitulis cylindraceis, in foliorum alis ſine pediculis, dupliciter, & pulchre coronatis.

96. Muſcus ſquamoſus, erectus, paluſtris, albicans, & ſtrigoſus, capitulis ſubrotundis, abſque pediculis.

97. Muſcus ſquamoſus, aquaticus, Hollandicus, longiſſimus, & fluitans, foliis expanſis, longioribus, ſubtiliſſimis, capitulis . . .

98. Muſcus ſquamoſus, Filicinus, repens, atro-virens, criſpus, ramulos Abietis maris, conis onuſtos perbelle referens, foliis minimis, ſubrotundis, creberrimis, ex una parte caulis appreſſis, altera expanſis, capitulis oblongis, erectis, pediculis quaſi orbatis, calyptra ſubhirſuta.

99. Muſcus ſquamoſus, pennatus, aquaticus, ramulis confertis, foliis acutiſſimis, crebris, pulchre deorſum obvolutis, & unum latus ſpectantibus, capitulis incurvis, pediculis altioribus, inſidentibus, operculo brevi.

100. Muſcus ſquamoſus, pennatus, aquaticus, foliis acutiſſimis, crebris, pulchre deorſum obvolutis, & unam partem ſpectantibus, capitulis incurvis, longis pediculis inſidentibus.

101. Muſcus ſquamoſus, pennatus, aquaticus, foliis longiuſculis, acutis, unam partem ſpectantibus, & nonnihil aduncis, capitulis . . . .

102. Muſcus ſquamoſus, paluſtris, viticulis craſſioribus, foliis anguſtis, acutiſſimis, aduncis, & unum latus ſpectantibus, capitulis brevibus, habitioribus, incurvis, operculo turbinato, breviſſimo.

103. Muſcus ſquamoſus, minor, viticulis craſſioribus, brevibus, foliis acutiſſimis, deorſum reflexis, & unum latus ſpectantibus, capitulis oblongis, curvulis, operculo acuto.

104. Muſcus ſquamoſus, albicans, viticulis longis, compreſſis, tenujoribus, foliis acutiſſimis, aduncis, & unum latus ſpectantibus, capitulis brevioribus, habitioribus, nonnihil incurvis, altioribuſque pediculis inſidentibus, operculo brevi, firmo, acuto.

105. Muſcus ſquamoſus, viticulis non pennatis, tenujoribus, foliis acutiſſimis, unum latus ſpectantibus, & ſurſum reflexis, capitulis oblongis, parum incurvis, operculo brevi.

106. Muſcus ſquamoſus, Alpinus, foliis acutiſſimis, unum latus ſpectantibus, & deorſum reflexis, capitulis oblongis, curvulis.

107. Muſcus ſquamoſus, aquaticus, longiſſimus, & ramoſiſſimus, atro-virens, foliis longis, anguſtis, falcatis, & unum latus ſpectantibus, capitulis craſſioribus, incurvis, brevibus pediculis inſidentibus. 108. Mu-

108. Muſcus ſquamoſus, ramoſus, paluſtris, minor, viticulis tenuioribus, foliis acutis, concavis, ex una parte caulis ſurſum, ex altera deorſum ſpectantibus, capitulis incurvis, operculo breviſſimo.

109. Muſcus ſquamoſus, aquaticus, atro-virens, viticulis tenuioribus, foliis brevibus Myrti, coſta donatis, obtuſe mucronatis, concavis, ex una parte cauli nonnihil appreſſis, altera magis expanſis, & ſubrectis, capitulis . . . .

110. Muſcus ſquamoſus, aquaticus, atro-virens, viticulis longis, tenuioribus foliis hamatis, anguſtis, & unam partem ſpectantibus, capitulis incurvis.

111. Muſcus ſquamoſus, ramoſus, elatior, ſordide vireſcens, foliis Ruſci, ſtriatis, & expanſis, capitulis incurvis, operculo breviſſimo, mammoſo.

112. Muſcus ſquamoſus, minor, viticulis craſſioribus, foliis Ruſci, capitulis incurvis, operculo cum mucrone longo, & adunco.

113. Muſcus ſquamoſus, terreſtris, minimus, foliis expanſis, capitulis incurvis, operculo brevi.

114. Muſcus ſquamoſus, minor, ſordide luteus, foliis Ruſci, brevibus, concavis, & ſtriatis, non multum expanſis, tenuiſſime denticulatis, capitulis incurvis, brevibus, operculo cum mucrone longo, & anguſto.

115. Muſcus ſquamoſus, minor, repens, ramulis confertioribus, foliis Ruſci, coſtulatis, tenuiſsime denticulatis, & admodum expanſis, capitulis incurvis, operculo cum mucrone longiore.

116. Muſcus ſquamoſus, repens, minor, ſurculis confertioribus, aduncis, foliis Ruſci, ſtriatis, capitulis incurvis, operculo in anguſtum, & acutum mucronem prolongato.

117. Muſcus ſquamoſus, minimus, ſurculis denſioribus, pennatis, foliis Ruſci, ſtriatis, ac tenuiſſime denticulatis, & admodum expanſis, capitulis incurvis, operculo in longum mucronem producto.

118. Muſcus ſquamoſus, repens, minimus, ſerici modo lucens, foliis oblongis, tenuiſsimis, e lata baſi ſenſim in acutiſsimum apicem attenuatis, atque ex una parte caulis appreſsis, altera verò expanſis, capitulis longioribus, operculo in longum mucronem procurrente.

119. Muſcus ſquamoſus, repens, omnium minimus, atro-virens, non ſplendens, foliis oblongis, tenuiſsimis, e lata baſi ſenſim in acutiſsimum apicem attenuatis, atque ex una parte caulis appreſsis, altera vero expanſis, capitulis incurvis, operculo in longum mucronem producto.

120. Muſcus ſquamoſus, aquaticus, parvus, viticulis craſsioribus, brevibus, foliis concavis, latis, obtuſe mucronatis, & quaſi rotundatis, capitulis ſubrectis, operculo in longum mucronem producto.

121. Muſcus ſquamoſus, minimus, viticulis brevioribus, teretibus, ſemiunciam circiter longis, foliis Myrti, concavis, capitulis craſsioribus, nonnihil incurvis, operculo in anguſtum mucronem longius producto.

122. Muſcus ſquamoſus, aquaticus, repens, ſurculis Cupreſsinis, foliis pyramidatis, acutis, capitulis parvis, curvulis, operculo brevi, ſenſim in acutum producto.

123. Muſcus Filicifolius, non ramoſus, unciam longus, capitulis incurvis, mediam coſtam egredientibus.

124. Muſcus ſquamoſus, ramoſus, repens, ſurculis, foliis, & colore varians, capitulis incurvis, operculo in longiuſculum mucronem attenuato.

125. Muſcus ſquamoſus, repens, ramulis confertioribus, Cupreſsinis, foliis triangularibus, brevibus, & concavis, capitulis incurvis, operculo mucrone longiuſculo inſignito.

126. Muſcus ſquamoſus, minimus, ſurculis brevibus, plerumque ſimplicibus, tenuioribus, foliis acutiſsimis, capitulis oblongis, ſubrectis, curvulis, operculo breviſsimo.

127. Muſcus Alpinus, ſquamoſus, ſtrigoſus, erectus, luteo-viridis ſericeus, foliis e lata baſi ſenſim in acutiſsimum apicem attenuatis, capitulis . . . .

128. Muſcus ſquamoſus, minimus, viticulis tenuiſsimis, brevibus, foliis e lata baſi ſenſim in acutiſsimum apicem attenuatis, capitulis incurvis, operculo breviſsimo.

129. Muſcus ſquamoſus, minimus, viticulis capillaribus, parum, & inordinate diviſis, foliis e latiuſcula baſi ſenſim in acutiſsimum apicem attenuatis, capitulis incurvis, operculo breviſſimo.

130. Muſcus ſquamoſus, pennatus, ſurculis Cupreſſinis, parum compreſſis, foliis pyramidatis, concavis, obtuſe mucronatis, in ramulorum extremitatibus ita invicem implexis, ut veluti rigidum, & obtuſiuſculum aculeum efficiant, capitulis. . . . . .

131. Muſcus ſquamoſus, fruticoſus, aquaticus, atro-virens, valde compreſſus, foliis utrinque tendentibus, oblongis, obtuſe mucronatis, & a medio ad ſummum tenuiſſime denticulatis, capitulis. . . . . .

132. Muſcus ſquamoſus, aquaticus, fluitans, viticulis longiſſimis, compreſſis, foliis Ruſci, acutis, coſta donatis, capitulis incurvis, operculo breviſſimo, mammoſo.

133. Muſcus ſquamoſus, repens, caulibus compreſſis, foliis Ruſci, minus acutis, capitulis incurvis, operculo in tenuem, & longiuſculum mucronem attenuato.

134. Muſcus ſquamoſus, repens, minor, caulibus compreſſis, foliis anguſtis, capitulis incurvis, operculo in longum mucronem producto.

135. Muſcus ſquamoſus, minor, repens, viticulis compreſſis, foliis Ruſci, concavis, in acutum apicem attenuatis, capitulis incurvis, operculo in longiuſculum, & tenuem mucronem prolongato.

136. Muſcus ſquamoſus, minimus, repens, viticulis compreſſis, foliis anguſtis, ſenſim in acutum productis, capitulis brevibus, incurvis, operculo in longiuſculum mucronem exporrecto.

137. Muſcus ſquamoſus, minimus, viticulis pennatis, foliis brevibus, pyramidatis, hinc inde tendentibus, capitulis incurvis, operculo in longiuſculum mucronem prolongato.

138. Muſcus ſquamoſus, minimus, viticulis pennatis, foliis longiuſculis, utrinque tendentibus, pyramidatis, capitulis incurvis, operculo in longiuſculum mucronem attenuato.

139. Muſcus ſquamoſus, minimus, caulibus compreſſis, plerumque ſimplicibus, foliis anguſtis, acutiſſimis, capitulo incurvo, operculo in acutum, & longiuſculum mucronem prolongato.

140. Muſcus ſquamoſus, ramoſus, repens, ramulis Cupreſſinis, aduncis, foliis oblongis, pyramidatis, concavis, capitulis breviſſimis, rectis, longis pediculis inſidentibus.

141. Muſcus ſquamoſus, repens, ſurculis denſioribus, aduncis, Myoſuroideis, foliis acutiſſimis arcte veſtitis, capitulis oblongis, rectis.

142. Muſcus ſquamoſus, aquaticus, viticulis longiſſimis, chordam muſicam minorem referentibus, foliis pyramidatis, acutis, coſta donatis, capitulis. . . .

143. Muſcus ſquamoſus, Alpinus, repens, viticulis tenuiſſimis, teretibus, foliis longiuſculis, ſubrectis, pyramidatis, peracutis, capitulis oblongis, ſurſum exporrectis, operculo breviſſimo, acuto.

144. Muſcus ſquamoſus, repens, ſurculis tenuiſſimis, foliis Ruſci, anguſtioribus, capitulo oblongo, erecto, operculo breviſſimo, mammoſo.

145. Muſcus ſquamoſus, repens, perexiguus, viticulis capillaribus, foliis Ruſci, in acutiſſimum, & longiuſculum apicem, tamquam pilum prolongatis, capitulis rotundis, operculo breviſſimo, mammoſo, pediculo ſexquilineari inſidente.

146. Mu-

146. Muſcus ſquamoſus, Alpinus, viticulis procumbentibus, plerumque indiviſis, foliis unam partem ſpectantibus, capitulis erectis, brevibus pediculis inſidentibus.

147. Muſcus ſquamoſus, minor, Alpinus, repens, ſurculis tenuioribus, foliis concavis, triangularibus, unam partem ſpectantibus, capitulis oblongis, erectis, operculo cum mucrone brevi, acuto.

148. Muſcus pennatus, ſplendens, arboreus, minor, capitulis erectis, breviſſimo pediculo fultis.

149. Muſcus ſquamoſus, argenteus, ſurculis Cupreſſinis, brevibus, ut plurimum indiviſis, capitulis tres lineas longis, falcatis, & veluti pendulis, Cucurbitam longam repræſentantibus, operculo breviſſimo, mammoſo.

DISTRIBUTIO I.

Plantæ ſimpliciſſimæ, plerumque carnoſæ, anomalæ, ſeu irregulares, flore apetalo, monoſtemone, ſcilicet unico filamento conſtante, a ſemine ſejuncto.

IN ſequentibus plantarum generibus eadem methodo, qua in antecedentibus uti non poſſumus, in ipſarum charactere conſtituendo totaliter a florum forma, quoniam flores in tribus, vel quatuor dumtaxat generibus hactenus obſervavimus, in aliis novimus perfunctorie, in reliquis nullatenus ſcrutari licuit. Cum verò ſemina in omnibus viderimus, ab eorum ſitu, & ab ipſarum forma plantarum, cujuſcumque generis characteriſticas notas ſtatuendas duximus, florum mentionem tantum facientes in iis generibus, in quibus eos videri contigit, tum ad firmandam ſententiam noſtram jam expoſitam, omnibus nempe plantis flores ineſſe, tum ad oſtendendam affinitatem, quæ inter flores hujuſce Claſſis, & antecedentis intercedit.

AGARICUM

AGARICUM eſt plantæ genus, cujus notæ pendent præcipue a forma earumdem ſpecierum, quarum nonnullas oſtendunt Icones Tabularum 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. ideoque ab his deſumi debent. Hujuſmodi ſpecies, vel duplici (Tab. 60. A B,) vel ſimplici (Tab. 61. A E,) parte conſtant. Ex his quædam inferne ſunt poroſæ (Tab. 60. 61. 62. 63). aliæ pectinatæ (Tab. 64.) aliæ lamellatæ (Tab. 65). & aliæ læves (Tab. 66). Harum flores ſunt apetali monoſtemones, ſeu unico filamento (Tab. 65. C C) conſtantes, ſteriles, & nudi, nempe calyce, piſtillo, atque ſtaminibus deſtituti, & vel in lacunarum (Tab. 63. A) vel in foraminulorum ore (Tab. 61. C F G) naſcentes. Semina autem rotunda, vel ſubrotunda (Tab. 61. D.) quorum ſitus in ſingulis ordinibus indicamus. *Tab.* 60. 61. 62. 63. 64. 65. & 66.

ORDO I

Agarica duplici ſubſtantia A B *prædita, quorum pars inferior* C, *a ſuperiori* D *facile ſeparabilis, & innumeris, cylindraceis, anguſtiſſimis, & in ore marginatis tubulis inter ſe ſegregabilibus* E *compoſita, in quibus continentur ovata, & minutiſſima ſemina* F, *ut in Suillo demonſtrabimus.* *Tab.* 6.

AGARICUM eſculentum, Caſtaneæ adnaſcens, latiſſimum, hepatis facie, ſuperne ex rubro ferrugineum, interne ſanguineum, ſubtus ochroleucum Tab. 60. *Fungus latus ſanguinei coloris* C. B. *Pin.* 371. *Fungus jecorinus, præterlatus, ſanguineus,*

neus, criſtatus Bocc. Muſ. Part. 1. Tab. 305. Linguæ in caudicibus Caſtanearum Cæſalp. 619. An Fungus arboreus, rubens, carnoſus, hepatis facie Raii Synopſ. Ed. 2. App. 340? & Ed. 3. 23. num. 12? Lingua di Caſtagno roſſa buona.* Vere, & Autumno provenit ad Caſtaneas ubique, venalis interdum Florentiam aſportatur.

ORDO II

Tab. 61. *Agarica ſimplici ſubſtantia* A, *quorum inferior pars* B, *in nonnullis ſpeciebus breviter, in aliis altius perforata, in omnibus vero ex anguſtiſſimis, & cylindraceis tubulis invicem conjunctis* C, *ut in Arundine Indica farcta conſtat, quibus tubulis adhærent ſemina* D.

AGARICUM igniarium, Agarici officinalis facie, ſed non amarum, ſuperne ex albo cinereum, & glabrum, inferne primum ejuſdem coloris, deinde obſcurum, argutiſſime, & denſiſſime perforatum, foraminulis rotundis. *Agaricus pedis equini facie I. R. H. 562. Fungus in caudicibus naſcens unguis equini figura C. B. Pin. 372. Agarico ſimilis Fungus, diverſarum arborum caudicibus adhærens Ejuſ. 375. Fungi arborei ad ellychnia I. B. 3. 840. An Agaricus poroſus, igniarius Fagi, ſuperne candicans, inferne fuſcus Cat. Giſſ. 193? Fungi igniarii, vulgo Eſca Cæſalp. 620? Pan Cuculio, o Lingua di Faggio, di Cerro, e di Abeto da fare Eſca.* Super prædictas arbores, locis plerumque montuoſis abunde creſcit apud nos.

2. Agaricum Quercubus, & Ilicibus adnaſcens, ferrugineum, & glabrum, inferne album, & argutiſſime, & denſiſſime perforatum, foraminulis rotundis. *Agaricus nigricans, & ſubrufus Braſav. Exam. Simpl. 286. An Fungus, vel Agaricus Quercus I. B. 1. Part. 2. 87? Eſca baſtarda, o Lingua di Quercia.* Figura Agarici, qui ad literam B. in Tab. 330. Inſt. R. H. ad hanc, vel ad ſubſequentem ſpeciem ſpectare videtur. In Quercetis, & in Sylvis Iliciferis tempore prædicto.

3. Agaricum Gelſis, ſeu Moris adnaſcens, ex obſcuro ferrugineum, inferne album, tenuiſſime, & denſiſſime perforatum, foraminulis rotundis. *Lingua di Moro cattiva.* Circa noſtram urbem, & alibi, ubi arbores prædictæ, &c:

4. Agaricum Quercubus, & Ilicibus adnaſcens figura varians, ſuperne ferrugineum, inferne album, & argutiſſime, & denſiſſime perforatum, foraminulis rotundis. *Fungus Ventilabri figuram habens Aldrov. Dendr. 120. Lingua legnoſa di Leccio, o di Quercia gambata.* In Ilicum ſylvis ſæpe vidimus, ſpeciatim in Aucuparia Domini Marchionis de Niccolinis, in loco dicto *Scandicci alto*, necnon in Regio Viridario *Boboli*, & Montis Oliveti ſaltu.

5. Agaricum flabelliforme, ſuperne e rufo flavum, cute lacera, & veluti ſubhirſuta, inferne album, & tenuiſſime poroſum, foraminulis rotundis, pediculo breviori ad latera donatum. *Lingua di Cerro.* Auguſto menſe in Camaldulenſibus ſylvis ad Cerros, & ad alias glandiferas arbores erumpit.

6. Agaricum ſquamoſum, Ilicibus, Lauris, & Oxiacanthæ plerumque innaſcens, ſuperne hirſutum, & obſcurum, ſubtus ex fulvo aureum, denſiſſime, & tenuiſſime perforatum, foraminulis rotundis, breviſſimis. *Lingua dura cattiva, di Marruca, di Alloro, e di Leccio.* In ſylvis, & ad ſepes circa urbem noſtram paſſim, necnon in ipſa urbe in Regio Viridario *Boboli*.

7. Agaricum Gelſis, ſeu Moris adnaſcens, ſquamoſum, & lignoſum, ſordide luteum ubique, ſuperne ſubhirſutum, inferne tenuiſſime, & breviter perforatum, foraminulis rotundis. *Lingua di Moro cattiva.* In eodem loco, ut ſupra.

8. Agaricum tuberoſum, craſſum, odoratum, tenacioris ſubſtantiæ, intus, & extra e griſeo rufeſcens, inferne tenuiſſime, denſiſſime, & ſuperficialiter perforatum, foraminulis rotundis. *Lingua di Olmo cattiva.* Ad Ulmorum radices juxta aquoſas foveas, ſecus magna ambulacra Granciæ Collis ad Cajanum.

9. Aga-

9. Agaricum tuberoſum, durum, Prunis, aut Malis adnaſcens, initio album, deinde e fulvo flaveſcens, inferne perbrevibus, rotundis, atque anguſtiſſimis foraminulis munitum Tab. 61. *Lingua cattiva di Suſino, e di Melo*. In Pomariis, atque in agris ad prædictas annoſas arbores faciliter invenitur.

10. Agaricum eſculentum, flabelliforme, ſuperne fulvum, cute lacera, & veluti ſquamoſa, inferne album, tenuiſſime, denſiſſime, ac rotunde perforatum, pediculo concolore, obeſo. Septembri menſe ex arbore Fici, tum in hortis, tum in agris erumpit, ſed non ita obvium.

11. Agaricum ſquamoſum, ſuperne ſericeum, & verſicolor, inferne album, foraminulis brevibus, denſiſſimis, anguſtiſſimis, & quaſi pentagonis. *Agaricus, ſeu Fungus meſentericus Sterb. Theatr. Fung.* 259. *K. Tab.* 27. *K. An Fungus arborum, & lignorum putreſcentium, coloris varii Raii Hiſt.* 109? *An Fungus ligneſus, roſeus, variegatus Bocc. Muſ. Part.* 1. 29. *Tab.* 8. *fig.* 5? *Lingua rigata*. Autumni tempore, tam in aridis, quam viridibus domeſticis, atque ſpontaneis arboribus, apud nos familiare.

12. Agaricum ſquamoſum, & lichenoſum, ſuperne hirſutum, & album, inferne griſeo-plumbeum, foraminulis rotundis, denſiſſimis, breviſſimis, ac perexiguis. Tempore prædicto in iiſdem arboribus per regiones Caſiniani, Juguli, Scandicci alti, & alibi.

13. Agaricum ſquamoſum, ceſpitoſum, eſculentum, criſtatum, & laciniatum, ſuperne obſcurum, inferne album, foraminulis breviſſimis, rotundis, exiguis, ac denſioribus. *An Fungus ramoſus, criſtatus, anguſtioribus lobis, & criſpis Bocc. Muſ. Part.* 1. *Tab.* 304. *fig.* 1. *Barr. Icon.* 1272? *Florum faſciculus Sterb. Theatr. Fung. Tab.* 28. *A. Grifole*. Autumni tempore in Fora noſtra ex Piſtorienſibus, Cluſentinis, & Vallis-Umbroſæ montibus portatur.

14. Agaricum ſquamoſum, ſuperne varii coloris, inferne aureum, tenuiſſime, ac denſiſſime perforatum, foraminulis breviſſimis, rotundis. In territorio Scandicci, aliiſque conſimilibus locis Autumni tempore invenitur.

15. Agaricum ſquamoſum, ſuperne album, & villoſum, inferne cæruleum, tenuiſſime, ac denſiſſime perforatum, foraminulis breviſſimis, rotundis. Cum ſuperiori, ſed rarius.

16. Agaricum ſquamoſum, albidum, ſuperne villoſum, & per longitudinem ſulcatum, inferne foraminulis rotundis, anguſtis, brevibus, ac denſis. A Domino de Chelinis e Scandiccio alto advectum.

17. Agaricum ſquamoſum, ſuperne villoſum, per longitudinem ſulcatum, album, inferne dilute griſeum, & foraminulis rotundis, denſiſſimis, ac minutiſſimis inſculptum. In hortis urbanis, & præſertim in olitorio Monialium Divi Felicis, in via *Boſſi*, ad veteres Pyros, Februario menſe.

18. Agaricum cruſtaceum, placentiforme, ſuperficie in ſemiglobulos veluti ſubdiviſa, foraminulis rotundis, & denſioribus. Ex munificentia Domini Joannis Caccia Turinenſis accepimus.

19. Agaricum Gelſis, ſeu Moris adnaſcens, ſubpurpureum, ſuperne hirſutum, inferne poroſum, foraminulis anguſtis, rotundis. *Linguæ maculis purpureis oblongis pictæ Raii Hiſt. tom.* 3. 26. *num.* 3. *Pelliccia di Re*, ideſt paludamentum Regium. Cum ſuperioribus, ſed rariſſime occurrit.

ORDO III

Agarica ſimplici ſubſtantia E, *quorum inferior pars, modo late* F, *modo anguſte* G, *& varie perforata, in ipſius foraminulis autem adhærent ſemina ut ſupra.* *Tab.* 61.

AGARICUM, ſive Fungus Laricis (Tab. 61. fig. 1) C. B. Pin. 375. I. R. H. 562. *Agaricus Dod. Pempt.* 486. *Agarico ordinario, officinale, di Larice*. In Tridentinis Montibus provenit.

2. Aga-

2. Agaricum cespitosum, maximum, esculentum, Abietibus adnascens, superne rufescens, & veluti filamentosum, inferne album, varie, & argute perforatum. In Apennino monte, in ea parte, quæ Falterona vocatur, Autumni tempore.

3. Agaricum Dædaleis sinubus excavatum *I. R. H.* 562. *Fagi Fungus Striliis usum præbens Aldovr. Dendr.* 172. *Fungus ad cutem extergendam aptus C. B. Pin.* 372. *Fungus ligneus, Dædalideus, gilvus, non repens, Quercus Cerri Bocc. Musc. Part.* 1. *Tab.* 305. *Lingua dura, cattiva, detta altrimenti Striglia.* Nascitur, tam in domesticis, quam in spontaneis arboribus ubique.

4. Agaricum esculentum, Gelsis, seu Moris adnascens, luteum, tinctorium, superne villosum, inferne subasperum, altius perforatum, foraminulis angustis, & ore inæqualibus. *An Fungus villosus, arboreus, coloris Ochræ, tinctorius I. B.* 3. 840? *Forte V Genus esculentorum Fungorum I. species Clus. Hist. CCLXV?* Rusticæ mulieres non solum hoc Agaricum coquunt ad esum, sed etiam ad pannos lineos colore sordide luteo tingendos, ideoque dicitur *Lingua di Moro buona a tingere, e a mangiare.* Autumnali tempore circa Urbem in Moris, seu Gelsis viget.

5. Agaricum tuberosum, esculentum, album, inferne tenuissime, ac brevissime, & varie perforatum. *Lingua di Cerro bianca buona.* Ad Cerros in territorio dicto *Scandicci alto*, æstivo tempore plerumque.

6. Agaricum squamosum, superne aureum, & in aliqua parte rubore vivacissimo perfusum, inferne ochroleucum, & favi ad instar perforatum, foraminulis brevibus, densis, & angustis. *Lingua dura, cattiva, dorata di Cerro.* In Valle Torrentis Pesæ, mense Augusto.

7. Agaricum squamosum, crispum, superne album, & lanuginosum, inferne primum ejusdem coloris, postea rufescit, tenuissime, eleganter, & varie perforatum. In Scandicci, & Montis Boni territorio, mense Decembri.

8. Agaricum esculentum, candidum, flabelliforme, multiplex, pediculo donatum, & favi modo ample perforatum Tab. 61. fig. 2. *Fungo ventaglio bianco buono.* Junii initio, ex Territorio Scandicci habuimus.

9. Agaricum squamosum, crassum, & mollius in Rosam plerumque congestum, lobis cristatis, altius radicatum, ex rufo ferrugineum, inferne tenuissime, & varie perforatum. *Lingua cattiva di Ulivo, leonata.* In agris ad Oleæ radicem mense Decembri, ut plurimum.

10. Agaricum squamosum, crassum, & mollius, in Rosam plerumque congestum, lobis cristatis, altius radicatum, album, inferne tenuissime, & varie perforatum. *Lingua cattiva di Ulivo bianca.* Cum superiori facile reperitur.

11. Agaricum squamosum, album, superne non striatum, sed instar serici nitens, inferne pulchre, & tenuissime perforatum. Tempore brumali in variis Arborum caudicibus Casiniani, Scandiccii imi, & alti lectum.

12. Agaricum squamosum, villosum, esculentum, album, inferne pallescens, pulchre, varie, & omnium angustissime perforatum. Mense Novembri ex territorio Scandicci a Domino de Chelinis accepimus.

13. Agaricum squamosum, superne album, & villosum, inferne griseum subtilissime, pulchrè, & diversimode perforatum, foraminulis brevioribus, ac densioribus. Mense Octobri, in Genistarum prædio, ad Castaneas.

14. Agaricum squamosum, purpureum, superne lanugine serica præditum, inferne subtilissime, densissime, & varie perforatum. In *Boboli*, & per Imperialis Villæ ambulacrum, mense Octobri, in arborum stipitibus.

15. Agaricum squamosum, pediculo donatum, rufescens, inferne albidum, & varie perforatum. In Casiniani Cura, ad Quercus.

16. Agaricum squamosum, durum, totum album, superficialiter in filamenta tenuissima serici instar veluti scissum, inferne argutissime, & varie perforatum. In agris super putrida ligna a Cella Vinaria Prædii Genistarum non longe distantibus mense Octobri.

17. Aga-

17. Agaricum terreſtre, album, craſſum, Lichenis facie, varie perforatum, foraminulis uſque ad ſupernam ſuperficiem excurrentibus. In montis Oliveti nemore, menſe Octobri.

18. Agaricum ſquamoſum, & villoſum, album primum, poſtea ad fulvum vergens, inferne favi inſtar perforatum, foraminulis denſis, brevibus, & anguſtis. Autumni tempore in Acerum campeſtrium ſemimortuarum caudicibus, necnon Vitium columnis, & quandoque in ſylvis ad glandiferas arbores.

19. Agaricum ſquamoſum, Gelſis, ſeu Moris innaſcens, ſuperne album, & villoſum, inferne griſeum, denſiſſime, & pulchre perforatum. Juxta Urbis noſtræ mœnia, inter Divi Fridiani, & S. Petri in Gattolino portam, a fodina lateritia non longe, menſe Februario.

20. Agaricum ſquamoſum, ſuperne variegatum, & inſtar ſerici niteſcens, ſubtus album, pulchre, & tenuiſſime perforatum. Eodem tempore per montis Oliveti ſaltum.

21. Agaricum Lichenis facie, rufeſcens, cartilagineum, verrucoſum, & varie perforatum. Ad Ilices in *Boboli*.

22. Agaricum terreſtre, Lichenis facie, minimum, album, in humidis proveniens, varie perforatum. Per Falteronæ montes in humectis, ad aquarum ſcaturigines, & ſtillicidia, menſe Octobri.

23. Agaricum cruſtaceum, durum, varie perforatum, oſſibus Equinis innaſcens. Menſe Decembri, extra Portam Divi Fridiani, juxta Arni ripam in Equorum carnario, vulgo *la Sardigna*.

24. Agaricum cruſtaceum, album, tenuioris ſubſtantiæ, varie perforatum. In territorio Juguli, menſe Januario, ſuper, & inter ſemiputrida querna folia, & ligna viget.

ORDO IV

Agarica ſimplici ſubſtantia, & ex pluribus laminis, vel aſſerculis invicem ſuperpoſitis A *conſtantia, quorum ſinguli ex una* B, *uſque ad alteram ſuperficiem* C, *ita denſiſſime, & tenuiſſime perforati, ut quaſi cylindraceis tubulis* D, *inter ſe colligatis, quemadmodum in Arundine Indica, compoſiti videantur, in quorum cavitate ſemina conduntur, ut ſupra.* Tab. 62.

AGARICUM durum, craſſum, aſſulatum, Ilicibus innaſcens, griſeum Tab. 62. Per plures annos viget in arborum caudicibus, ſecus magnum ambulacrum Imperialis Villæ.

ORDO V

Agarica ſimplici ſubſtantia, ubique ſpongioſa, quorum in foraminulorum ſuperficie A, *adhærent ſemina.* Tab. 63.

AGARICUM album, terreſtre, medullam panis referens Tab. 63. fig. 2. Autumnali tempore ad arborum radices, ſpeciatim in Scandicci alti prædiis.

2. Agaricum ſpongioſum, nigrum, imæ plantarum diverſarum caulis parti innaſcens, eamque amplectens Tab. 63. fig. 1. Januario, ac Februario menſibus, in ſylva Cœnobii montis Oliveti, præſertim ſecus ſuperiorem ſemitam ad pratum Lunæ ducentem; ubi in Tino, Buxo, Gramine, Viola Martia, Cyclamino, aliiſque conſimilibus plantis, ut in Icone patet adnaſcitur, eaſque amplectitur.

3. Agaricum album, ſpongioſum, Brunellæ plerumque adnaſcens. Julio menſe ſub Pinis, & per Populetum in loco *le Caſcine*.

ORDO VI

Tab. 64. *Agarica ſingulari ſubſtantia* A; *ſemina* B *adhærent ſuperficiei denticulorum, vel teretum* C, *vel planorum* D.

AGARICUM eſculentum, album, Clavæ effigie, aculeis longis, innoxiis, munitum Tab. 64. fig. 1. *Coralloides Hyſtricis forma Inſt. R. H.* 565. *Fungus Erinaceus, albus, eſculentus, in ſylvis Tuſculanis Bocc. Muſ. Part.* 1. *Tab.* 307. *Fungo Iſtrice, buono.* In ſylvis Divi Martini ad Palmam, necnon in nemoribus Abbatiæ S. Caſsiani de monte Scalario, menſe Decembri.

2. Agaricum eſculentum, album, ceſpitoſum, multifidum, & denticulatum, denticulis aſperis Tab. 64. fig. 2. *Agaricus multifidus, & villoſus Inſt. R. H.* 562. *Fungus muſcoſus, albus, villis pallentibus, rufuformis Bocc. Muſ. Part.* 1. *Tab.* 303. Menſe Octobri, circa Florentiam ad Ilices, & ad Moros oritur, ſed rarum, copioſiſsimum vero in Apennino, ſuper Fagos, & Abietes.

3. Agaricum eſculentum, latum, maximum, ſuperne, & inferne Capreolini coloris, denticulis longioribus, teretibus, pediculo breviori ad latera donatum. *Fungus eſculentus, echinatus, maximus, ſuperne, & inferne Capreolini coloris D. Breynii ex libro ejuſdem depicto.*

4. Agaricum ſquamoſum, album, ſuperne villoſum, inferne denticulis longioribus, & planis præditum Tab. 64. fig. 3. Menſe Novembri, e Scandiccio alto territorio habuimus.

5. Agaricum ſquamoſum, album, ſuperne ſubhirſutum, inferne pectinatum Tab. 64. fig. 4. *Lingua dentata, bianca.* Ad vitium pedamenta tam in urbanis hortis, quam in agris, menſe Februario.

6. Agaricum ſquamoſum, villoſum, ſuperne album, inferne griſeum, folliculis, ſeu denticulis tenuiſsimis Tab. 64. fig. 5. *Lingua dentata, o fogliata, bianca.* In *Boboli*, menſe Martio, & e Scandiccii territorio etiam repertum.

7. Agaricum ſquamoſum, coriaceum, Ilicibus adnaſcens, ſuperne glabrum, & ferrugineum, inferne album, & denticulatum. In Scandiccio alto, per Iliciferam ſylvam D. Marchionis de Niccolinis.

8. Agaricum ſquamoſum, ſquamis longis, & anguſtis, ſuperne glabris, & leucophæis, inferne denticulis teretibus, & purpureis, exaſperatis. Extra Portam Divi Nicolai ſuper truncos Populi nigræ.

9. Agaricum terreſtre, Lichenis facie, obſcurum, denticulis longioribus teretibus linguæ Vitulinæ inſtar ornatum. In collibus Impruneta inter Templum Beatiſsimæ Virginis, & locum *i Saſſi neri*, ſecus viam Crucis in aggeribus, ſpeciatim ante quandam foveam, ubi ruſtici columnas quernas purgandas immergunt.

ORDO VII

Tab. 65. *Agarica ſingulari ſubſtantia; inferna parte* A *in laminas tenuiſſimas* B, *diſſecta, ac diſtributa, ſuper quas, ut in Fungis lamellatis, reperiuntur flores* CC, *& ſemina* D.

AGARICUM ſquamoſum, arboribus adnaſcens, lobis pectunculum mentientibus, ſuperne ſubhirſutis, & albis, ac albicantibus ſtriis ſecundum longitudinem excavatis, inferne lamellis craſsioribus, prorſus albis. Menſe Decembri, per territorium Plebaniæ Decimi, ſecus Paloſtram rivulum, ad Arbutos.

2. Agaricum eſculentum, ſquamoſum, glabrum, ſuperne obſcurum, inferne ſubalbidum, & lamellatum: *An Agaricus præcox, albo-gilvus, criſtatus I. R. H.* 562? *Fungi ad arborum radices naſcentes, qui dum parvi ſunt, vulgo Famiglia, adulti vero Ragagni dicuntur Aldovr. Dendr.* 172. *Gelone, Cardela, e Cerrena.* In Piſto-

ſtorienſibus, & Vallumbroſanis montibus copioſum; necnon ad domeſticas arbores prope Florentiam interdum reperitur, brumali tempore.

3. Agaricum eſculentum, fulvum, non hirſutum. In Ripulenſi plano per aggeres viæ ſecus Populetum, quæ a magno prædio Domini Equitis de Caſtellis ad molendina perducit.

4. Agaricum Auriculæ, vel Flabelli forma, ſuperne ſubobſcurum, inferne album, & lamellatum Tab. 65. fig. 1. Cum ſuperiori eodem loco, ac tempore vigebat.

5. Agaricum ſquamoſum, album, coriaceum, ſuperne glabrum, inferne lamellatum, lamellis cartilagineis. Cum ſuperiori invenitur.

6. Agaricum ſquamoſum, ſuperne cinereum, & glabrum, inferne lamellatum, & album. *An Fungus auritus Juglandium, albicans I. B.* 3. 839? Ad Juglandium caudices interdum reperitur.

7. Agaricum ſquamoſum, gilvum, non hirſutum, ſquamis amplioribus, fornicatis, inferne lamellatum. In Caſiniani Paroecia, ceteriſque conſimilibus locis, brumali tempore viget.

8. Agaricum ſquamoſum, ex rufo fulveſcens, ſquamis amplioribus, & longioribus, laciniatis, non hirſutis, inferne lamellatis. Cum ſuperiori.

9. Agaricum ſquamoſum, fulvum, lobis Pectunculi forma, ſuperne hirſutum, inferne lamellatum. Ad Quercus verno tempore viget.

10. Agaricum ſquamoſum, eſculentum, non hirſutum, totum album. Ad Quercus per nemora Abbatiæ Florentinæ, in territorio Scandicci.

11. Agaricum ſquamoſum, ſuperne album, & villoſum, inferne lamellis denſis, aureis, & undoſis. In viridario *Boboli*.

12. Agaricum ſquamoſum, ſquamis parvis, ſuperne fulvis, & glabris, inferne lamellis purpureis Tab. 65. fig. 3. Ad Populos nigras, ſemimortuas, per Ripulenſe planum.

13. Agaricum eſculentum, carnoſum, album, deſuper globuloſum, ſubtus lamellatum. In Mali Armeniaci caudicibus aliquando reperitur.

14. Agaricum ſquamoſum, & laciniatum, ſuperne album, & villoſum, inferne lamellis ſubrubentibus Tab. 65. fig. 4. *Linguæ piloſæ Raii Hiſt. Tom.* 3. 26. *num.* 7. Ad Pinus, & Quercus non raro oritur.

15. Agaricum ſquamoſum Juglandibus adnaſcens, totum album, ſuperne villoſum, inferne lamellis cartilagineis. *An Fungus auritus Juglandium, albicans I. B.* 3. 839? *Lingua di Noce cattiva*. In Juglandium caudicibus, atque ramis hyemali tempore.

16. Agaricum infundibulum dimidiatum imitans, per oras undulatum, ſuperna parte obſcurum, & veluti ſericum, inferne lamellatum, & album Tab. 65. fig. 2. Menſe Octobri, in Scandiccio alto, in fovea ſylvæ Aucupariæ Domini Marchionis de Niccolinis.

17. Agaricum infundibuli forma, ad oras undulatum, ſuperne gilvum, inferne album, & tenuiſsime lamellatum. Menſe Octobri, in *Boboli*.

18. Agaricum ſquamoſum, rufeſcens, pediculo donatum, ſubtus lamellis denſis Tab. 65. fig. 7. Menſe Decembri, in ſylvis, ad detruncatas arbores, & in campeſtribus, ad vitium columnas.

19. Agaricum ceſpitoſum, ſordide luteum, Cochlearis, vel Spatulæ forma, glabrum Tab. 65. fig. 6. Ad Quercus Autumnali, atque Brumali tempore, in territorio Scandicci.

20. Agaricum ceſpitoſum, fulvum, Cochlearis, aut Spatulæ forma, hirſutum, Tab. 65. fig. 5. Cum ſuperiori.

21. Agaricum ſquamoſum, adipoſum, lamellatum, fœtidum, fulvum. *Agaricum ſquamoſum, adipoſum, fœtidum, ſuperna limbi parte ramoſa, ſupra Balenæ oſſa adhuc pinguedine referta natum H. Piſ. Tab.* 3. *Ab auctore ad vivum depictum accepimus.*

ORDO VIII

Tab. 66. *Agarica ſingulari ſubſtantia, nullis foraminulis, denticulis, & lamellis interrupta, ſed lævi, quædam ſuperna, quædam inferna ſuperficie A ſemine donata.*

AGARICUM Auriculæ forma (Tab. 66. fig. 1.) *Inſt. R. H. 562. Fungus membranaceus, auriculam referens, ſive Sambucinus C. B. Pin. 372. Fungus auriculæ Judæ, coloris ex cineraceo nigricantis, pernicioſus, in Sambuci caudice naſcens I. B. 3. 840. 1 Genus pernicioſorum Fungorum Cluſ. Hiſt. CCLXXXVI. Fungus Sambuci, vel auriculæ Judæ Sterb. 256. Tab. 27. H. Orecchio di Giuda, o Fungo di gelatina, o Orecchiaccio.* Menſe Decembri, non ſolum in agris, ſed etiam in urbanis hortis ad putrida ligna, necnon in tectorum tabulis, & oſtiis ligneis.

2. Agaricum membranaceum, violaceum, minimum. Menſe Decembri, in *Scandicci alto* ad detruncatarum Ilicum radices, necnon in prædio Domini de Chelinis, ad columnas vitium.

3. Agaricum gelatinoſum, membranaceum, aureum, ſinuatum, & criſpum. *Agaricus membranaceus, ſinuoſus, ſubſtantiæ gelatinæ Dill. Cat. Giſſ. 194. & Raii Synopſ. ed. 3. 21. n. 3. Fungus membranaceus, parvus, aureus Sterb. Theatr. Fung. 242. Tab. 26. E. Fungi pernicioſi genus 24. ſpecies 3. Cluſ. Hiſt. CCLXXXVII. Noſtoch luteum, meſenterii forma Bot. Pariſ. Tab. XIV. fig. 4. Fungo giallo, increſpato, di gelatina.* Januario, & Februario menſibus, in dejectis, & ſemiputridis arboribus ſæpe legimus.

4. Agaricum gelatinoſum, ceſpitoſum, infundibulum dimidiatum referens, ſordide aureum. Menſe Octobri, in Falteronæ jugis, in loco *Campigna*, juxta officinam, ubi fabri ferrarii Abietum caudices in tabulas ſcindunt.

5. Agaricum ſquamoſum, & Lichenoſum, ſubſtantia gelatinoſa, ſuperne variegatum, & villoſum, inferne primum violaceum, poſtea griſeum, & meſenterii inſtar corrugatum Tab. 66. fig. 4. *An Agaricus meſentericus, violacei coloris Dill. Cat. Giſſ. 194. & Raii Synopſ. ed. 3. 22. num. 4?* Tempore brumali ad Ulmos, multis in locis, ſpeciatim ultra Vingonis pontem, inter rus Domini de Ximenes, & Domini de Arrighis, in via publica.

6. Agaricum ſquamoſum, & Lichenoſum, rufum. In Ilicibus, tum in Regio viridario *Boboli*, tum in ampla ſemita villæ Podii Imperialis perennat.

7. Agaricum Alpinum, ſquamoſum, membranaceum, ſuperne obſcurum, & ſericeum, inferne ex albo rufeſcens Tab. 66. fig. 2. In Nurſinis jugis, ut in ſaxoſo loco, vulgo *la Portella*, Julio menſe.

8. Agaricum ſquamoſum, & Lichenoſum, membranaceum, ſuperne hirſutum, & variegatum, inferne ſubobſcurum, & inſtar lintei ſericei nitens. Juxta Cœnobium montis Oliveti, in tonſili ſylvula aucuparia dicta *l' Uccellare del Sig. Principe di Forano*, menſe Februario.

9. Agaricum Lichenis facie, cæruleum Tab. 66. fig. 6. Poſt autumnalem pluviam, uſque ad Januarium, & Februarium menſem, in pergularum lignis.

10. Agaricum Lichenis facie, cinereum. In Ilicum caudicibus Imperialis villæ, menſe Januario.

11. Agaricum Lichenis facie, aureum. Tempore prædicto in *Monte Murello* circa ſtabulum Vaccarum Domini Marchionis de Caſtilionis, ad truncata ligna.

12. Agaricum Lichenis facie, rufeſcens, læve, mollioris ſubſtantiæ. Circa Altumpaſſum, vulgo *l' Altopaſcio*, in Etruria.

13. Agaricum Lichenis facie, ſordide rufum, rugoſum, & verrucoſum, odoratum Tab. 66. fig. 7. In pergularum lignis, Januario, & Februario menſibus, per urbanos hortos, ut in via, quæ dicitur *Boſſi*.

14. Agaricum terreſtre, Lichenis facie, album. In montis Oliveti ſylva juxta locum *il prato della Luna*, menſe Octobri.

15. Aga-

15. Agaricum Lichenoſum, album, eleganter laciniatum, brumali tempore inter humum, & putrida arborum folia late ſe diffundit, ac creſcit Tab. 66. fig. 5. In Regio viridario *Boboli*, aliiſque ſimilibus locis.

16. Agaricum coriaceum, latiſſimum, rufeſcens, in emortuarum Fagorum ligni ſubſtantia creſcit. Cum ſequenti.

17. Agaricum membranaceum, dichotomum, ſpadiceum, in emortuarum Fagorum ligni ſubſtantia creſcit. In Camaldulenſibus, atque Falteronæ jugis rarum, ſupradictum vero magis obvium.

18. Agaricum terreſtre, erectum, membranaceum, fulvum, enſiforme, in ſummitate bifidum. Majo menſe in Regio viridario *Boboli* per ſylvulam aucupariam juxta locum ubi Truttæ ſervantur, necnon in montis Senarii nemore, cæteriſque ſimilibus locis, ſed rarum.

19. Agaricum luteum, radicibus arborum fibroſis ſimile, inter humum, & ligna, vel lapides innaſcens. Per viridarium ſupradictum, Novembris initio.

20. Agaricum nigrum, reticulatum, compreſſum, emortuis arboribus inter corticem, & lignum, interdum in ipſo ligno innaſcens, ac late ſe diffundens Tab. 66. fig. 3. *Fungus niger, compreſſus, varie divaricatus, & implexus inter lignum, & corticem Raii Synopſ. ed. 2. App. 333. & ed. 3. 15. Fungus ramoſiſſimus, niger, compreſſus, in cribrum veluti formatus Ejuſd. Hiſt. Tom. 3. 21. Corallo-Fungus niger, compreſſus, varie divaricatus, & implexus, inter lignum, & corticem Bot. Pariſ. 41. num. 9.* In Falteronæ, Camaldulenſium, & Vallumbroſanorum ſylvis, necnon in nemoribus circa Florentiam toto anno.

21. Agaricum nigrum, reticulatum, non compreſſum, Quercuum cavernis innaſcens, ac late ſe diffundens. Per Caſiniani querceta, ſed rarum.

22. Agaricum candidum, radicibus arborum fibroſis ſimile, inter humum, & lignum, vel lapidem innaſcens. Figura hujus videtur expreſſa in Diſſert. De Fungis D. Comitis Marſilii Tab. X. A A. In hortis noſtris.

23. Agaricum album, reticulatum, hirſutum, & fiſtuloſum. In teſtarum fundis inter ſaxa ad obturanda earumdem teſtarum foramina inſervientia, menſe Martio.

Agaricum vocatur a Græcis Αγαρικὸν, *& ita dictum ab Agaria, vel Agria Regione Sarmatiæ, in qua gignebatur, ut tradit Dioſcorides, vel ab Agario ejuſdem Regionis fluvio, ex quo olim per Illyrium Venetias vehebatur, ut inquit Axtius.*

CERATOSPERMUM.

CERATOSPERMUM eſt plantæ genus, ab Agarico diverſum, ſeminibus corniculatis, aut Lunæ creſcentis figura A in ſuperficie B donatum. *Tab. 56.*

Ceratoſpermi ſpecies ſunt.

1. Ceratoſpermum aquaticum, cruſtaceum, craſſum, gelatinoſum, lubricum, latiſſimum, extra fulvum, intus album, & inſtar querni ligni rimoſum Tab. 56. fig. 2. In aquarum rivulorum fundo toto anno viget, præſertim tempore brumali, ut in Imprunetæ collibus, videlicet in quodam rivulo *Nalbi* nuncupato.

2. Ceratoſpermum nigrum, minimum, diſcoides, e diverſarum arborum ramorum emortuarum corticibus, & præcipue Corylo erumpens Tab. 56. fig. 1. In ſylva aucuparia Domini Alexandri de Puccis, juxta Caſiniani Eccleſiam, Novembri, atque Decembri menſibus.

3. Ceratoſpermum minimum, cornucopioides, album, & ſubhirſutum, ſeminibus incarnati coloris, Autumni tempore Lauri caudicibus adnaſcens Tab. 56. fig. 3. In Regio viridario *Boboli*, & in quibuſcumque aliis locis, ubi arbores prædictæ apud nos reperiuntur.

Ceratoſpermum dicitur a vocibus Græcis κέρας *cornu, &* σπέρμα *ſemen, quaſi diceretur ſemen cornutum, vel corniculatum.*

LIN-

LINCKIA.

Tab. 67. LINCKIA est plantæ genus inter Agaricum, & Ceratospermum, a quibus differt ob seminum dispositionem, atque situm, quæ in tortuosam, nodosamque lineam Coralli, aut Margaritarum, monilium instar, disponuntur, quemadmodum Microscopium exhibet A, quæ semina ipsi plantæ corpori affiguntur.

Si quis prædicta semina extra plantas intueri cupiat, eadem utatur methodo, quam pag. 74. præscripsimus ad observandos Lichenum flores. In superficie plantæ primæ speciei interdum reperiuntur nonnulla corpora B grani panici magnitudine, & forma, ejusdemque cum planta coloris, ac naturæ, quæ etiam reperiuntur in aliquibus Lichenum speciebus ordinis XVI. Hujusmodi corpora progressu temporis possunt evadere tot plantæ, vel quod sint particulæ vividæ ejusdem plantæ, vel quod eodem semine sint munitæ; quæ omnia enarrabimus cum exactius opportuno tempore eamdem plantam examinabimus, quia nondum de eadem nobis factum est satis.

Linckiæ species sunt.

1. Linckia terrestris, gelatinosa, membranacea, vulgatissima, ex pallida, & virescente fulva Tab. 67. fig. 1. *Muscus fugax, membranaceus, pinguis, statim post pluvias oritur Bot. Monsp. Nostoch Ciniflonum, & Paracelsi Comm. Acad. R. Sc. An.* 1708. *pag.* 293. *& An.* 1722. *pag.* 78. *Ulua terrestris, pinguis, & fugax Raii Synopf. ed.* 3. 64. *num.* 11. In incultis, & herbosis locis, in pratis, & pascuis, & in hortis, pluvio, vel humido tempore, ubique apud nos oritur.

2. Linckia paluſtris, gelatinosa, saxis adnascens, ex obscuro fulva, & concava, vesicam referens Tab. 67. fig. 2. In aquarum rivulis, & potissimum per Murellum montem, ut *v. g.* ad Garzæ torrentis originem, & per rivulum Molendini, vulgo *il Mulino delle Masse*, ubi per totum brumale, ac vernum tempus viget, sed Aprili mense dumtaxat semina proferre videtur.

Linckiam diximus in animi argumentum erga D. Joannem Linckium Pharmacopæum Lipsiensem præstantissimum, Rerum naturalium studiosissimum, Regiæque Societatis Londinensis Socium.

DISTRIBUTIO II.

Plantæ simplicissimæ, carnosæ, regulares, floribus apetalis, monostemonibus, seu unico filamento constantibus, a semine separatis.

SUILLUS.

Tab. 68. *&* 69. SUILLUS est plantæ genus capitatum, duabus partibus constans, capitulo A, & pediculo B, capitulo in sua perfectione, ut plurimum hemisphærico, idest superne convexo, inferne verò plano, vel paululum fornicato: Cujus centrum C pediculo insidet D, idcirco totum corpus umbraculi imaginem adamussim repræsentat; Pars inferior hujusce capituli E, a superiore F separabilis, & innumeris, & cylindricis tubulis G inter se segregabilibus H composita. In quorumcumque tubulorum ore I, & in suprema pediculi parte D, dum capitulum expanditur, reperiuntur flores K, qui sunt apetali, monostemones seu unico filamento L constantes, steriles, & nudi, scilicet calyce, pistillo, atque staminibus destituti. Eorumdem tuborum cavitati M adhærent semina N, quemadmodum Microscopium ad literam O melius demonstrat.

Suil-

Suilli unicolores, lutei.

SUILLUS eſculentus, craſſus, totus pallidus. *Porcino, o Ceppatello buono, giallo.* In ericetis, & ſylvis cœduis, ſed raro oritur.

Bicolores albi, & pallidi.

SUILLUS eſculentus, craſſus, albus, ſubtus pallidus, pediculo ventricoſo, pariter albo. *Porcino, o Ceppatello buono, bianco.* Provenit in iisdem locis cum ſuperiori, neque illo rarior eſt.

Sulphurei, & Achatæ, ſeu ſuave-rubentis coloris.

SUILLUS eſculentus, Alpinus, craſſus, deſuper ſulphureus, cute lacera, quaſi hirſuta, inferne Achatæ dilutiſſimo rubore præditus, pediculo ventricoſo, ſupernæ pileoli parti concolore. *Porcino, o Ceppatello zolfino di Abetina, colla parte di ſotto del cappello di color roſſo bello d'Agata.* In ſylvis Abiegnis, videlicet circa Camaldulenſem Eremum.

Lutei, & rubri.

SUILLUS eſculentus, craſſus, ſuperne ſordide rubens, vel ex rubro ferrugineus, inferne dilute luteus. *Porcino, o Ceppatello buono.* Pluribus in locis circa urbem, & interdum Autumni tempore ruſtici hunc nundinantur.

5. Suillus parvus, craſſus, initio dilute luteus, poſtea partim concolor, partim fæcem vini ſimulans, interdum undique ruber. *An Fungus Italicus, pediculo tumente, pileolo ſupina parte coloris vini fæcum, prona vero luteo Cimel. Reg. apud Bot. Pariſ. 59. ſub n. 5. An Fungus poroſus, craſſus, ruber Raii Synopſ. ed. 3. 11. variet. Forte Fungus E. F. Sterb. Theatr. Fung. Tab. 17. An Fungi luteoli dicti, colorem mutantes, maligni I. B. 3. 832? Porcino malefico, o Verrino roſſo, malefico, o Fungo cambia colore.* In quercetis, & cœduis ſylvis, necnon in ericetis, Vere, & Autumno, cum vulgari creſcit.

Rubro-ferruginei, & albidi.

SUILLUS eſculentus, craſſus, ſuperne ex rubro ferrugineus, inferne albidus, pediculo concolore, rimoſo, vel ſtriato. *Pinuzzo buono, di gambo rigato.* Octobri, atque Novembri menſibus in montoſis Pinetis, unde Pineolus a noſtratibus, ideſt *Pinuzzo* vocitatur, ut *v. g.* in Paroecia montis Boni, Juguli, Caſiniani, Moſciani, & Divi Martini ad Palmam, aliiſque ſimilibus locis.

Ex aureo fulvi, & ex albo pallidi.

SUILLUS parvus, craſſus, pileolo deſuper ex aureo fulvo, inferne ex albo pallido, pediculo ſupernæ pileoli parti ejusdem coloris. *Porcinello dorato.* In Regio viridario *Boboli*, per ſylvulas circa Piſcinam Inſulæ, & hortos olitorios.

Fulvi, & flavi.

SUILLUS eſculentus, craſſus, ſuperne fulvus, inferne initio albidus, deinde e flavo ſubviteſcens, pediculo ventricoſo, & ſupernæ pilei parti concolore. *Fungus ſuillus, eſculentus Cæſalp. 617. An Fungus poroſus, magnus, noſtras Raii Hiſt. 100.*

Por-

Porcino, o Ceppatello buono di ſelva colore di foglia morta, o leonato. In montoſis ſylvis, & præcipue inter ericas, & in foris noſtris Vere, & Autumno venduntur.

9. Suillus eſculentus, ſuperne pulchre fulvus, inferne citrinus, & ſubtiliſſime perforatus, pediculo concolore Tab. 68. fig. 1. *Porcino col cappello di ſopra di colore leonato bello, e di ſotto inſieme col gambo limonato*. In *Boboli*, menſe Majo.

10. Suillus eſculentus, craſſus, ſuperne fulvus, inferne luteus, pediculo concolore, rugoſo, & aſpero. *Leccino*. Menſe Septembri, in ſylva PP. Franciſcanorum loco dicto *la Doccia*.

11. Suillus craſſus, pileolo deſuper fulvo, inferne ſordide luteo, pediculo concolore, tenuiori. *Pinuzzo malefico*. In *Boboli*, menſe Octobri, per pratula circa Piſcinam Inſulæ, & in ſylvula aucuparia juxta locum dictum *la conſerva delle Trote*.

12. Suillus parvus, craſſus, pediculo, & ſuperna pilei parte fulvis, ſericea, perbrevique lanugine infectis, inferna vero ochroleuca Tab. 68. fig. 2. *Porcinello peloſo*. Ad Ilicum radices menſe Octobri, tam per magnum ambulacrum Imperialis Villæ, quam in Regio viridario *Boboli*.

Obſcuri, & flavi.

SUILLUS eſculentus, craſſus, ſuperne obſcurus, inferne initio albidus, deinde ex flavo, ſordide vireſcens, pediculo ventricoſo, & ſupernæ pileoli parti concolore. *Porcino, o Ceppatello ſcuro di ſelva buono*. Creſcit in ſylvis ubique, & cum ſpecie num. 8. in foris noſtris promiſcue venditur.

14. Suillus pernicioſus, ſuperne obſcurus, inferne ochroleucus, pediculo ventricoſo, ſupernæ pileoli parti concolore, radice in mucronem longum ſenſim attenuatum producta Tab. 69. fig. 3. *Porcino punterolo, malefico*. In quercetis, menſe Auguſto, per Divi Andreæ Moſciani Parœciam, aliiſque propinquis locis.

Obſcuri, & murini.

SUILLUS eſculentus, craſſus, deſuper obſcurus, inferne murini coloris, pediculo ſupernæ pileoli parti concolore, & ſericea, perbrevique lanugine infecto. *Falchero*. In ſylvis circa ſtabulum Vaccarum, ad Collem ad Cajanum.

Tricolores albi, lutei, & rubri.

SUILLUS eſculentus, montanus, craſſus, pileolo deſuper ex rubro ferrugineo, inferne albido, pediculo longiore, albo, punctis rubris diſtincto. *An Fungus Aurantius, pediculo longo Sterb. Theatr. Fung.* 118. *Tab.* 15. *A. Albarello, Arbatrello, o Porcinella*. In Piſtorienſibus montibus, per Caſtanearum, & Arbutorum ſylvas, Autumni tempore viget.

Albi, lutei, & obſcuri.

SUILLUS eſculentus, craſſus, viſcidus, ſuperne obſcurus, inferne ſubluteus, pediculo brevi, tenui, concolore, punctis, & lituris rubris notato Tab. 69. fig. 1. *Pinuzzo buono, ſcuro, di gambo corto, e ſottile, puntato di roſſo*. Novembri, atque Decembri menſibus, in montanis locis, ut in Caſiniani, & aliis memoratis Parœciis reperitur.

Ful-

Fulvi, lutei, & rubri.

SUILLUS eſculentus, viſcidus, craſſus, ſuperne fulvus, inferne luteus, pediculo ſubinitium albo, deinde ejuſdem coloris, punctulis, & lituris ſanguineis notato. *Pinuzzo buono colore di foglia morta, e col gambo giallo puntato di roſſo.* Figura *Fungi poroſi, magni, craſſi I. B. 3. 833.* hinc optime reſpondet; deſcriptio vero minime. Ubi antedictus reperitur.

19. Suillus eſculentus, viſcidus, craſſus, ſuperne ſubfulvi palleſcentis coloris, inferne ochroleucus, pediculo concolore, lituris, vel punctulis ſanguineis notato. *Pinuzzo buono zolfino, o biancaſtro, con il gambo puntato di roſſo.* Cum ſuperioribus.

Ex obſcuro fulvi, lutei, & luteo-rubentes.

SUILLUS magnus, craſſus, ſuperne ex obſcuro fulvus, inferne luteus, pediculo ex luteo rubente primum, poſtea ſimul cum ſuperna pileoli parte ad elegantem ruborem inſtar fœcum vini vergens. *Fungus Suilus, pernicioſus, vulgaris, Cæſalp. 617. An Fungus Italicus, pediculo tumente, pileolo ſupina parte coloris vini fœcum, prona vero luteo Cimel Reg. apud Bot. Pariſ. 59. ſub num. 5. Verrino, o Porcino malefico, o Fungo cambia colore di altra ſorte.* In ſylvis montoſis Florentia non procul, Vere, & Autumno præſertim.

21. Suillus eſculentus, craſſus, magnus, vernus, pileolo ſupina parte fulvo, prona luteo, pediculo craſſiore, concolore, punctis, & lituris rubris notato. Tab. 69. fig. 2. *Pinuzzo maggiore, Marzuolo, di gambo groſſo.* In Divi Pauli Parœcia, vulgo *il piano di S. Polo*, Martio menſe.

22. Suillus craſſus, ſuperne fulvus, & lævis, inferne luteus, pulpa roſea, pediculo ex fulvo ſubrubente, ac veluti reticulato. *Pinaccio liſcio, di polpa roſſa, e di gambo come retato.* Menſe Octobri, in ſaltu Oliveti Montis, prope Florentiam.

23. Suillus eſculentus, craſſus, ſuperne fulvus, & nonnihil hirſutus, interne, & inferne luteus, pediculo ex fulvo ſubrubente. *Porcino baſtardo, o Pinaccio buono, peloſiccio.* In Silva PP. Franciſcanorum, vulgo *la Doccia*, initio menſis Octobris.

Purpurei, ex aureo fulvi, & rubentes.

SUILLUS craſſus, ſuperne purpureus, inferne ex aureo fulvus, pediculo tumido, ſubrubente. *Pinuzzo malefico, roſſo, di gambo corpacciuto. In Boboli* per ſylvulas circa Piſcinam Inſulæ, tempore ſupradicto, viget.

Obſcuri, lutei, & medii coloris.

SUILLUS craſſus, ſuperne obſcurus, inferne luteus, pediculo medii coloris, & ſumma parte ſtriato. *Pinarello.* Menſe Octobri, e Senarii Montis ſaltu habuimus.

Suillus, qui & Porcinus dicitur a Sue, quia non ſolum Sues ipſum libenter devorant, verum etiam, quia in locis ubi naſcitur commorantur ad paſcua.

POLYPORUS.

POLYPORUS eſt plantæ genus, ut Suillus, ſed capitulo in binas partes, ut ille non dirimitur, ſcilicet pars inferior hujuſce capituli A, a ſuperiore B non ſeparabilis, & non ex fiſtulis ſolutis compoſita, ſed *Tab.* 70. & 71.

iuſtar cribri C, aut Apium favi D, dumtaxat perforata, in cujus foraminulorum ore reperiuntur flores, & in eorumdem cavitate ſemina, quemadmodum in antecedenti genere monuimus.

Polypori unicolores, albi.

POLYPORUS exiguus, coriaceus, albus, lignis adnaſcens Tab. 70. fig. 7. *Fungus poroſus, minor, candidus, ſiccioris ſubſtantiæ, ex ligno natus D. Breynii, ex libro depicto a Clariſſimo Sherardo communicato.*

Cinerei.

POLYPORUS Alpinus, cinereus, pileolo ſuperna parte lacero, & veluti teſſellato, inferne inſtar favi ample perforato Tab. 71. fig. 2. *Coltricione*. Per ſylvas Abietinas, Fagineaſque, tam in Camaldulenſibus, quam in Vallis-Umbroſanis Alpibus, Autumni tempore.

Fulvi.

POLYPORUS coriaceus, fulvus, infundibuli forma, pediculo craſſiore Tab. 70. fig. 4. In Caſtanearum ſylvis, menſe Septembri, apud nos.

4. Polyporus lignoſus, fulvus, infundibuli forma, ad oras fimbriatus, pediculo tenuiore Tab. 70. fig. 8. *Fungus poroſus, & lignoſus, infundibuli forma D. Breynii. An Fungus campanulus, lignoſus Sterb. Theat. Fung. 258. Tab. 27. I? Ex libro miniato ſupradicto depromptus.*

5. Polyporus exiguus, coriaceus, fulvus, pileolo concavo, ac in medio nonnihil umbilicato Tab. 70. fig. 9. *Bicchierino de' prati*. Julio menſe circa Abbatiam Divi Caſſiani, vulgo *Monte Scalari*, juxta locum *la fonte al Faule*.

6. Polyporus exiguus, Alpinus, fulvus, infundibuli forma, pediculo breviore Tab. 70. fig. 10. In Lacus Nigri Alpibus, menſe Septembri.

Bicolores, albi, & obſcuri.

POLYPORUS eſculentus, parvus, pileolo deſuper obſcuro, inferne tenuiſſime poroſo, & albo, pediculo ſupernæ pileoli parti concolore Tab. 70. fig. 3. *Scopetino a* noſtratibus, quia inter ſcopas provenit, ut *v. g.* in ericetis ad Caſtrum Martinum, Autumni tempore.

Spadiceo-rufi, & luteo-virides.

POLYPORUS Alni radicibus innaſcens, molli, & craſſa pulpa, pileolo deſuper ex ſpadiceo fulvo, inferne luteo-viridi, pediculo brevi, ſupernæ pileoli parti concolore Tab. 70. fig. 1. *Fungo di Ontano*. Menſibus Auguſto, & Septembri, ad Arni fluvii ripas, in Alnetis præſertim, circa fontem, vulgo *S. Lorenzino*, & paulo ſupra juxta aquarum ſcaturigines, in loco dicto *le Balze de' Geſuiti*, in plano Ripulenſi.

Albi, & ſpadiceo-rufi.

POLYPORUS exiguus, pileolo hemiſphærico, ex ſpadiceo rufo, ad oras piloſo, ſubtus albo, romboideis, & amplioribus foraminulis feneſtrato, pediculo ſupernæ pileoli parti concolore Tab. 70. fig. 5. Menſe Majo, in ſylvis Florentia non procul, loco dicto *Scandicci alto*.

Al-

Albi, & griſei.

POLYPORUS eſculentus, parvus, & habitior, ex griſeo, & obſcuro nigricans, inferne albus, & tenuiſſime poroſus, pediculo cum ſuperna pileoli parte ejuſdem coloris Tab. 70. fig. 2. *Fungo Corvo, o Carbonajo*. Menſe Octobri, in ericetis Juguli, & Montis Boni, ut in loco *le Montanine*.

Ceſpitoſi, vel ramoſi, unicolores, albi.

POLYPORUS ceſpitoſus, & ramoſus, albus, *Fungus ceſpitoſus, ramoſus, umbellatus, minor, albus Barr.* 117. *num.* 1290. *Icon.* 1270. In ſylvis prope Viterbum.

Unicolores, pallido-lutei.

POLYPORUS ceſpitoſus, ramoſus, pallide luteus. *Fungus ceſpitoſus, ramoſus, umbellatus, major, pallide luteus Barr.* 117. *num.* 1289. *Icon.* 1269. Non ſolum cum ſuperori creſcit, ſed etiam in Æquicolorum montibus variis locis obſervavimus.

Bicolores albi, & rufi.

POLYPORUS eſculentus, ex ingenti, perenni, & tuberoſa radice in ſingulos menſes plerumque naſcens, ſuperne rufeſcens, inferne ſimul cum pediculo albus Tab. 71. fig. 1. *Fungus in ſaxis proveniens C. B. Pin.* 372. *Fungus ſupra lapides I. B.* 3. 836. *Fungus in lapide fungoſo Neapoli Cæſalp.* 618. *Fungus Lyncurius Fieræ in Cœna* 47. *&* 57. *Tuberaſter fungos ferens Bocc. Muſ. Part.* 1. 293. *Tab.* 300. *Fungo della Pietra Fungaja*. In Neapolitano Regno, necnon in Pontificiæ ditionis finibus, variis in locis.

Allucinantur, qui credunt, radicem hujus plantæ eſſe genuinum lapidem; nam nil differt a radice aliarum plantarum ejuſdem generis, ſed eſt ampla, perennis, & inſtar ſpongiæ, valde perforata, quæ, dum ſucceſſive creſcit, amplectitur, ac tenaciter implicat præter terram A, fragmenta lapidum B, laterum C, lignorum D, carbonis E, & quæcumque in ipſa terra ſparſa reperiuntur, quare quædam ex hiſce radicibus pendent etiam libras circiter centum. Singulis vero menſibus, & præſertim æſtivis ex hujuſmodi radicis germine F, producuntur Fungi initio non eadem forma, qua illi, qui e ſemine immediate proveniunt, ſed primum inſtar Vitulini cornu emergunt G, qui ſenſim in apice intumeſcunt H, ac deinde in eodem apice laxantur, & in pileolum infundibuli inſtar I abeunt. Hujus plantæ duas tantum novimus ſpecies, quarum altera eſt hæc, de qua loquimur, altera inter fungos lamellatos reperitur. Noſque latet, utrum in Fungorum omnigenorum turba aliæ ſint plantæ perennanti radice, præter has, & quaſdam Agarici ſpecies, & Fungoides ceſpitoſum, infundibuli forma, fulvum, radice nigra, tuberoſa, perenni Tab. 86. fig. 10. Qui plura deſiderant de hac planta, adeant epiſtolam Marci Aurelii Severini ad Michaëlem Rupertum Beslerum, de Lapide fungifero, editam poſt Cœnam Jo: Baptiſtæ Fieræ Patavii 1649. in 4.

Albi, & nigri.

POLYPORUS lignoſus, & ceſpitoſus, infundibulum imitans, ſuperne nigricans, inferne cum pediculo albus, areolis carbonariis innaſcens Tab. 70. fig. 6. *Famiglia di funghi legnoſi, delle Carbonaje*. In Piſtorienſibus Montibus, Autumnali tempore, variis in locis occurrit.

Polyporus dicitur a multis poris, vel a copia multorum foraminulorum, quibus in inferiori pilei parte denſiſſime eſt cribratus.

ERINACEUS.

Tab. 72. ERINACEUS eſt plantæ genus, ut Polyporus, ſed inferiore capituli parte A in teretes, & longos denticulos diſſecta, ac diſtributa, ſuper quos B adhærent rotunda, vel ſubrotunda ſemina C.

Erinacei unicolores, albi.

ERINACEUS eſculentus, albus, craſſus Tab. 72. fig. 2. *An Fungus pane candidus, prona parte Erinaceus I. B. 3. 828? Steccherino, o dentino bianco, buono.* Naſcitur in ericetis, atque arbutetis, & cæduis ſylvis, menſibus Octobri, & Novembri, ut in Juguli Parœcia, & alibi circa urbem, in cujus foro tempore prædicto venditur.

Lutei.

ERINACEUS eſculentus, pallide luteus Tab. 72. fig. 3. *Erinaceus coloris pallide lutei Dill. Cat. Giſs. 188. Fungus pulvinatus, Buxei fere coloris, volam manus exæquans, inferne multis appendiculis linguæ vitulinæ inſtar exaſperatus, nullo ſucco turgens Flor. Altdorf. Steccherino, o dentino dorato, buono.* Ubi antedictus, ac eodem tempore viget.

Fulvi.

ERINACEUS infundibulum imitans, coriaceus, colore ex fulvo ferrugineo, pileolo deſuper veluti ſericeo, & pluribus ſtriis circularibus excavato Tab. 72. fig. 4. *An Fungus campanulatus, lignoſus Sterb. Theatr. Fung. 258. Tab. 27. I. Steccherino ſalvatico, color di eſca, o di foglia morta.* Cum ſuperioribus.

4. Erinaceus Alpinus, minor diſcoides, fulvo-ferrugineus Tab. 72. fig. 7, *Steccherino Alpigiano, piccolo, colore di foglia morta.* In Fagineis, & Abiegnis ſylvis circa Camaldulenſem Eremum, menſe Auguſto.

5. Erinaceus parvus, hirſutus, ex fuſco fulvus, pileolo ſemiorbiculari, pediculo tenuiore Tab. 72. fig. 8. *Fungus non veſcus, echinatus, minor, hirſutus, pileolo ſemiorbiculari, fuſco D. Breynii. Ex libro depicto ejuſdem Cl. Viri.*

Ferruginei.

ERINACEUS ceſpitoſus, coriaceus, ferrugineus, ſuperne circularibus ſtriis excavatus, & ſericeus, pediculo tenuiori. *Famiglia di Steccherini ſalvatici, colore di foglia morta.* In ſylva aucuparia Domini Marchionis de Niccolinis, loco *Scandicci alto*, menſe Octobri.

Nigri.

ERINACEUS niger, ramoſus, non veſcus Tab. 72. fig. 6. *Steccherino duro nero, ramoſo, non buono a mangiare.* In ſylvis, & ericetis Caſiniani.

Bicolores, ferruginei, & cinerei.

ERINACEUS ex obſcuro ferrugineus, ſubtus denticulis longioribus, cinereis Tab. 72. fig. 1. *Steccherino maggiore, malefico.* Menſe Septembri, in ſylva aucuparia Domini de Sacchettinis, vulgo *il Pollajo*, loco dicto *alle Roſe.*

Fuli-

Fuliginoſi, & cinerei.

ERINACEUS eſculentus, pileolo ſuperne veluti ſquamoſo, & fuliginoſo, inferne cinereo, pediculo cum ſuperna pileoli parte ejuſdem coloris. *Fungus eſculentus, echinatus, pileolo ſuperne ſquamoſo, & fuliginoſo D. Breynii, eodem libro ſuperius citato.*

Nigri, & plumbei.

ERINACEUS infundibulum imitans, colore pullo, ſuperne ſericeus, & circularibus ſtriis excavatus, inferne plumbeus, pediculo concolore Tab. 72. fig. 5. *Steccherino nero, maleſico*. Menſe Octobri, in prateolo Lunæ inter Cœnobium Montis Oliveti, & Rus vulgo *il Boſchetto del Sig. Principe di Forano*, necnon in ericetis, & herbidis inter Eccleſiam Caſiniani, atque Moſciani, ſpeciatim paulo ſupra prædium Domini de Arrighis.

Ad hoc genus, & forte ad ſecundam ejus ſpeciem pertinere videtur Fungus, qui ad pag. 844. Epitom. Camer. inter multos Fungos medium occupat locum.

Erinaceus dicitur ab inferiori pilei parte, quæ eſt denticulata, vel echinata inſtar Erinacei animalis.

FUNGUS.

FUNGUS eſt plantæ genus, tribus antecedentibus generibus ſimile, ſed ejus inferior capituli pars A in laminas tenuiſſimas, ac plus, minus ſpiſſas, diſſecta, ac diſtributa. In earundem laminarum margine B C (Tab. 76. A) naſcuntur flores apetali, nudi, conſtantes ex mero filamento cylindrico, in nonnullis ſpeciebus ſolitario, ſeu inter ſe diſtincto B D (Tab. 76. A B), in aliis vero in maſſam, ſeu floccum C E digeſto. In ſuperficie autem utriuſque partis ſupradictarum laminarum undique naſcuntur ſemina rotunda, vel ſubrotunda, & minutiſſima F, in aliquibus ſingillatim diſperſa G (Tab. 76. C), in aliis quaterna ſibi contigua H. Omnia quæ ſupradictæ literæ innuunt in Tab. 73. excepta litera A, majora, quam re ipſa ſunt, ope microſcopii, & delineatoris arte, ſunt repræſentata. *Tab.* 73. *&* 76.

In aliquibus præterea Fungorum ſpeciebus, ac potiſſimum in iis, quæ in equorum, boum, ac ſimilium animalium fimo naſcuntur (Tab. 75. fig. 9, & Tab. 79. fig. 4.) illud obſervavimus dignum animadverſione, videlicet ſuperficiem earundem laminarum (Tab. 73. I) non ſeminibus tantum, verum etiam quibuſdam corporibus diaphanis, figura vero in nonnullis ſpeciebus conica K, in aliis pyramidata L ornatam eſſe, quibus corporibus ſit ſagaci naturæ conſilio, ne alteram ex iiſdem laminis altera contingat, ne forte ſemina inter eaſdem laminas degentia depraventur, vel non decidant, niſi quando decidere debent, quæ quidem corpora maturo, ac etiam delapſo ſemine concidunt.

Methodus, qua ſpecies innumeras hujuſmodi generis diſtribuimus unico ictu oculi oſtenditur in Tabula Synoptica ſubſequente, quæ locum etiam cujuſlibet diviſionis, atque ordinis demonſtrat; quæ quidem methodus a ſignaturis peculiaribus earundem ſpecierum conſtituitur, ut *v. g.* ſi vel ſolitariæ naſcantur, vel plures ejusdem ſpecici ſimul junctæ, ſcilicet ab una tantum radice provenientes, vel ambæ ſimplices, vel ambæ ramoſæ, vel a volvæ, ſeu involucri diverſitate, vel etiam a pediculo non anulato, vel anulato, anulo permanente, aut non permanente, vel a pileolo ſuperne ſtriato, aut non ſtriato, vel quia ſunt lacteſcentes, vel non lacteſcentes, ac tandem a colorum, & ſaporum diverſitate.

Expli-

Explicatio quarumdam ex eisdem ſignaturis.

NOmine ſimplicium Fungorum illos intelligimus, quorum ex una radice unus tantum progignitur, qui quidem vel ſimplex eſt (Tab. 73.), vel ramoſus, in plures Fungos ſcilicet diviſus (Tab. 79. fig. 3.). Quando vero ex una radice plures Fungi producuntur, qui itidem ſive ſimplices ſint (Tab. 79. fig. 4. & 5. & Tab. 80. fig. 6. & 7.) ſive ramoſi (Tab. 79. fig. 1.) ceſpitoſam, ſeu faſciculoſam ſpeciem appellamus.

Pro anulo, ſive corolla accipimus membranam illam, quæ multis in Fungorum ſpeciebus medium, vel penes ſummum pediculum circumcingit (Tab. 75. A, & Tab. 77. A, & Tab. 78. A) & pileoli peripheriæ (Tab. 77. B, & Tab. 78. B) antequam ille dehiſcat, adhæret, cui fortaſſe florum, ac ſeminum defenſio in iis ſpeciebus, quibus opus eſt, debetur. Hæc corolla in aliquibus permanens (Tab. 75. A, & Tab. 77. A, & Tab. 78. A) in aliis fugax eſt, ſeu non permanens; hæc enim dum Fungi pileolus dehiſcit, in lanuginem aranearum telæ inſtar degenerat (Tab. 75. B), vel in fragmenta ad ejuſdem pileoli circumferentiam (Tab. 75. C) diſrupta remanet, vel tandem per ipſum pediculum, radicem verſus deſcendit (Tab. 80. B) ac tandem difflatur.

Involucri nomine Fungorum matricem, ſeu ſeminale integumentum intelligimus, in quo iidem integri, atque longe exactius formati, quam in aliis plantis accidere aſſerunt nonnulli, reperiuntur, ut clare patet in quopiam ex iiſdem involucris, quæ ſimul cum Fungo ad magnam molem excreſcunt (Tab. 77. C, & Tab. 80. C) quale per verticem ſectum exhibet eadem Tab. 77. ſub litera E, tum in quodam eorum involucrorum, quæ ad talem magnitudinem non perveniunt (Tab. 80. D) quod longe majus, quam reipſa ſit, oſtenditur microſcopio (Tab. 80. E) & iidem Fungi ab ipſo exeunt (Tab. 77. D) eodem modo, quo ſane prodeunt omnia animalia a ſuo involucro inſtante tempore excluſionis, id quod vere non accidit in iis Fungis, qui a ſemine non immediate proveniunt, ſed quorum ſemen prius radicem magnam, ac diuturnam progenerat, & efformat, ex qua poſt aliquot annos Fungi prodeunt eodem modo pag. 131. & Tab. 71. fig. 1. demonſtravimus. Supradictum involucrum ſeminale quibuſdam in ſpeciebus evaneſcit brevi, quia vel nullatenus, vel paulo amplius mole ſeminis augetur, dum enim ſemen (Tab. 73. M, & Tab. 74. A) incrementum accipit (Tab. 73. N, & Tab. 74. B) juxta menſuram incrementi involucrum illud, (ut in ſeminibus plantarum bulboſarum, & earum quas ſecundarias appellare nobis placuit, ut ſunt Cynomorion, Orobanche, Clandeſtina, Viſcum, & ſimilia) diſperditur ſenſim in furfur, vel pollinem, vel in lanuginem, ut clare conſtat ex duarum ſpecierum horum Fungorum incremento per ſingulos dies obſervato (Tab. 73. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & Tab. 74. num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.) Idemque conſpicitur tum in illis, qui in interiori parte globorum fimi equini, naſci ſolent (Tab. 73. O); tum in iis, qui in Ilicis foliis germinant ſub fig. 1. Tab. 74. tum etiam in iis, quos oſtendit aſſerculus, qui in calce Tabulæ 79. ſub fig. 6. exprimitur. Aliis in ſpeciebus ſupradictum involucrum eſt permanens, ac in magnam molem excreſcit (Tab. 77. C) ſimul cum Fungo, ut ſupra innuimus, qui in illo concluditur (Tab. 77. D E) eodem pacto, quo augetur Amnion augeſcente in dies fœtu humano. Quapropter hoc dumtaxat involucro utemur ad ſtatuendas nonnullas diſtributiones, relicta alia evaneſcente involucri ſpecie, utpote quæ ad rem noſtram inutilis eſt propter ejus exiguitatem, atque inconſtantiam.

In aliquibus ipſarum ſpecierum dictum involucrum ad radices Fungi omnino remanet (Tab. 76. D, & Tab. 77. F) in aliis prorſus ſuper pileolum in frag-

menta

menta diviſum, in quibuſdam Fungorum ſpeciebus manentia (Tab. 78. C, & Tab. 80. F) in aliis in flocculos degeneratura (Tab. 79. A, & Tab. 80. G).

Supereſt interim obſervandum, quod aliquæ ex hujuſmodi notis, quæ ſtatuunt differentiam, ac diſcrimen ſpecierum hujus generis, quamvis conſtantes, poſſunt tamen aliqua de cauſa aliquando, vel deficere, vel variare, ut *v.g.* aliqui ex ſimplicibus Fungis poſſunt reperiri ceſpitoſi, vel aliqui ex ceſpitoſis ſolitarii, ſicuti utrique poſſunt eſſe, vel ſimplices, vel ramoſi, quæ tamen non in omnibus ſpeciebus accidunt. Volvæ vero, & anuli poſſunt deeſſe, quod ariditatis cauſa ante maturitatem evaneſcant, vel quod ab inſectis devorentur. Lacticinoſi quoque apparere poſſunt ſine lacte, ariditatis, & vetuſtatis cauſa, ſicuti etiam tempore, ac ſitu: pari modo etiam vel ob nimiam, vel ob nondum perfectam maturitatem modo ſaturius, modo dilutius colorantur; quamobrem ad perfectam aliquarum ſpecierum minus obviarum notitiam oportet pluries eaſdem obſervare, ac inſuper diverſis temporibus earumdem characteres, ac notas inſpicere.

Animadvertendum eſt hic in Fungis ceſpitoſis a nobis omitti ſubdiviſionem eorumdem, quæ oritur a diverſitate involucrorum, tum quia in his Fungorum ſpeciebus eadem involucra oculos plerumque fugiunt, tum quia etiam probabili ratione duobus deberent involucris donari, quorum alterum eſt illud, ex quo prodit integer ceſpes, ſeu totius plantæ complexus, quod nondum vidimus; alterum vero, quod nobis patuit, & eſt illud, ex quo quilibet ceſpitis Fungus (Tab. 79. B) continetur. Quapropter ut hujuſmodi involucrum innoteſcat, unicam tantum ſpeciem Fungorum eodem ornatam exhibemus (Tab. 79. fig. 4.).

Nunc vero Fungorum & charactere, & ſeminibus, & floribus demonſtratis, ſignaturiſque explicatis eorumdem diſtributiones conſtituentibus, antequam ad ſpecierum enumerationem tranſeamus, noſtrum eſt aliquid tradere, ac referre de ſemine nonnullorum Generum ad hanc Claſſem ſpectantium, deque iis, quæ ad hanc rem in introductione ejuſdem Claſſis attigimus, ne ſemen illud furfur, ſeu pollen eorumdem Fungorum, aut inſectorum excrementum credatur, immo ut nemo amplius eam ſententiam amplecti recuſet, quæ omnia univerſim ab ovo, aut ſemine produci ſtatuit; quod ut id faciamus, ea nos ſuadent, quæ etiamnunc afferri videmus a Viris doctis de Fungorum, Tuberum, Mucorumque origine diſputantibus. Nonnulli enim harum rerum originem ex ſemine deducunt, alii fortuitam volunt, alii ancipitem (uti nonnulli Philoſophi de quorundam animalium origine exiſtimarunt), nempe tam a ſemine, quam ſine ſemine gigni poſſe. Alii denique omnes opiniones ſcrutati, nulli autem difficultati ſatisfacientes, nec propriam ſtatuentes opinionem rem totam adhuc in medio reliquerunt. Eorum, qui de Fungorum ſemine aliquid ſcripſerunt, quidam per jocum tantum de eo verba feciſſe videntur, quemadmodum Petronius Arbiter in Satyrico, ubi beati illius Trimalcionis lautitiam referens, ait illum in Indiam ſcripſiſſe, ut inde Boletorum ſemen illi mitteretur. Alii hujuſmodi ſemen Fungis ineſſe ſerio autumarunt, quemadmodum ex veteribus illi, quos refert Athenæus lib. 2. Dipnoſoph. qui Tubera ex ſemine naſci ſibi perſuaſerant: Imo eam cauſſam quidam afferebant, eodem teſte, cur in littore Mytilenis Tubera naſcerentur, quod ſcilicet e colle Tiaris eorum ſemina pluvia tempeſtate ab aquis in ſubjectam planitiem deferrentur. Attamen nec oculo, nec manu longe maxima pars eorum quidpiam ſemini ſimile in Fungis deprehendere valuit. Neque vero id cuipiam mirum videri debet, Fungorum enim ſemen, multo autem magis Tuberum, adeo exile eſt, atque minutum, ut abſque vitri optici ſubſidio clare, ac diſtincte ſpectari minime poſſit. Quo ſane microſcopii admirabili invento, cum ætates Galilæo ſuperiores caruerint, nemo utique ex iis, qui ante ipſum ſcripſerunt, ad Naturæ minutias haſce propius intuendas admiſſus fuit. Qui vero poſt inventam microſcopiorum artem in Fungorum ſemen inquiſiverunt, hi quoque in incœpto parum feliciter verſati ſunt, cum plures quamvis Fungis curioſe luſtratis

ſpe

ſpe ſua ſeminis expiſcandi fruſtrati ſint,& qui ſemen ſibi repertum certo perſuaſerant, rem pro ſemine, quæ nihil ejuſmodi erat, nec aliquid ſemini analogum, ſed potius ſeminum capſulas pro ſemine venditarunt. Ejuſmodi ſunt eæ, quæ in cavitate Fungoidis infundibuli forma, ſemine fœti, a Tournef. Inſt. R. H. p. 560. memorati, reperiuntur. Fungoides hoc a nobis Cyathoidis nomine commodius deſignatur, ut ſuo loco inferius dicemus. Quæ hactenus dicta ſunt, eo amplius indicio confirmari poſſunt, quod nemo ex tam magno Scriptorum numero dilucide oſtenderit ſerendi rationem, & vegetationem juxta unumquodque genus, quod nos primi exhibere aggreſſi ſumus ſequentibus obſervationibus, tum circa Fungorum, tum Mucorum ſemina.

OBSERVATIO I.

DIe decimo Junii 1718. multas horum Fungorum ſpecies in ſuburbano agro collegimus, quos nunquam natos animadverteramus in Regii viridarii, vulgo *Boboli* nemuſculis; oportuit autem id facere, ut ſingularum ſemina ſpecierum haberemus. Plura idcirco folia extendimus ſuper tabulam in cubiculo noſtro Ilicis, Quercus, Lauri, Fraxini, atque ſimilium ex propriis arboribus jamdiu delapſa, nondum verò depravata, ſeu marceſcentia. Singulis foliorum prædictorum ſpeciebus ſuperpoſuimus vel erectos, vel jacentes quamplures ex iiſdem Fungis; in aliquibus plures unius ſpeciei, in aliis vero plurium, ea dumtaxat de cauſa, ut quilibet Fungus ſuper eadem folia ſemen deponeret; quibuscunque tribus, vel quatuor horis elapſis ſusdeque volvebantur folia, non tantum ut ſingula ſemen reciperent, ſed præterea ne illud uno tantum loco in acervum cogeretur. Hoc autem peracto, ac portione ſeminum, quanta opus fuerat, congregata, Fungos abjecimus, & ſingulas foliorum ſpecies in duas partes diviſimus, quarum alteram in nemuſcula viridarii vulgo *Boboli*, alteram autem extra urbem in ſaltum Montis Oliveti detulimus. Omnes vero recondidimus loco producendis Fungis idoneo, nempe umbroſo, inter folia ſemiputrida diverſi generis ab iis, quæ ſeminibus Fungorum jam referta erant, atque ita ſingulas dictas ſpecierum partes diſpoſuimus, ut miſceri neque invicem, neque circumjacentibus foliis poſſent. Quia vero a 20. menſis Auguſti uſque ad 4. Septembris pluvii aliquot dies interfuere, ideo 20. Septembris Montem Olivetum adivimus, ac die ſequenti Bobolim, obſervaturi an ſupra prædictos foliorum cumulos peculiare aliquid reperiremus, & in *Boboli* tantum in aliquibus e memoratis cumulis, & præſertim in illis, qui conſtabant foliis Ilicis, vel Lauri, (Tab. 77. G G) vidimus ex iiſdem ſeminibus plura ad craſſitiem granuli panici adaucta, quorum involucrum in candidiſſimam, ac tenuiſſimam lanuginem abierat, omniaque radiculas capillares, & ſubhirſutas egerant H; unde Fungos jam eſſe enatos conjecimus, atque ita ſe rem proculdubio habere certiores facti fuimus, cum paucis diebus elapſis in nonnullis, ex eadem lanugine capitula erumpere incipientia I, & in nonnullis totam Fungorum formam ſe manifeſte prodentem, e lanugine rarefacta vidimus K. Poſt hæc octavo quoque die menſis Octobris, eadem loca adivimus, non modo obſervandi gratia progreſſum dictorum Fungorum enatorum, verum etiam intelligendi, ſi fieri poſſet, qua de cauſſa in reliquis cumulis nondum nati conſpicerentur, quod cum aſſequi minime valuerimus, idcirco redivimus ſæpius ad obſervandum proceſſum enatorum, nihil manu, ſed oculis tantum luſtrantes. Circa finem itaque Octobris, & poſt aliquot dies nunc pluvios, nunc ſerenos tandem grandiores facti, atque ſuper eadem folia exporrecti ſunt plures ex iiſdem Fungis, qui nati fuerant ex ſeminibus per eoſdem cumulos diſperſis. Has obſervationes pluries iteravimus, initio Æſtatis, tum etiam Autumni, ſed quia eorum ſeminum productio a tempeſtatibus plerumque

ipſo-

ipſorum naturæ opportunis procedit, videlicet a diebus alternatim ſerenis, atque pluviis, qui non ſemper opportune accidunt, ideo innumeros pæne caſus obſervavimus, per quos contingit vel eoſdem Fungos non naſci, vel eruptionem prævertere, vel protrahere, ſeu majori, vel minori copia progigni, hinc ſequitur, quod in ſeminandis iiſdem ſeminibus, aliquid certum, atque indubium ſtatuere, perquam difficile ſit, præſertim cum nondum accurata animadverſione omnia expenderimus, ac indagaverimus; interim tamen, & ſemina ſeruiſſe, & Fungos inde natos vidiſſe nobis in præſentia ſufficiat. Si quis autem in animo habeat certam Fungorum culturam invenire, atque utilitatem ex ea percipere, ſatius arbitramur modum illum, quo hortorum cultores utuntur, adhibere, ſcilicet per fimi oblonga aggeſta, quæ apud eoſdem vulgo Gallico nomine *Couches* dicuntur, ex quibus pratenſes Fungos educunt, veruntamen ex ſemine, non e fimo incaleſcente, ut ipſi putant, quod vel ipſi fimo immiſcetur, vel terræ, vel hujuſmodi rebus, quæ componendis iiſdem oblongis aggeſtis inſerviunt, quorum conficiendorum artem oſtendit in ſuo opere Quintinæus lib. vi. pag. 292. 327. & 333. longe vero exactius idem præſtitit Tournefortius in Comm. Ac. R. Sc. An. 1707. pag. 72.

OBSERVATIO II.

Die 5. Novembris eodem anno portionem Peponis oblongi C. B. Pin. 311. vulgo *di Zucca Frataja* palmum longam, & binas uncias latam, atque craſſam accepimus, poſtea molliſſimo penicillo ſemina Mucoris capitulis nigris, lucidis (Tab. . . fig. 1. vide ſuo loco) aliunde collegimus, ac deinde ſuperficiem prædictæ portionis oblinivimus ex altera tantum parte, eamque loco nullatenus ventis, aut Soli expoſito collocavimus; Die 10. ejuſdem menſis eadem pars undique apparebat alba, ac tenuiſſima lanugine, veluti candido Goſſypio undique conſperſa, quæ 12. die fere ad uncialem altitudinem pervenit, & fere griſeum induit colorem, aliqua vero filamenta ejuſdem lanugi is cum capitulis apparere cœperunt albis. Die 14. reliqua filamenta pariter capitula protulerunt, ac denique die 15. pulla omnia capitula facta ſunt, indeque ſemina ad maturitatem redacta.

OBSERVATIO III.

A Prædictis ſeminibus, quæ in capitulis dicti Mucoris genita ſunt, ut ſupra, die 16. aliam ejuſdem Peponis oblongi C.B.Pin. 311. portionem oblinivimus in altero latere, in altero vero ſemen Aſpergilli capitati, capitulo glauco, ſeminibus rotundis (Tab. . . fig. 1. v. ſ. loc.) depoſuimus, & in utroque latere, eodem temporis intervallo, ut ſupra innuimus, exorta ſunt, eodem modo creverunt, ſemenque juxta genus ſuum produxerunt, quod cum pluries fecerimus, iis ſeminibus ſemper uſi, quæ iterum recens nata planta unaquaque vice dabat, nullum tamen diſcrimen in inde enatis plantis obſervavimus.

OBSERVATIO IV.

Die 6. Decembris aliud pariter Peponis fruſtum ejuſdem magnitudinis, ac formæ accepimus, in quo quinque ſcrobiculos invicem diſtinctos excavavimus, atque in illis exiguum caricæ fragmentum infectum Mucore capitulis nigris, lucidis (Tab. . . fig. 1.) ac jam maturis inſeruimus. Die 8. pleræ-

que plantarum prædictarum inclinabant capita, aliæ vero dejectæ ſunt circa ſcrobiculos, ubi ſemina depoſuerunt; ac proinde die 12. tota fruſti illius ſuperficies oblita apparuit eodem Mucore, qui die 18. ſemina ad maturitatem perduxit. Die 19. dicti menſis aliquibus in locis ſuper memoratum Peponis fruſtum apparuit lanugo quædam alba, aliis vero in locis cinerea a ſeminibus exorta caſu aliunde in idem Peponis fruſtum illapſis. Quæ die 20. creſcendo procedebat, & una in Botrytem ramoſum, cinereum, ſeminibus rotundis (Tab. . . fig. 2.) altera in Aſpergillum capitatum, capitulo glauco, ſeminibus rotundis (Tab. . . fig. 1.) verſa eſt, nigra vero a ſeminibus nata a nobis impoſitis prorſus periit.

OBSERVATIO V.

Die 4. Novembris binas Peponis ejuſdem buccellas infecimus in lateribus tantum ſemine Botrytis ramoſi, cinerei, ſeminibus rotundis (Tab. . . fig. 2.) quarum unam in hypocauſto vitreo poſuimus, aliam vero exiguo cubiculo feneſtra aperta concluſimus. Prædictis in buccellis die 7. & iiſdem duobus in lateribus ſemine oblitis ubique granula apparuerunt, qualia vel in pelle vulgo *Sagrì*, vel potius in fragmento Pyri jamdiu ſecti conſpici ſolent, ſed rariora. Die 8. dicta grana in minutiſſimam, ac vix perceptibilem lanuginem abierant, ac potiſſimum ea, quæ in buccella illa hypocauſto vitreo inſerta conſpiciebantur. Veſpere diei nonæ in ambabus illis partibus lateralibus multum excreverat eadem lanugo, itaut undique velut pruina opertæ apparuerint, ſeu perinde ac nitrum parietum efflоruerint; pars autem ſuperior utriuſque buccellæ, in quam non fuerat immiſſum dictum ſemen, adhuc erat intacta. Die 13. eadem lanugo in utraque buccella locis prædictis capitula produxerat, ea vero in glaucum colorem tranſierant non abſimilia illis, a quibus ſemina excerpſimus, quum nulla apparuerit minima planta alterius ſpeciei Botrytis, vel Mucoris. Veruntamen in ſuperiori parte buccellæ poſitæ extra hypocauſtum vitreum, ceſpituli quidam exorti fuerant hinc inde albæ lanuginis, qui die 18. in veras plantas abiere, die vero 20. maturuerunt, & tunc innotuit Mucor capitulis nigris, lucidis (Tab. . . . fig. 1.) nemine ſerente, ſed caſu tantum illapſis ſeminibus.


OBSERVATIO VI.

Die 1. Novembris portionem aliam dicti Peponis infecimus ſemine Aſpergilli capitati, capitulis ſphæricis, glaucis (Tab. . . fig. 1.) Die 4. nihil mutatum obſervavimus. Veſpere tamen diei 8. ſuperficies dicti Peponis veluti granuloſa, eodem modo ut ſupra in Pyro, & in pelle vulgo *Sagrì*, apparebat, propter copiam flocculorum lanuginis innatæ, ut quaſi pruinoſa videretur. Die 13. excreverat, atque ad ultimam venerat perfectionem lanugo memorata, quia capitula protulit, ac in plantas ſui generis verſa eſt, ac die 18. evanuit. Veruntamen in parte ejuſdem portionis Peponis minimo in tractu, ubi fuerat idem Aſpergillus, quia ſemine infectum non fuerat ſpatium illud, innatum eſt aliud genus plantæ, quod die 24. clare ſeſe oſtendit, & ad maturitatem pervenit, erat autem Botrytes ramoſum, cinereum, ſeminibus rotundis (Tab. . . . fig. 2.) & die 27. in quibuſdam locis, ubi Aſpergillus die 18. jam perfecte maturuerat, apparuit Aſpergillus tenuiſſimus, albus, Graminis Dactyloidei facie, ſeminibus rotundis (Tab. . . fig. 3.), quæ plantæ ambæ e ſeminibus in dictam Peponis portionem caſu illapſis enatæ ſunt.


OBSER-

OBSERVATIO VII.

Die 30. Decembris portionem prædicti Peponis accepimus, illamque in pyramidem triangularem efformavimus, deinde sumpta portione Cydonii pomi majoris, necnon Pyri vulgo *Spina* pæne maturi, & ambabus in pyramides truncatas ablato nempe vertice conformatis, Cydonio pentagonam basim, Pyro hexagonam dedimus; in singulis vero Pyramidum faciebus speciem seminum Mucoris, Aspergilli, Botrytis peculiarem seruimus, itaut in Peponis portione tres seminis species, in Cydonio ex quinque lateribus quinque species, & demum in Pyro Spino ex sex lateribus sex species posuerimus, ut omnia in Mucoris Tabula sub literis A B C patent. Omnes prædictæ species seminum a die 4. usque ad 5. & 6. ejusdem mensis germinare nonnihil cœperunt, ut observavimus, & in plantas juxta semen suum abierunt, quarum aliquæ die 10. aliæ 12. aliæ 13. & aliæ denique 15. maturitatem suam assequutæ sunt, ac suæ speciei semina protulerunt, quæ cum iterum seruerimus, & semina pariter ex illis producta, iterum iterumque imposuerimus, semper eumdem observavimus in illis nascendi modum, non ea vice tantum, sed quotiescumque, & ubicumque idem tentaverimus, ac tandem sine ulla prorsus discrepantia, exceptis temporum differentiis, nimirum nascendi, vel maturandi serius, aut citius, id autem fortasse diversis ex causis, scilicet aut anni tempestatum varietate, aut locorum, aut diversa subjectorum corporum structura, vel ob nimiam, aut nondum perfectam ipsorum maturitatem.



ORDINIS FUNGORUM SCHEMATISMUS.



I. *Fungi ſimplices, ſeu non ceſpitoſi, nempe ab una radice ſingulares exeuntes.* *Tab.* 79.
II. *Ramoſi.* *fig.* 3.
III. *Volva non erumpentes.*
IV. *Pediculo non anulato.*
V. *Pileolo deſuper non ſtriato.*
VI. *Neque lacteſcentes, neque acres.*

Unicolores, albi.

FUngus ramoſus, parvus, albus, pileis in tubum veluti contractis Tab. 79. fig. 3. *Fungo ramoſo*. Menſe Octobri, in nemore aucupii DD. de Puccis, in loco nuncupato *Caſignano*.

II. *Non ramoſi.* *Tab.* 80.
VI. *Lacteſcentes, acres, vel non acres.* *fig.*

Unicolores, albi.

FUngus piperatus, albus, craſſus, lacteo ſucco turgens I. B. 3. 823. Inſt. R. H. 558. *Fungus albus, acris C. B. Pin.* 371. *Peveraccia, o Peperone*, aliis *Sottana*. Menſe Novembri, in ſylvis ubique.

2. Fungus eſculentus, piperatus, totus albus, lacteo ſucco turgens, lamellis anguſtioribus, pediculo altiori, & habitiori. *Lattajuolo bianco, buono, di gambo groſſo, e lungo, e di laminette ſtrette*. Menſe Majo, in ſylvis circa Regiam Villam *Careggi*, præſertim in *Monte Rivecchi*, & in foro interdum venditur.

3. Fungus piperatus, albus, parvus, lacteſcens, pileolo plano, umbilicato, ſubtus lamellis denſiſſimis, peranguſtis. *Peperino lattiginoſo, bianco*. Junio menſe, in nemoribus circa Carthuſianorum Cœnobium, & præſertim in loco non procul a prædio dicto vulgariter *il Laſtrone*.

Coloris lateritii.

FUngus pernicioſus, lateritio colore varians, ſuccum acrem, & croceum fundens, pediculo breviori. *An Amanita lateritii coloris, croceo ſucco turgens Dill. Cat. Giſs.* 179? *Fungo Lapacendro, malefico, che cambia colore, e che goccia liquore di colore di Zafferano*. Menſe Majo, & Autumno viget, in ericetis Romulæ, Caſiniani, Juguli, & Scandicci alti.

2. Fungus eſculentus, lateritio colore immutabili, ſuccum acrem, & croceum fundens, pediculo breviori. *Fungo Lapacendro, buono, colore di mattone immutabile, e che goccia liquore di colore di Zafferano*. Menſe Auguſto, in ericetis Regiæ Villæ Pratolini, & in Fagineis, atque Abiegnis ſylvis prope Camaldulenſem Eremum.

Ruſi.

FUngus pediculo, & ſuperna pileoli parte atro-ruſis, lamellis ſubruſis, ſeu remiſſi coloris, ſuccum lacteum, & acrem fundens. *Pepino ceciato*. Menſe Octobri, in Boboli per pratula, & ſylvulas Piſcinam Inſulæ ambientes.

2. Fungus infundibuli forma, lacteſcens, rufeſcentis coloris. *Imbutino lattajuolo*. In ſylvulis aucupariis territorii Scandicci alti, menſe Octobri.

3. Fungus parvus, pediculo, & ſuperna parte pileoli ferrugineis, lamellis ruſis, lacteum, & dulcem ſuccum fundens, *Lattajuolo dolce*. In Boboli, menſe Majo, per ſylvas juxta urbis mœnia.

4. Fun-

4. Fungus parvus, lacteum, & dulcem ſuccum fundens, pediculo, & ſuperna pileoli parte rufeſcentis coloris, lamellis vero ejuſdem ſed paulo remiſſioris. *Lattajuolo dolce*. Menſe Septembri, in Boboli, & in Montis Oliveti ſaltu.

5. Fungus acris, lacteſcens, infundibuli forma, pileolo parvo, ſaturate, & obſolete rufeſcente, & quaſi ferrugineo, lamellis rufis, pediculo ſupernæ pileoli parti concolore. *Peverino lattajuolo, forte*. In prædicto Boboli, & aliis ſimilibus locis Florentia non procul diſſitis, menſe Septembri.

6. Fungus acris, lacteſcens, parvus, dilute rufeſcens, pileolo complanato, & nonnihil umbilicato, circularibus zonulis ſaturate concoloribus diſtincto. *Pepino ſtriſciato*. Menſe ſupradicto, in Scandicci alti nemoribus.

Aureo-fulvi.

FUNGUS æſtivus, lacteſcens, ex aureo fulvus, vel ex fulvo aureus, ſericea, & perbrevi lanugine quaſi infectus, lamellis anguſtioribus, dilute concoloribus. *Fungo lattajuolo, d'Eſtate, dorato, e liſcio come raſo*. Menſe Julio, cum antedicto, ſed non ita obvius.

Ex atro ruſi, vel ex aureo ferruginei.

FUNGUS ex atro rufus, vel ex aureo ferrugineus, aqueo-lacteo, & dulce ſucco turgens. *Lattajuolo di latte annacquato, dolce*. Novembri, atque Decembri menſibus, uberior creſcit per ſylvas veluti in Boboli, & in Montis Oliveti.

Rubro-ferruginei.

FUNGUS bulboſus, lacteſcens, acris, rubro-ferrugineus. *Peperino lattajuolo di radice groſſa*. In ſylvis aucupariis, Scandicci alti, menſe Octobri.

Bicolores, albi, & ſpadiceo-griſei.

FUNGUS parvus, ſucco lacteo, & acri exuberans, ſuperne e ſpadiceo griſeus, ſubtus cum fiſtuloſo pediculo albus. *Peperino lattajuolo, di gambo voto*. Septembri menſe, in iiſdem locis cum ſuperiori creſcit.

Albidi, & ſublutei.

FUNGUS piperatus, lacteſcens, craſſus, pallidus, lamellis albidis, pediculo ſupernæ pileoli parti concolore, & Lichenis pulmonarii, arborei inſtar lacunato. *Peveraccia, o Peperone giallo, di gambo bucherattoloſo*. Menſe Auguſto, in Fagineis ſylvis, circa Camaldulenſem Eremum.

Albi, & griſei.

FUNGUS Alpinus, acris, lacteſcens, deſuper e griſeo fuſcus, inferne cum breviori pediculo albo. *Lattajuolo forte, Alpigiano, di Abetina*. Ubi ſupradictus, ac eodem tempore viget.

2. Fungus parvus, acris, lacteſcens, deſuper griſeus, inferne cum pediculo albo. Menſe Septembri, in Boboli Regio viridario, per aucupariam ſylvam, prope locum, vulgo *la Conſerva delle Trote*.

3. Fungus parvus, piperatus, lacteum ſuccum fundens, pileolo griſeo, mammoſo, papilla acuta, inferne cum pediculo albo Tab. 80. fig. 1. *Peperino con il cappello grigio, fatto a guiſa di Poppa*. Menſe Octobri, in loco ubi antedictus.

Albi,

Albi, & cinerei.

FUNGUS Alpinus, piperatus, lacteſcens, & viſcoſus, pediculo, & ſuperna pileoli parte cinerei coloris, inferne lamellis albis. *Peperino lattajuolo, viſchioſo, alpeſtre, di Abetina*. Auguſto menſe, in Fagineis, & Abiegnis ſylvis prope Camaldulenſe Cœnobium.

Albi, & obſcuri,

FUNGUS parvus, ſuccum lacteum, & acrem fundens, ſuperne colore obſcuriori, ſubtus lamellis, & pediculo albis. *Lattajuolo forte, di cappello ſcuro*. Menſe Septembri, in ſylva aucuparia DD. de Sacchettinis, loco dicto *il Pollajo alle Roſe*, necnon in Scandicci territorio ubique.

2. Fungus parvus, aqueo-lacteum ſuccum minus acrem fundens, pileolo ſubobſcuro, infundibuli modo cavo, inferne ex albo rufeſcente, pediculo ſupernæ pileoli parti concolore. *Peverino di mezzo ſapore, col di ſopra del cappello ſcuro*. Menſe Octobri, per Ilignam ſylvam D. Marchionis de Niccolinis, in loco, ut ſupra, *Scandicci alto*.

Dilute purpurei, & albi.

FUNGUS acris, lacteſcens, durioris ſubſtantiæ, pediculo cum ſuperna pileoli parte ſordide, & dilute purpureis, & ad tartarum vini rubri colore accedentibus, lamellis primum albis, deinde rufeſcentibus. *Peperino duro, col di ſopra del cappello di colore pavonazzo, che ſi accoſta a quello del tartaro di vino roſſo*. Menſe Octobri, inter Ilices, & Cupreſſus per magnum ambulacrum Regiæ Villæ, vulgo *il Poggio Imperiale*, ſicut etiam in Boboli per ſylvulas circa Piſcinam Inſulæ, præſertim in prateolo, dicto *della Cavallerizza*, ante areas, ubi olera coluntur.

Tricolores, albi, fuſci, & lateritii coloris.

FUNGUS lacteſcens, acris, pileolo ampliore, centro cavo, & ſubfuſco, reliqua parte zonulis circularibus lateritii coloris dilutis, & ſaturis alternatim poſitis veluti faſciata, lamellis, & pediculo albis. *Peperone lattiginoſo, di capo nel mezzo concavo, e nericcio, nel rimanente cinto di faſce di colore di mattone, e di ſotto tutto bianco*. Menſe Auguſto, per Scandicci alti nemora.

VI. *Non lacteſcentes, acri, vel alio fervido, ac peculiari ſapore.* *Tab.* 77. *fig.* 2. & *Tab.* 78. *fig.* 4. 5.

Unicolores, albi.

FUNGUS eſculentus, acris, albus, pileolo turbinato, ad oras angulato, & ſubtus repando. *An Auricula Leporis, alba Sterb. Theatr. Fung.* 119. B. *Tab.* 15. B.B? *Gallinaccio bianco*. In ſylvis, ericetis, atque arbutetis Vere, & Autumno, ſed rariſſime occurrit.

Lutei.

FUNGUS eſculentus, acris, pulchre croceus, pileolo turbinato, ad oras angulato, & ſubtus repando. *Gallinacei ſubcrocei coloris, figura auriculæ Cæſalp.* 619. *Gallinaccio giallo, ordinario*. In ſylvis cum ſuperiori, ac eodem tempore exit, ſed longe copioſior, ideoque in foro noſtro venalis paſſim proſtat.

2. Fun-

2. Fungus eſculentus, acris, colore vitellino, pileolo turbinato, oris expanſis, undulatis, ac pulchre laciniatis, lamellis, ſeu mavis coſtis, criſpis, & veluti ramoſis. *An Fungus anguloſus, & veluti in lacinias ſectus C. B. Pin.* 371. *Inſt. R. H.* 558. *Bot. Pariſ.* 60. *Tab. XI. n.* 14. *&* 15? *Gallinaccio di colore di torlo d'uovo, e con il dintorno del cappello a falpalà, e il di ſotto creſpo, e coſtoluto*. In Regio Viridario *Boboli*, & in quamplurimis locis circa urbem, ſed non ita obvius.

Hujuſmodi Fungus a ſupramemorato procul dubio diverſus deprehenditur; qui in ſuperna pileoli parte colore modo vitellino, modo ex albo rubente, modo carneo reperitur. Proclive fuiſſet, infernæ pileoli partis nota conſiderata, novum Fungorum ordinem ſtatuere, ſicuti in Pariſienſi Botanico factum videmus. Verum cum in plurimis talium Fungorum ſpeciebus nota illa minus clare pateat, adeout ambiguum prima fronte videri poſſit in novum ne potius, an vero in hunc ordinem referendi veniant, conſulto eos omnes ſub lamellatorum ordine relinquimus.

Bicolores, albi, & ſpadicei.

FUNGUS piperatus, non lacteſcens, pileolo admodum umbilicato, ſordide ſpadiceo, lamellis albis, pediculo firmo, breviſſimo, concolore. *Peperone ſenza latte*. Menſe Septembri, in Boboli per pratula Piſcinæ Inſulæ adjacentia.

Albi, & griſei.

FUNGUS exiguus, odore, & ſapore Raphani, pileolo deſuper albo, inferne griſeo, pediculo ſupernæ pileoli parti concolore. *Fungo Ramolaccio, minore*. Menſe Octobri, ſecus magnum ambulacrum Regiæ Villæ, inter Cupreſſus, & Ilices.

Albi, & lutei.

FUNGUS campeſtris, parvus, luteus, odore Allii, lamellis albis, pediculo ſuperna parte concolore. Tab. 78. fig. 5. *Fungo Aglio de' campi, o campagnuolo*. In fimo equino per agros fuſo, Autumnali tempore viget, ſed rarus.

Griſei, & nigricantes.

FUNGUS Alpinus, odore, & ſapore Allii, pileolo hemiſphærico, utraque parte ſordide griſeo, pediculo prælto tenuiori, nigricante, fiſtuloſo, & veluti ſericeo Tab. 78. fig. 4. *Fungo Aglio, Montagnuolo, o Alpigiano*. Menſe Auguſto, in Camaldulenſibus Alpibus, & Vallis-Umbroſæ montibus, tam in umbroſis, quam in apricis locis occurrit.

E cinereo albicantes, & ſpadicei.

FUNGUS non veſcus, exilis, e cinereo albicans, pediculo ſpadiceo, odore Allii D. Breynii (Tab. 77. fig. 2.) Ex libro ejuſdem Cl. Viri ſæpe memorati depromptus.

Tricolores, ruſi, griſei, & medii inter utrumque coloris.

FUNGUS odore, & ſapore Raphani, pileolo ſuperna parte pulchre rufo, lamellis denſis, griſeis, pediculo medii coloris, cum cuticula lacera, veluti ſubhirſuta. *Fungo Ramolaccio, maggiore*. Octobri, & Novembri menſibus, in nemoribus ubique frequentiſſimus creſcit, præſertim in Boboli, & in ſaltu montis Oliveti.

VI. *Ne-*

VI. *Neque lacteſcentes, neque acres.*

Tab. 73. *fig.* 5. *Tab.* 74. *fig.* 3. 4. 7. *&c.*

Unicolores albi.

FUNGUS eſculentus, totus albus, pileolo ampliore, pediculo brevi. *Fungo Biancone.* In ſylvoſis territorii Divi Martini ad Palmam, Autumni tempore.

2. Fungus eſculentus, totus albus, pileolo plano, pediculo breviore. *An Fungus magnus, totus albus, ſine lacteo ſucco, edulis, Columbettes, Montbelgardenſibus I. B.* 3. 826? *Fungo Jozzolo.* In Parœcia Divi Andreæ, loco dicto *a Moſciano*, necnon ubi antedictus, eodemque tempore viget.

3. Fungus eſculentus, albus, pileolo plano, viſcidus, lamellis criſpis. *Fungo Mugnajo.* In territorio Scandicci, tempore prædicto, per ſylvas DD. de Altovitis.

4. Fungus albus, infundibulum imitans, pediculo tenuiori. In Boboli, per ſylvulas aucuparias Piſcinæ Inſulæ adjacentes, tempore Autumnali.

5. Fungus ſubalbidus, oris laceris, pediculo craſſiore, radice granuloſa. In aucupariis ſylvulis per territorium Scandicci alti, ac potiſſimum in illa DD. de Nerlis, menſe Octobri.

6. Fungus albus, parvus, & habitior, pileolo umbilicato, ac in plures partes, tamquam per elaſticam vim ut plurimum ſe dividens, cute lacera. *Fungo bianco, ſtiantereccio.* Menſe Octobri, in eodem territorio per ſylvam DD. de Vitis.

7. Fungus lutoſe albus, pileolo plano, pediculo longiore, cylindraceo, non fiſtuloſo. Menſe Novembri, in eadem ſylva.

8. Fungus eſculentus, totus albus, farinam recenter molitam redolens. *Bigiolone bianco, che ſpira odore di farina di freſco macinata.* Toto Autumno, & Novembri, ac Decembri menſibus, in ericetis, atque ciſtetis copioſus provenit.

9. Fungus niveus, perelegans, pileolo ſubrotundo, cerebri inſtar criſpato, pediculo breviore. *Fungo bianco col cappello creſpo a guiſa di cervello.* In trabe tecti domus cujuſdam ab aqua pluviali diu madefacta, menſe Septembri.

10. Fungus eſculentus, parvus, & habitior, totus albus, & viſcidus. *Fungo Geloſo.* Ad Ulmos, menſe Octobri, in Caſiniani Parœcia, in nemore Monialium Divæ Felicitatis, nuncupato *il Boſco di Bruco.*

11. Fungus albus, eſculentus, pileolo ampliori, fornicato, atque in medio pauliſper umbilicato, cute lacera, veluti ſquamoſa, pediculo tenuiori, breviſſimo. *Fungo cappellone, bianco.* Menſe Junio, per ſylvas circa Regiam Viam, vulgo *Viareggio*, in Ilicum, & Quercuum caudicibus.

12. Fungus totus albus, infundibulum imitans, pileolo parvo, pediculo longiore. Menſe Novembri, in Scandiccio alto, per ſylvam Noſocomii Bonifacio nuncupati.

13. Fungus parvus, lamellatus, infundibuli forma, totus albus, pileolo ut plurimum in varias lacinias ſe dividente. Menſe Octobri, ubi antedictus.

14. Fungus parvus, totus albus, pileolo plano, ac umbilicato, pediculo brevi. In ſylvis aucupariis Boboli.

15. Fungus nemoroſus, viſcidus, lacteo candore fulgens. *Fungo Valente.* Menſe Septembri, in ſylva aucuparia DD. de Sacchettinis, loco dicto *il Pollajo alle Roſe.*

16. Fungus nivei candoris æmulus, viſcidus, lamellis parvis, rarioribus, pediculo fiſtuloſo. Menſe Septembri, in loco ſuperius citato.

17. Fungus eſculentus, lamellatus, candidus, pulvinato pileolo. Menſe Octobri, per nemus Regiæ Villæ Caſtelli, de qua Petrus Bellonius in libello ſuo de neglecta ſtirpium cultura Problemate 20. mentionem facit.

18. Fungus parvus, albus, ſubtus lamellis toroſis. Menſe Novembri, *in Boboli*, juxta urbis mœnia.

19. Fungus parvus, albus, pileoli ſubſtantia adeo tenui, ut lamellæ ad ſupernam ſuperficiem tranſpareant. Menſe Octobri, *in Boboli*, inter Cupreſſus circa Inſulam.

20. Fungus parvus, coriaceus, viſcidus, totus albus, lamellis rarioribus, ſeu inter ſe longe diſtantibus. *Lumachino bianco*. In herboſis, & agrorum ambulacris, menſe ſupradicto.

21. Fungus parvus, viſcidus, totus albus, pediculo breviore. *Lumachini bianchi, di gambo corto*. In nemoribus circa Regiam Villam Careggi, menſe Majo.

22. Fungus fimetarius, hirſutus, ſubalbidus, pileolo conico, pediculo craſſiore. In vaſis Mali Limoniæ, aut Aurantiæ recenter ſtercoratis, & quandoque per aggeſtum equini fimi, Vere, & Autumno, interdum vero Æſtate, poſt pluvias.

23. Fungus parvus, totus albus, pileolo in medio umbilicato. *Fungherello di ſcopeto, bianco*. In ſylvis, & ericetis Caſiniani, menſe Octobri.

24. Fungus parvus, totus albus, gracilior, pileolo hemiſphærico, pediculo tenuiori, prælto, radice tumida, in mucronem longum producta. *Fungo dilegine, barbato* Majo menſe, per loca herbida, & ambulacra prædii Domini de Chelinis in territorio Scandicci.

25. Fungus pratenſis, parvus, albidus, radicibus Graminis Dactyloideis, ſpicis villoſis, Autumni tempore naſcens Tab. 74. fig. 3. *Funghino bianchiccio, de' prati, che naſce ſopra le radici della Gramigna ſanguinella dalle ſpighe peloſe*. In pratis, & paſcuis, ſignanter per pratum *Regiæ ſuburbanæ Villæ*.

26. Fungus parvus, totus albus, inter Muſcos naſcens, pileolo acuto, extinctorii forma. *Funghino bianco, col cappello a ſpegnitojo, che naſce fra il Muſco*. Menſe Octobri, in nemoribus territorii Scandicci alti.

27. Fungus minimus, candidus, pileolo clypei forma, & veluti angulato, limbo ſuperna parte repando Tab. 74. fig. 4. *Funghino bianco a foggia di Brocchiere, che naſce ſopra i pezzi di legni marci*. Tempore ſupradicto, in ſylvulis Boboli, ſuper ligni putridi fragmenta.

28. Fungus minimus, ceræ albæ colore, pileolo plano, in medium faſtigiato, pediculo fiſtuloſo, Muſco Polygoni folio innaſcens. *Funghino di colore di cera bianca, col cappello nel mezzo elevato, e appuntato, che naſce ſopra il Muſco*. Decembri menſe, non ſolum ubi antecedens, ſed etiam in Montis Oliveti ſaltu.

29. Fungus minimus, candidus, pileolo hemiſphærico, pediculo altiori, capillaceo Tab. 73. fig. 4. *Funghino bianco col capo mezzo tondo, e di gambo capillare*. In ſupradicto Boboli, Septembri menſe, præſertim circa Labyrinthum novum.

30. Fungus minimus, candidus, pileolo galericulato, pediculo prælto, anguſtiſſimo, vix perforato Tab. 73. fig. 5. *Funghino candido, che naſce ſopra i Lecci, ed ha il cappello a foggia di morione*. Super Ilicum caudicibus, menſe Octobri, variis in locis.

31. Fungus minimus, totus albus, infundibulum imitans, Muſco innaſcens Tab 73. fig 6. *Peverino piccioliſſimo, bianco, di ragnaja*. In Boboli, per ſylvulam aucupariam, prope locum ubi Trutæ ſervantur, Majo menſe.

32. Fungus minimus, infundibuli forma, totus albus, emortuis Gramineis foliis innaſcens. *Peverino minimo, che naſce ſopra le foglie di Gramigna mezza ſecca*. Tempore Autumnali, per reſtibiles agros, in Scandicci territorio creſcit.

33. Fungus minimus, candidus, pileolo hemiſphærico, Ilignis foliis ſemiputridis innaſcens Tab. 80. fig. 10. *Funghino candido, che creſce ſopra le foglie marce di Leccio*. In Boboli, circa Septembris finem.

34. Fungus minimus, albus, pileolo hemiſphærico, in arborum caudicibus, toto Anno poſt pluvias oritur Tab. 74. fig. 7. *Funghino bianco, dilegine, di capo*

po mezzo tondo, che si trova dopo le piogge ne' pedali degli alberi. In Cupreſſuum, & Ilicum caudicibus, ut in Boboli, & in magno ambulacro Regiæ ſuburbanæ Villæ.

35. Fungus minimus, prorſus albus, inter Muſcos naſcens. *Fungherello minimo, che creſce fra il Muſco dopo le lunghe piogge*. Menſe Octobri, poſt diuturnas pluvias, e locis muſcoſis prodit.

Leucophæi, griſei, adamantini, cinerei, murini.

FUNGUS eſculentus, ſaturo-cinereus, vel murini domeſtici coloris, farinam recenter molitam redolens, pediculo craſſiore. *Bigiolone*. Toto Autumno, Novembri, atque Decembri menſibus, in ericetis, & ciſtetis, ut plurimum copioſus provenit, & in foro noſtro venditur.

2. Fungus adamantini coloris, pileolo ampliori, fornicato, pediculo brevi, tenujore. *Fungo di colore diamantino, e come bigio-perla*. Menſe Septembri, in Boboli, per nemus ſupra Amphiteatrum, ad meridiem.

3. Fungus parvus, viſcoſus, pileolo griſeo, ſemiorbiculato, pediculo fiſtuloſo, ſimul cum lamellis dilute concoloribus, & quaſi leucophæis. *Funghetto viſcoſo, grigio, di gambo voto, e di colore grigio-bianco, o argentino*. Novembri menſe, in Boboli pariter, per nemora juxta mœnia.

4. Fungus parvus, intenſe griſeus, ſuperna pileoli parte lacera, veluti ſquamoſa, pediculo in ſpiræ modum intorto, & filamentoſo. *Stoppone col cappello ſcrepolato, e di gambo ſtorto, e sfilaccicato*. Cum prædicto.

5. Fungus griſeus, gracillimus, pileolo galericulato, pediculo lineam craſſo, prælto, fiſtuloſo. *Fungherello grigio, dilegine, di gambo alto, e ſottile*. Menſe Octobri, inter Muſcos viget, per Scandicci alti ſylvas, & potiſſimum in querceto, vulgo *il Boſco del Fratone*.

Aurei, lutei, crocei, pallidi, paleacei, ſtraminei.

FUNGUS eſculentus, paleacei, ſeu ſtraminei coloris, pileolo pulvinato, lamellis crebris, tenuiſſimis, peranguſtis. *Tirignozzo*. Octobri menſe, in ſylvis montoſis Juguli, Montis Boni, Caſiniani, & alibi.

2. Fungus luteus, & ad praſinum nonnihil tendens, pileolo craſſo. *Borſone*. In nemore Abbatiæ Florentinæ, ſepiſſime memorato, menſe ſupradicto.

3. Fungus aureus, infundibuli forma. *Pevera malefica, dorata*. In Vallis-Umbroſanis, atque Montis Senarii Abiegnis ſylvis, Autumni tempore exit.

4. Fungus parvus, e luteo aureus, molliori ſubſtantia, pileolo plano, lamellis rarioribus, pediculo longiore. *Graſſello giallo, buono*. Menſe Novembri, in Boboli, per nemuſcula circa Divæ Brigidæ portam.

5. Fungus parvus, campeſtris, luteus, pileolo hemiſphærico, pediculo longiore. *Giallino cattivo di gambo lungo*. In agris territorii Scandicci, Vere, & Autumno.

6. Fungus parvus, lubricus, aureus, lamellis raris, amplioribus, pediculo craſſiore. *Lumacone giallo, che ſdrucciola di mano*. In Boboli, Autumni tempore.

7. Fungus parvus, luteo pallore decolor, pediculo duriore. *Fungo di colore di camoſcio, che tira al pagliato*. Ibidem provenit.

8. Fungus ex luteo rufeſcens, cute ſupernæ pileoli partis lacera, veluti ſquamoſa. *Fungherello giallo-ceciato, colla parte di ſopra del cappello ſcamoſciata*. Menſe Octobri, in caſtanearum ſylvis, ultra torrentem Grevem, in Montis Boni territorio.

9. Fungus parvus, ſordide, vel obſolete luteus, vel luteus obſolete vireſcens, capitulo hemiſphærico, pediculo in ſpiræ modum intorto. *Funghetto di colore ver-*

de pania, o verdacchio, col gambo ſtorto a guiſa di fune. In Regio Viridario Boboli, menſe Octobri.

10. Fungus minimus, aureus, Virgæ aureæ majoris, foliis glutinoſis, & graveolentibus, emortuis ramis innaſcens, pileolo hemiſphærico. *Ceppetino, o Funghetto dorato di Ceppita.* Menſe ſupradicto, in Caſiniani Parœcia.

Spadicei.

FUNGUS parvus, totus ſpadiceus, pileolo mammoſo, deſuper quaſi in ſericea filamenta lacerato, atque in medietate veluti in papillam acutam aſſurgente, pediculo tenuiori. *Canapino di buccia sfilaccicata, e di gambo ſottile.* Circa Maii menſis finem, per ſylvulas aucupii Regii Caſtelli Ruris.

Ruſi.

FUNGUS eſculentus, craſſus, ex rufo albicans, vel ex albo rufeſcens, lamellis anguſtiſſimis, pediculo craſſiore. *Soderello degli uccellari.* Januario menſe, per nemuſculum aucuparium D. de Chelinis, in territorio Scandicci.

2. Fungus totus atro-rufeſcens, odoratus, pileolo ampliore, fornicato, tenuiori ſubſtantia, pediculo brevi, anguſto. *Fungo di colore d' Ontano, che inclina all' Iſabella.* Menſe Octobri, in Montis Senarii ſylvis.

3. Fungus parvus, eſculentus, odoratus, coriaceus, rufus, lamellis inter ſe longe diſtantibus. *Fungo color d'Iſabella.* In herbidis, & per montoſa prata, ut circa Regiam Pratolini Villam, necnon in arenoſis juxta Arni ripas, pluribus locis, ſicut etiam in territorio Scandicci ad torrentem Grevam, Majo menſe.

4. Fungus parvus, infundibuli forma, criſpus, pediculo, & ſuprema pileoli parte rufis, inferne lamellis ex rufo purpuraſcentibus. *Imbutino creſpo.* In montis Rivecchi Caſtaneto, atque etiam in ſuburbanis Villarum Regiarum ſylvulis, nempe Caſtelli, & Petrariæ, menſe ſupradicto.

5. Fungus exiguus, atro-rufeſcens, pileolo ampliore, tenuis ſubſtantiæ. *Fungo di colore ceciato pieno.* Menſe Octobri, in Boboli.

6. Fungus exiguus, totus rufeſcens, lamellis ad pileoli periphæriam non uſque excurrentibus, pediculo brevi, radice bulboſa. *Fungherello di colore del roveſcio della Vacchetta.* Novembri menſe, ubi prædictus, ad Lauros.

7. Fungus parvus, lamellatus, rufeſcens, florem Geniſtæ redolens. *Funghetto, che ſpira odore di fiori di Gineſtra.* Menſe Octobri, ubi antedictus, per ſylvas circa Inſulam.

8. Fungus parvus, ſordide rufeſcens, vel ex rufo ferrugineus, cute lacera, pediculo lineam craſſo, fiſtuloſo. *Funghetto di color del legno molle d' Ontano.* In Scandiccio ultra Vingonem rivulum, per ſylvam, vulgo *il Boſco di Bruco*, & alibi, necnon in montis Oliveti ſaltu, menſe Decembri.

Fulvi, ſeu muſtellini.

FUNGUS parvus, lamellatus, fulvus, pileolo concavo, & veluti ſericeo, lamellis toroſis. *Fungo del colore di foglia morta, colla parte di ſopra del cappello liſcia come ſeta, e colle laminette muſcoloſe.* Menſe Octobri, in Boboli.

2. Fungus parvus, fulvus, pileolo hemiſphærico, fornicato, deſuper lacero, veluti ſubhirſuto, pediculo breviore. *Funghino del colore di foglia morta, colla pelle del cappello ſcamoſciata.* Majo, & Octobri menſe, in Populetis per Ripulenſe planum, ultra Rus D. Equitis de Caſtellis.

3. Fungus parvus, fulvus, pediculo tenuiore, pileolo quaſi complanato. *Fungherello di ſcopeto, del colore di foglia morta, o leonato.* In ericetis montoſis Autumno viget.

4. Fun-

4. Fungus parvus, fulvus, ſeu muſtellinus, pileolo extinctorii forma. *Fungo ſpegnitojo, minore, di gambo lungo, del colore di foglia morta.* Menſe Octobri, in nemuſculis circa Piſcinam Inſulæ Boboli.

5. Fungus campeſtris, minimus, ex fulvo ferrugineus, pileolo hemiſphærico, oſſis arietinis innatus. *Fungo oſſerino.* In Scandicci agris, tempore brumali, variis rebus adnaſcens, & potiſſimum in oſſibus Arietinis.

6. Fungus parvus, Autumnali tempore ſtercori Bovino innaſcens, pileolo hemiſphærico, ſupernæ ſubfulvo, inferne vero ſaturo, pediculo tenuiori, fiſtuloſo, ſupernæ pileoli parti concolore. *Funghetto del colore di foglia morta, che l'Autunno naſce nel concio di Bue, e di Vacca.* In paſcuis, ubi jumenta degunt.

Obſcuri, fuliginoſi, fuſci.

FUNGUS ex obſcuro fulvus, pileolo ampliſſimo, craſſo, hemiſphærico. *Fungo cappellone, ſcuro.* In Monialium Divæ Felicitatis nemore, per Divi Zenobii Parœciam, Menſe Octobri.

2. Fungus eſculentus, odoratus, parvus, acetabuli modo cavus, obſcurus, & ad Olivæ conditæ colorem nonnihil tendens. *Fungo con cappello a ciotola, colore ſcuro, che tende a quello d' uliva fradicia.* Novembri menſe, in Scandicci imi territorio, per Noſocomii Bonifacii agros.

3. Fungus ſubobſcurus, pileolo campanulato, ac deſuper in ſericea filamenta, veluti lacerato, pediculo prælto. *Fungo Canapone, ſcuriccio, con la parte di ſopra del cappello ſfilaccicata.* In nemuſculis aucupariis, in eodem territorio, menſe Octobri.

4. Fungus acetabuli modo cavus, fuliginoſus, pediculo prælto. *Gamberello di colore affummicato.* Eodem menſe per nemora Noſocomii ſupramemorati.

5. Fungus parvus, obſcurus, pileolo acetabuli modo cavo, ad oras undulato, & ubivis ſericeo nitore prædito. *An Fungus foliaceus, vel lamellatus, infundibuli forma, fuſco-lividus Bot. Pariſ. 73. n. 12. Tab. XIV. fig. 1. 2. 3? Fungo ſcuro con cappello liſcio, e luſtrante come ſeta, fatto a ciotola.* In Boboli nemoribus, & circa urbem variis in locis herbidis, Majo, & Septembri menſibus.

6. Fungus parvus, ſubobſcurus, pileolo mammoſo, papilla acuta. *Funghetto ſcuro con cappello a foggia di poppa, col capezzolo acuto.* In Scandicci alti nemoribus, Octobri menſe.

7. Fungus parvus, obſcurus, aut caſtanei veteris coloris, pileolo hemiſphærico. *Fungherello color di guſcio di Marrone, o di Caſtagna vecchia, delle macchie di S. Piero in Grado.* In Piſanis ſylvis, præſertim ultra Divi Petri Templum, vulgo *S. Piero in Grado*, tempore ſupradicto.

8. Fungus parvus, acetabuli modo cavus, colore ſubobſcuro. *Fungo ſugherello*, (ideſt ſuberellus, a ſubſtantia corticis Suberis denominatus). In herboſis prædiorum ambulacris, Menſe Octobri per Scandicci planiciem exit.

Violacei, purpurei, janthini.

FUNGUS eſculentus, bulboſus, dilute purpureus Tab. 74. fig. 1. *Fungus Boletus, violaceus, exitialis Bocc. Muſ. Part. 1. Tab. 301. fig. 5. Grumato paonazzo, o Fungo vedovo.* Novembri, atque Decembri menſibus, in nemoroſis locis copioſus provenit, ut in Boboli, Oliveto, atque Senario Montibus, & in foro noſtro ſæpiſſime venditur.

2. Fungus parvus, dilute purpureus, pileolo ſurſum reflexo, & concavo, pediculo longiore, intorto. *Fungo colore di principe, che tira al gridolino.* Octobri menſe, per Scandicci territorium ubique.

3. Fungus pileolo, & pediculo dilutiſſime purpurei, & quaſi rufeſcentis coloris, lamellis vero ſuave-purpureis. Cum ſequenti.

4. Fun-

4. Fungus totus ſubpurpureus, per vetuſtatem ad carneum colorem vergens, pileolo extinctorii forma. *Fungo ſpegnitojo, di color colombino ſmorto.* Per Scandicci alti nemora, inter ſemiputrida folia, menſe Octobri.

5. Fungus parvus, dilute purpureus, pileolo pulvinato, lamellis valde remiſſis, pediculo fiſtuloſo, intorto. *Fungo vedovino, di gambo voto, e ſtorto.* Decembri menſe, in Boboli.

6. Fungus parvus, ſubpurpureus, pileolo pulvinato, pediculo non fiſtuloſo. *Vedovino di colore di porpora dilavato, e di gambo pieno.* Menſe Octobri, in Scandiccio per ſylvam aucupariam D. de Chelinis, & in Regiæ Villæ Caſtelli nemore.

7. Fungus pileolo parvo, hemiſphærico, ſuperne nigro-purpureo, inferne vero valde diluto, & quaſi purpureo, pediculo concolore, prælto, intorto, fiſtuloſo. *Bullettone pavonazzo, di gambo lungo, ſtorto a guiſa di fune.* In Boboli ſub Ilicibus, Novembri menſe.

8. Fungus dilute violaceus, pileolo parvo, pediculo gracili, prælto, fiſtuloſo. *Fungo chiodo, violetto.* In Abbatiæ Florentinæ querceto, Autumni tempore.

9. Fungus janthinus, pileolo parvo, quaſi ſemiorbiculato, pediculo tenui, partim glabro, partim ſubhirſuto. *Bullettoncino di colore fra la porpora, e il violetto, col gambo mezzo peloſo.* Circa Novembris initium, in Boboli per ſylvas, videlicet inter Theatrum, & pratulum vulgo *dell' Uccellare.*

Virides.

Fungus parvus, totus viridis, & ad aureum nonnihil tendens, ac limacino glutine oblitus, pileolo extinctorii forma, pediculo fiſtuloſo. *Fungo verdino, cattivo, lumacoſo.* In herbidis, & hortorum ambulacris, tum in Regio Viridario Boboli, tum in Scandicci planicie, menſe Octobri, inter herbas quaſi latentem inveni.

Coccinei.

Fungus Alpinus, totus ſaturo-coccineus, ſeu kermiſinus, pileolo hemiſphærico. *Fungo Alpigiano di colore Cremiſi.* Menſe Septembri, per Piſtorienſes Montes, in caſtanearum ſylvis viget, ut in locis dictis *la Mareſca, e il Teſo.*

Bicolores albidi, & leucophæi, griſei, cinerei, plumbei, gilvi, murini.

Fungus parvus, leucophæus, lamellis albidis, pediculo fiſtuloſo, ſupernæ pileoli parti concolore. Menſe Octobri, in Scandicci alti nemoribus, præcipue in illo D. Marchionis de Niccolinis.

2 Fungus eſculentus, farinam recenter molitam ſuaviter redolens, pileolo ſuperna parte griſeo, inferne lamellis anguſtiſſimis, ſimul cum pediculo albis. *Prunulus vulgo Cæſalp. 617. An Fungus pileolo rotundiori Mouceron dictus Inſt. R. H. 557? Prugnuolo noſtrale buono, cenerino.* In vepretis, & ſenticoſis locis, præſertim montoſis Vere, & Autumno.

3. Fungus eſculentus, pileolo ſuperne e griſeo ſubobſcuro, inferne lamellis, & pediculo albis. *Grumato di Vallombroſa.* In Vallis-Umbroſanis ſylvis, Vere, & Autumno, & cum ſequenti in foro noſtro venalis proſtat.

4. Fungus eſculentus, deſuper plerumque prorſus griſeus, interdum vero in aliqua parte æneo colore perfuſus, inferne lamellis, & pediculo albis. *Calcatreppola.* Non ſolum ubi antecedens, ſed etiam per Senarii Montis ſaltum.

5. Fungus eſculentus, pileolo ampliore, fornicato, tenui ſubſtantia, deſuper ex plumbeo, & cyaneo albeſcente, inferne prius albo, deinde griſeo, pediculo breviſſimo albo. *Cappelloncino.* Ibidem eodem menſe provenit.

6. Fun-

6. Fungus odoratus, parvus, infundibuli forma, desuper e griseo spadiceus, pediculo concolore, lamellis torosis, sordide albis. *Grumatella*. Mense Septembri, in Boboli, per sylvam aucupariam prope locum ad servandas Trutas.

7. Fungus esculentus, e griseo rufescens, inferne lamellis, & pediculo albis, in emortua Eryngii radice nascens Tab. 73. fig. 2. *Fungus Eryngii Bot. Monsp. An Fungus laudatissimus ex Acarna Apula Col. Part.* 1. 29? *Cicciolo*. Forte a carnis lotæ colore, vulgo *colore di ciccia lavata*. Mense Octobri, in territorio Castri Florentini, & circa Villam D. Marchionis de Acciajolis, vulgo *Monte Gufoni*.

8. Fungus esculentus, pileolo desuper griseo, inferne simul cum pediculo albo *Corniola tardiva*. Novembri mense, per Scandicci alti nemora, præsertim Abbatiæ Florentinæ.

9. Fungus esculentus, pileolo superne e griseo plumbeo, & veluti squamoso, lamellis simul cum breviori, & habitiori pediculo albis. *Bigione, o Bigiolone*. Autumnali tempore, per Montis Senarii sylvas, & in foro nostro venalis.

10. Fungus esculentus, pileolo desuper murini coloris, inferne lamellis, & tenuiori pediculo, albis. *An Fungus superficie murini coloris, lamellis albicantibus Raii Synopf. ed.* 2. 335? *Bigiolino*. Autumnali tempore, Novembri, atque Decembri mensibus, in ericetis, & cistetis provenit, ac in foro pariter venditur.

11. Fungus esculentus, pileolo desuper cinereo, aut murino, & in filamenta quasi lacerato, inferne candido, & tenuissime lamellato, pediculo plerumque pariter candido, *Bigiolino buono, col cappello per di sopra quasi come filamentoso, e di colore topato, e il disotto tutta bianco*. Majo mense, in arenoso solo inter Populos, loco dicto *l' Isolotto*.

12. Fungus esculentus, parvus, & habitior, pileolo desuper cinereo, aut murini coloris, ac in filamenta veluti lacerato, inferne lamellis argenteis, pediculo plerumque concolore. *Bigiolino buono, di altra specie, col cappello per di sopra come sfilaccicato, e di colore topato, e le laminette argentine*. In Boboli, circa mensis Maii finem, per sylvulas aucupii, juxta locum pro servandis Trutis.

13. Fungus pileolo plano, e griseo subcinereo, inferne albo, pediculo tenuiori, concolore, cylindraceo. Novembri mense, in Boboli, supra Labyrinthum.

14. Fungus pileolo plerumque in plures partes usque ad centrum se dividens, utrinque griseo-spadiceo, superne filamentoso, pediculo albo, in ima, & summa parte tumido. *Fungo Scoppiereccio, che ha il gambo nella base, e nella testa grosso*. Mense Octobri, per Populeta secus Arni ripam, in Ripulensi plano, præsertim ultra D. Equitis de Castellis Villam.

15. Fungus pileolo amplo, fornicato, tenui substantia, superne leucophæo, lamellis angustissimis, albis, pediculo concolore, brevissimo. Mense supradicto, in loco *le Cascine*, in dejectarum arborum truncis.

16. Fungus pratensis, esculentus, parvus, pileolo in medium umbilicato, & ad oras undulato, griseo, inferne albo, & tenuissime lamellato, pediculo brevissimo, pariter griseo. *Berlingozzino de' prati*. Mense Septembri, in prato Regiæ suburbanæ Villæ.

17. Fungus pileolo parvo, hemisphærico, griseo, lamellis simul cum bulboso, & prælto pediculo albis. *Fungo budello*. In querceto Abbatiæ Florentinæ Autumnali tempore viget.

18. Fungus pileolo desuper griseo, lacunato, & veluti crispo, inferne albo, pediculo concolore, prælto, & intorto. *Fungo crespigno*. In saltuosis Scandicci alti, mense Octobri.

19. Fungus albus, maculis gilvis frequentissime consperfus. *Grigiolino*. In iisdem locis, ac eodem tempore cum antedicto.

20. Fungus minimus, pileolo umbilicato, subcinereo, lamellis & pediculo albis. *Imbutino minimo di scopeto*. In Scandiccio alto supradicto, & potissimum in ericeto Domini Marchionis de Niccolinis, Majo mense.

Albi

Albi, & lutei.

FUNGUS pileolo parvo, ſuperna parte aureo, inferna cum craſſiore pediculo albo. *Faggina dorè*. In Fagineis ſylvis, menſe Septembri, tum circa Camaldulenſem Eremum, tum circa Vallis Umbroſæ Cœnobium.

2. Fungus pileolo ſubluteo, pulvinato, criſpo, & veluti puſtulato, lamellis cum pediculo albis. In nemoribus, Autumnali tempore.

3. Fungus parvus, odoratus, pileolo ampliore, deſuper ex luteo rufeſcente, ſubtus lamellis crebris, albis, pediculo concolore. *Grumato Maggeſe*. Majo menſe, per aucupariam ſylvam, circa medium Regiæ ſuburbanæ Villæ ambulacrum.

4. Fungus galericulatus, lubricus, pileolo, & pediculo luteis, lamellis albis. *Giallino lumacoſo, che sdrucciola di mano*. In agris, atque hortorum ambulacris, territorii Scandicci, Octobri menſe.

5. Fungus parvus, pileolo conico, viſcido, & aureo, ſubtus lamellis, & craſſiori pediculo albis. In Abbatiæ Florentinæ nemore, ad torrentem Grevem, menſe Octobri, inter Muſcos.

6. Fungus parvus, pileolo conico, ſuperna parte aureo, lamellis, & pediculo tenuiore, albis. In Scandicci planicie, eodemque tempore viget.

7. Fungus parvus, capitulo conico, deſuper luteo, & limacino glutine admodum ſplendens, lamellis, & fiſtuloſo pediculo albis. *Lumachino di capo giallo, e luſtro, e di gambo bianco*. Novembri menſe, in agris ſuper ſemiputrida Tritici caulis fragmenta.

8. Fungus minimus, viſcidus, pileolo hemiſphærico, ſuperna parte, & pediculo aureis, lamellis vero albis. Inter Muſcos, per Scandicci alti nemora, Autumni tempore viget.

Albi, & luteo-virides.

FUNGUS eſculentus, pileolo pulvinato, deſuper e luteo vireſcente, inferne lamellis, & pediculo albis. Reperitur non tantum cum duobus antecedentibus, ſicut etiam in ericetis, & aucupii ſylvis prope Regiam Villam Careggi, Majo menſe, & Autumno.

Albi, & virides.

FUNGUS eſculentus, pileolo pulvinato, viridi, inferne cum pediculo albo. *An Fungus magnus, viridis Sterb. Theatr. Fung. pag. 67. Tab. 5. C? Fungo Verdone*. In nemoribus ubique circa urbem, ac potiſſimum in territorio Scandicci imi, ſeu inferioris, & alti, Majo, Septembri, atque Octobri menſibus.

2. Fungus pileolo cucullato, viſcido, intenſe viridi, & quaſi vernigine oblito, inferne lamellis, & pediculo albis. *Lumachino verde, inverniciato*. In herboſis, & muſcoſis locis, circa Florentiam, Octobri menſe prodit.

3. Fungus parvus, pileolo pulvinato, vireſcente, lamellis, & pediculo albis. *Verdacchino di Boſco*. In querceto Abbatiæ Florentinæ in eodem territorio Scandicci, tempore ſupradicto.

Albi, & ſpadicei.

FUNGUS ad ſuperficiem terræ vix apparens, pileolo e ſpadiceo fulvo, forma fere extinctorii, lamellis, & pediculo albis. *Fangaccio di Pineta*. Sub Pinetis Novembri menſe, per Juguli Plebaniam, variis in locis.

2. Fungus e ſpadiceo flaveſcens, ſuprema pileoli parte lacera, veluti hirſuta, pediculo albo, pulviſculo concolore aſperſo. *Canapino di capo ſfilaccica, e con*

il

il piede forforoſo. Menſe Septembri, in Boboli per aucupariam ſylvulam juxta locum *la Conſerva delle Trote*.

3. Fungus ex ſpadiceo fulvus, pileolo parvo, in medio umbilicato, ad peripheriam rugoſo, & criſpo, lamellis albis, pediculo prælto, radice tumida, in acutum mucronem veluti producta. *Fungo barbato*. In Boboli per ſylvas circa areas olitorias.

4. Fungus eſculentus, ex ingenti, perenni, & plerumque complanata radice in ſingulos menſes præcipue æſtivos naſcens, pileolo deſuper ex ſpadiceo rufo, lamellis, & pediculo albis. *Fungi e ſepultis lapidibus quibuſdam menſarum modo latis provenientes Card. Lib. 2. de San. tuen. Cap. 45. Fungorum poſtremum genus e ſaxis Port. Phitogom. Lib. VI. Cap. II. & Vill. Lib. X. Cap. LXX. Lapis Phrygius Fungos ferens Mercat. Met.* 147. In omnibus fere locis, ubi Polyporus 13. ſed rariſſime occurrit.

Albi, & rufi.

FUNGUS eſculentus, farinam recenter molitam redolens, pileolo atro-rufeſcente, lamellis albis, pediculo ſupernæ pileoli parti concolore. *Grumato alberino*. Menſe Octobri, in Populetis juxta Arni ripam.

2. Fungus eſculentus, infundibuli forma, farinam recenter molitam, admodum redolens, pileolo læte rufeſcente, lamellis, & pediculo albicantibus. *Cimballo, o Grumato del colore del roveſcio della vacchetta, che inclina al colore d' Iſabella*. In ericetis, & montoſis ſylvis, tempore prædicto, & in foro noſtro venalis proſtat.

3. Fungus Alpinus, pileolo ampliore, tum ſupra, tum ſubtus colore ex rufo griſeo, pediculo albo, viſcoſo, ac præduro. *Cappellone di Faggeta*. Menſe Septembri, in Fagineis ſylvis, circa Camaldulenſem Eremum.

4. Fungus vernus, parvus, farinam recenter molitam admodum redolens, pileolo deſuper læte rufeſcente, inferne albo, lamellis vix lineam latis, pediculo craſſiore, ſupernæ pileoli parti concolore. *An Fungus pileolo rotundiore Mouceron dictus Inſt. R. H.* 557? *Prugnuolo noſtrale, colore d'Iſabella*. Aprili menſe, in Oliveti Montis ſaltu, & in Boboli, necnon in ſylva aucuparia circa medium Regiæ ſuburbanæ villæ ambulacrum, aliiſque ſimilibus locis Vere, & Autumno, ſed rarus.

5. Fungus vernus, parvus, farinam recenter molitam admodum redolens, pileolo deſuper rufo, & in centro fuſco-rufo, ſubtus lamellis crebris, duas lineas latis, & pediculo albis. *Prugnuolo di maremma*. In maritimis Tyrrheni ſylvis, Martio, & Aprili menſibus, abunde oritur.

6. Fungus eſculentus, odoratus, parvus, pileolo rufeſcente, & umbilicato, lamellis albis, pediculo duriore, longiore, ac fiſtuloſo, & ſupernæ pileoli parti concolore. Circa initium Maii, in agris, & incultis per territorium nuncupatum *Brozzi*, necnon in locis *le Caſcine, e l' Iſolotto*.

Albi, & fulvi.

FUNGUS pileolo ſemiorbiculato, ſuperne, & inferne fulvo, pediculo albo. *Bigerella*. In omnibus Scandicci alti nemoribus, menſe Octobri.

2. Fungus pileolo parvo, fulvo, ſubhirſuto, lamellis albis, pediculo longiſſimo, fiſtuloſo, pariter fulvo, & ſubhirſuto, radice mucronata. Creſcit plerumque in iiſdem locis ubi antecedens, ſed Septembri menſe viget.

3. Fungus parvus, campeſtris, pileolo ſurſum reflexo, utraque parte atro-fulvo, pediculo albo-griſeo, radice bulboſa. Circa dimidium menſis Maii, per prædium D. de Chelinis inter ſaxa pullulat.

4. Fungus pileolo parvo, pulvinato, fulvo, in ſuperficie lacero, lamellis albis, pediculo longo, concolore, radice bulboſa. In ſylvis ultra Grevem torrentem per Montis Boni Paræciam, Autumnali tempore.

Albi, & ferruginei.

FUNGUS viſcidus, deſuper ferrugineus, inferne albus, pediculo ſupernæ pileoli parti concolore. Menſe Octobri, per ſupradictas ſylvas.

2. Fungus ex rubro ferrugineus, lamellis albis, pediculo craſſiore, ſupernæ pilei parti concolore. *Roſſola cattiva*. In ſylvis humidioribus, territorii Scandicci, tempore ſupradicto.

3. Fungus pileolo ſuperna parte dilute ferrugineo, radiis concoloribus, & ſaturatioribus eleganter diſtincto, ſubtus lamellis, & pediculo albis. *Fanghino*. Per Scandicci alti prædia, Autumnali tempore.

4. Fungus pileolo hemisphærico, parvo, ferrugineo, lamellis albis, pediculo longo, ſupernæ pilei parti concolore. Menſe Octobri, in nemoribus, ubi duo antecedentes.

Albi, & obſcuri, aliiſque ſimilibus coloribus, videlicet fuſci, ſeu fuliginoſi.

FUNGUS magnus, eſculentus, pileolo deſuper obſcuro, & lacero, ac pereleganti papilla in medio ornato, lamellis albis, pediculo ſupernæ pileoli parti concolore, radice bulboſa. Menſe Septembri, in nemoribus Regiæ villæ Pratolini.

2. Fungus eſculentus, pileolo deſuper ſubobſcuro, inferne albo, pediculo craſſiſſimo Pyriformi, concolore. Menſe Octobri, in ericetis, & quercetis Montis Boni, & ultra torrentem *la Greve*.

3. Fungus eſculentus, pileolo ampliore, ad oras undulato, deſuper obſcuro, inferne albo, pediculo brevi, concolore, radice roſtrata, peracuta. *Fungo Greco*. In Iliciferis, & Suberiferis ſylvis prope Liburni Portum, & menſe Octobri in foro ejuſdem urbis venditur.

4. Fungus eſculentus, odoratus, ſuperne ſubobſcurus, & veluti vernigine oblitus, inferne lamellis, & pediculo albis. Circa villam nuncupatam *Careggi*, in caſtanetis, atque ericetis, & potiſſimum in *Monte Rivecchi*.

5. Fungus eſculentus, pileolo ſupina parte obſcuro, prona vero cum breviori pediculo alba. *Bigerella*. In Scandicci alti territorio, menſe Octobri.

6. Fungus Alpinus, eſculentus, vernus, parvus, & habitior, deſuper obſcurus, inferne, & pediculo albus. Tab. 74 fig. 9. *Fungo Marzuolo, o Dormiente*. Martio menſe, in ſylvis Vallis-Umbroſæ, atque in Comitatu Vernii, ſub nive latet, ac viget.

7. Fungus eſculentus, pileolo ex obſcuro nigricante, lamellis, & pediculo albis. Octobri menſe, in ſepibus circa Eccleſiam Divi Andreæ, vulgo *Moſciano*, Florentia non procul.

8. Fungus eſculentus, pileolo fornicato, tenuioris ſubſtantiæ, ſuperne obſcuro, inferne lamellis albis, pediculo longo, cylindrico, non fiſtuloſo, concolore. *Fungo Appaſſionato*. Aprili menſe, in Scandicci alti territorio, in quodam querceto, vulgo *il Boſco del Fratone*.

9. Fungus pileolo fornicato, vertice tantum fuſco, reliqua parte albo, lamellis concoloribus, pediculo utroque colore pulchre variegato. *Fungo Serpentino*. In Caſignani Paræcia, Vere, & Autumno.

10. Fungus pileolo obſcuro, extinctorii forma, cute lacera, & veluti filamentoſa, ſubtus lamellis, & cylindrico pediculo albis. Creſcit ut ſupra, ſed ſub initio Octobris pullulat.

11. Fun-

11. Fungus ſterquilinius, pileolo deſuper ex obſcuro griſeo, & in ſuperficie in ſquamas veluti lacerato, lamellis albis, pediculo concolore, prælto, fiſtuloſo. In tumulis fimi equini, tempore Veris.

12. Fungus parvus, pileolo obſcuro ad ferrugineum nonnihil tendente, lamellis albis, pediculo graciliore, ſupernæ pileoli parti concolore. In Boboli, per ſylvulam aucupariam, juxta locum ubi Trutæ ſervantur, Septembri menſe.

13. Fungus parvus, pileolo pulvinato, obſcuro, maculis concoloribus, & ſaturatioribus notato, ſubtus lamellis, & pediculo albis. In nemoribus Scandicci alti, menſe Octobri.

14. Fungus pileolo ſemiorbiculato, parvo, albo, lamellis raris, & longo, præduro, & lineam craſſo pediculo albis. Menſe ſupradicto, in ſylvoſis locis, ſuper dejectis, & putridis lignis non ſemel vidimus.

Albi, & nigri.

FUNGUS hirſutus, parvus, candidus, tenerrimus, ac facile in aquam ſolubilis, pileolo in acutum conum faſtigiato, lamellis nigricantibus Tab. 73. fig. 3. *Piſciacane peloſo*. In Scandicci territorio, ultra Vingonis pontem, per ſylvas, ſecus Soliæ rivulum, vulgo *il Borro di Soglia*, menſe Novembri.

2. Fungus viſcidus, pileolo cucullato, ſuperne, & inferne nigro, pediculo albo, fiſtuloſo. *Piſciacane nero*. In ruderatis locis, tempore Veris.

Albi, & carnei, vel rubri, vel purpurei, aut cærulei.

FUNGUS eſculentus, pileolo ſuperne rubro, inferne primum albo, deinde obſolete luteo, pediculo longiore, & craſſiore, ſemper albo. *Roſſola buona, di gambo lungo*. Circa Regiam Careggi Villam, in ericetis, & caſtanetis, per loca vulgo *Monte di Rivecchi*, Majo menſe.

2. Fungus nemoroſus, tenerrimus, pileolo ampliore, tenuis ſubſtantiæ, ſuperne albo, inferne ſuave-rubente, pediculo fiſtuloſo, peranguſto, & ſupernæ pilei parti concolore. *Piſciacane di boſco, dileginiſſimo*. In nemoribus ſecus torrentem Grevem, in territorio Scandicci.

3. Fungus eſculentus, pileolo pulvinato, deſuper rubro, ſubtus lamellis, & breviori pediculo albis. *Roſſola ordinaria*. Ubique in ſylvis Autumnali tempore.

4. Fungus parvus, pileolo deſuper Amaranthi ſaturatioris colore, inferne lamellis, & breviori pediculo albis. *Roſſola minore, colore di Amaranto*. Menſe Octobri, in loco Scandicci alti.

5. Fungus eſculentus, infundibulum imitans, pileolo viſcido, ad oras undulato, ſaturate rubro, ad laccæ colorem accedente, inferna vero parte, & pediculo albis. *Lardajolo*. Novembri, atque Decembri menſibus, in montis Boni, Juguli, atque Caſiniani territorio.

6. Fungus eſculentus, magnus, ſuperne purpureus, inferne lamellis raris, & pediculo breviſſimo, craſſo, ac firmo albis. *Roſſola maggiore*. In Juguli Plebania, variis in locis, & per Cœnobii Franciſcanorum ſaltum vulgo *la Riforma* in monte Feſulano, necnon per Boboli ſylvulas, quemadmodum & ſequens, menſe Octobri.

7. Fungus eſculentus, pileolo ſupina parte ſaturo-purpureo, prona vero & pediculo albis.

8. Fungus eſculentus, pileolo deſuper dilute purpureo, vinoſo, & lutoſe albo vario, lamellis, & breviore pediculo albis. *Roſſola mezzana*. Menſe Octobri, in Boboli, & Scandicci alti ſylvis.

9. Fungus eſculentus, albus, & ſubpurpureus varius, lamellis prorſus albis. In Juguli Plebania, circa locum dictum *le Montanine*, menſe ſupradicto.

10. Fungus in cœnosis nascens, pediculo, & superna pileoli parte purpureo, & albo colore variegatis, lamellis albis. *Fanghino brizzato*. In uliginosis, & cœnosis locis, Autumnali tempore.

11. Fungus esculentus, pileolo desuper dilute janthino, inferne lamellis, & pediculo albis. Mense Decembri, in Boboli, per pratulum vulgo *delle Cacce*.

12. Fungus esculentus, pileolo plano, carneo, vel roseo, subtus albo, pediculo crassiore, fistuloso, concolore, externe rugoso. Mense Octobri, ubi antecedens.

13. Fungus parvus, pileolo mammoso, supina parte ex albo subvinoso dilutissimo colore, prona vero saturo, pediculo candido, vix fistuloso. Septembri mense, in *Boboli*, per sylvam aucupii, juxta locum *la Conserva delle Trote*.

14. Fungus pileolo, & pediculo cæruleis, lamellis albis. *Vedovino maggiore*. Mense Octobri, ad Sorbos per territorii Scandicci prædia.

15. Fungus parvus, pileolo hemisphærico, dilute cæruleo, lamellis albis, pediculo supernæ pileoli parti concolore. *Vedovino minore, turchino*. In omnibus Scandicci alti nemoribus, mense supradicto.

16. Fungus parvus, pileolo in acutum conum fastigiato, albo, purpureis maculis Tigridis ad instar notato, lamellis pariter purpureis, pediculo supernæ pileoli parti concolore. *Brizzatino de' vasi*. In vasis Mali Limoniæ, aut Aurantiæ recenter stercoratis, non raro reperitur.

Leucophæi, & rufescentes.

Fungus esculentus, parvus, pileolo sursum reflexo, leucophæo, lamellis rufescentibus, pediculo supernæ pileoli parti quasi concolore. *Peverino*. Octobri mense, in sylvis, & ericetis montuosis, speciatim Casiniani, Sophiani, Romulæ, & Juguli.

Leucophæi, & fusci.

Fungus fimetarius, pileolo extinctorii forma, leucophæo, subtus lamellis fuscis, pediculo prælto tenuiore, fistuloso, & supernæ pileoli parti concolore. *Pisciacane dilegine*. In sylvis, & agris per Scandicci territorium toto anno post pluvias exit.

Griseo-fusci, & carnei.

Fungus parvus, pileolo griseo fusco, subtus lamellis carneis, pediculo summæ pileoli parti dilute concolore, fistuloso. Novembri mense in Boboli.

2. Fungus parvus, pileolo pulvinato, utraque parte subfusco, vel ex griseo fusco, pediculo firmo, ex albo carneo. Decembri mense, in nemore montis Oliveti.

Leucophæi, aut grisei, aut cervini, & obscuri, vel nigricantes.

Fungus stercorarius, pileolo leviter fastigiato, nitido, & griseo-cervino, inferne obscuro, pediculo crassiore, non fistuloso, supernæ pileoli parti concolore Tab. 73. fig. 1. *Fungo di concio, grigio-cervino, di gambo grosso*. Autumni tempore, in fimi equini aggestis.

2. Fungus in fimo equino natus, desuper cervini diluti coloris, subtus altius lamellatus, & fuscus, pediculo tenui, fistuloso, ac supernæ pilei parti concolore. *An Prateolo similis Cæsalp.* 618? *Fungo di concio, colore di Cervio, sbiadato, e col gambo sottile*. In fimi equini grumis, Vere, & Autumno.

3. Fun-

3. Fungus parvus, pileolo ſubobſcuro, & veluti filamentoſo, lamellis, & pediculo griſeis. In ſylvulis aucupariis Villæ Regiæ Caſtelli, & Petrariæ, necnon in caſtanetis, & ericetis montis Rivecchi, circa menſis Maii finem.

4. Fungus parvus, infundibuli forma, obſcurus, lamellis griſeis, pediculo ferme concolore. Octobri menſe, in Boboli per nemora naſcens, prope piſcinam, videlicet *nei Boſchi del Condotto*. Non differt a n. 14. pag. 145.

5. Fungus pileolo leviter faſtigiato, ſuperne obſcuro, inferne griſeo, pediculo tenujori longo, ſupernæ pileoli parti concolore. Decembri menſe, in ſupradicto viridario, inter Ilices, præſertim circa Amphiteatrum.

6. Fungus parvus, eriophorus, pileolo campaniformi, ſuperna parte cervini coloris, & in ſericea filamenta lacerato, inferne lamellis concoloribus, pediculo albicante. *Fungo lanifero*. Octobri menſe, in viridario Boboli in ambulacro juxta urbis mœnia.

7. Fungus fimetarius, pileolo extinctorii forma, leucophæo, lamellis nigris, pediculo tenuiori, prælto, fiſtuloſo, & ſupernæ pileoli parti concolore. *Piſciacane ſpegnitojo, dilegine*. In ſylvis, & agris per Scandicci territorium, ſuper bubulo fimo, Vere, & Autumno ut plurimum provenit.

8. Fungus fimetarius, pileolo ex griſeo rufeſcente, rugoſo, lamellis nigricantibus, pediculo prælto, tenuiori, ac fiſtuloſo, & ſupernæ pileoli parti concolore. Menſe Octobri, in agris, ſecus magnum Regiæ ſuburbanæ Villæ ambulacrum.

9. Fungus parvus, ſtercorarius, pileolo deſuper griſeo, cum cuticula lacera quodammodo ſquamoſa, inferne nigricante, pediculo ſuperna pileoli parte ſaturatioris coloris. *Ligratino*. Menſe Octobri, in fimo equino ceſſata fermentatione haud prorſus evaporata.

10. Fungus fimetarius, tenerrimus, pileolo galericulato, cinereo, ſubtus lamellis nigricantibus, pediculo altiori, peranguſto, pariter griſeo. *Piſciacane dilegine, di gambo alto, e ſottile*. In tumulis fimi equini non raro oritur.

Spadicei, & griſei.

Fungus parvus, pileolo hemiſphærico, e ſpadiceo-griſeo, & filamentoſo, lamellis prorſus griſeis, pediculo ſupernæ pileoli parti concolore. *Canapino di altra ſpecie*. In nemore Regiæ Caſtelli Villæ, menſe Octobri.

Spadicei, & olivacei coloris.

Fungus pileolo in plures partes, uſque ad centrum fere diviſo, deſuper ſpadiceo, & filamentoſo, inferne lamellis olivaceis, pediculo pileoli ſupremæ parti concolore. *Fanghino ſtiantereccio*. Menſe ſupradicto, in Scandicci alto, per agrorum ſulcos humidiores.

Lutei, & murini, aut cinerei.

Fungus obſolete luteus, pileolo hemiſphærico, parvo, lamellis murini coloris, pediculo prælto, tenuiori, fiſtuloſo. *Fungo Chiodo*. In Scandicci nemoribus, Autumnali tempore.

2. Fungus pileolo parvo, in pyramidem quadrilateram veluti aſſurgente, & ſimul cum longo, fiſtuloſo, & intorto pediculo aureo, lamellis cinereis. *Berretta di Prete*. In Regio viridario Boboli, variis locis, menſe Novembri.

Ruſi,

Rufi, & ſubpurpurei.

FUNGUS eſculentus, ex rubro ſubpurpureus, inferne fulvus, pediculo craſſo, pyriformi, & ſupernæ pileoli parti concolore. *Grumato zucchettino*. Ultra Grevem torrentem, in D. Andreæ in Percuſſina Parœcia, per nemora circa, menſis Octobris dimidium.

2. Fungus parvus, pileolo rufo, ac ſubhirſuto, lamellis dilute purpureis, pediculo intorto, fiſtuloſo, & pileoli ſupernæ parti concolore. *Pattoncino di gambo ſtorto*. Novembri menſe, in Boboli, per ambulacrum juxta urbis mœnia.

3. Fungus pratenſis, minimus, ſuperna parte, & bulboſo pediculo fulvis, lamellis ſubpurpureis. *Pattoncino minore*. In herboſis ambulacris, menſe Octobri, variis in locis, & præſertim in territorio Scandicci.

Fulvi, & lutei.

FUNGUS pileolo deſuper lacero, & veluti filamentoſo, fulvi palleſcentiſque coloris, ſubſtantia, & lamellis buxeis, pediculo fiſtuloſo, ſupernæ pileoli parti concolore Tab. 74. fig. 2. Octobri menſe, in Montis Senarii ſylvis.

2. Fungus Alno adnaſcens, pileolo amplo, clypeato, tenuioris ſubſtantiæ, deſuper ex fulvo luteſcente, inferne lamellis, & pediculo breviori, obſolete luteis. *Fungo giallone, di Ontano*. Tempore ſupradicto, in alnetis, ſecus Arni ripam, & potiſſimum per Ripulenſem planum.

Fulvi, & violacei, vel dilute purpurei.

FUNGUS parvus, pediculo, & capitulo fulvis, lamellis dilute purpureis. In Scandicci alti nemoribus, aliiſque ſimilibus locis, Vere, & Autumno.

2. Fungus pileolo parvo, ſemiorbiculato, ſuperne, & inferne fulvo, pediculo dilute violaceo, craſſo, ac in acumen radicem verſus deſinente. Novembri menſe, in Scandiccio alto, per nemora Domini de Ughis.

Albi, & fuſci.

FUNGUS pileolo plerumque in plures partes uſque ad centrum ſe dividente, ſuperna parte, & prælto pediculo fulvis, inferne lamellis fuſcis, radice bulboſa. In Scandicci alti ſylvis, Octobri menſe occurrit.

2. Fungus fimetarius, altius radicatus, pileolo galericulato, ſimul cum pediculo fulvo, lamellis ſubfuſcis. In tritici gluma ſemiputrida naſcens.

Fuſci, vel obſcuri, & purpurei.

FUNGUS pileolo hemiſphærico, ſuperna parte, & pediculo fuſcis, lamellis ſordide, & dilute purpureis. In Scandicci alti, & Caſiniani nemoribus.

2. Fungus pileolo criſpo, ſurſum reflexo, infundibulum imitante, ſuperna parte, & pediculo obſcuris, inferna vero lamellis dilute purpureis. In Scandicci alti nemoribus, menſe Novembri.

Obſcuri, & carnei.

FUNGUS parvus, pileolo fornicato, obſcuro, in medio umbilicato, & ubivis in ſericeas, & tenuiſſimas ſquamas quaſi lacerato, lamellis carneis, pediculo dilute concolore, fiſtuloſo. Per ſylvulas tonſiles, ſeu aucuparias Regiarum Villarum

larum Caſtelli, ac Petrariæ, necnon in caſtanetis, & ericetis Montis Rivecchi, circa finem menſis Maii.

Obſcuri, & nigri.

FUNGUS ſimetarius, pileolo deſuper obſcuro, cute lacera, & quaſi filamentoſa, lamellis nigricantibus, pediculo fiſtuloſo, ſupernæ pileoli parti concolore. In arenoſo ſolo circa foſſarum aggeres, loco dicto *Brozzi*. Majo menſe.

Obſcuri, & lutei, vel aurei.

FUNGUS pileolo hemiſphærico, obſolete luteo, & ad vitellinum tendente, lamellis obſcuris, pediculo prælto, ſupernæ pileoli parti concolore. In Caſiniani Paroecia, variis in locis, Autumnali tempore.

2. Fungus campeſtris, aureus, pileolo hemiſphærico, lamellis obſcuro-griſeis, pediculo ſupernæ pileoli parti concolore, radice bulboſa. In ſtercoratis agris, menſe Septembri, ultra Montis Boni pontem.

3. Fungus totus luteus, pileolo ampliore, deſuper maculis obſcuris ubivis radiato. In querceto Abbatiæ Florentinæ, ſæpe memorato, menſe Octobri.

4. Fungus pileolo, & pediculo luteis, punctis ſubobſcuris creberrime notatis, lamellis vero omnino ſubobſcuris. In Juguli, Caſiniani, atque Scandicci alti ericetis, Autumnali tempore.

Coccinei, & aurantii coloris.

FUNGUS coccineus, inferne aurantii coloris D. Breynii. Ex libro depicto ejusdem, a Clariſſimo Sherardo nobis communicato.

2. Fungus parvus, pileolo hemiſphærico, deſuper coccineo, inferne lamellis aureis, pediculo ſumma parte plerumque coccinea, ima vero aurea. In Boboli, Octobri menſe.

Rubri, & lutei.

FUNGUS pileolo hemiſphærico, croceo, inferne lamellis, & pediculo rubris. In montoſis nemoribus, ut circa Pratolinum, Caſinianum, Jugulum, & ſimilia, tempore Autumnali.

Tricolores albi, griſei, & ſpadicei.

FUNGUS pileolo ampliore, extinctorii forma, oris laceris, ſuperne ſpadiceo, & ſplendente, inferne griſeo, pediculo craſſiore, cylindraceo, albo. Octobri menſe, per Scandicci alti nemora.

Albi, griſei, & lutei.

FUNGUS pileolo deſuper dilute luteo, cuticula lacera, & quaſi in ſericea filamenta abſciſſa, ſubtus lamellis griſeo-pallidis, pediculo albo, polline ejuſdem coloris conſperſo. *Fungo canapino, colore di camoſcio, e come di paglia.* Septembri menſe, in Boboli, per ſylvam aucupariam prope locum ad ſervandas Trutas.

2. Fungus parvus, ſuperne ex luteo rufeſcens, inferne griſeus, pediculo albo, nitido, fiſtuloſo. Aprili menſe, in loco *al Ponte a Greve*, in vepretis, necnon in arenoſis juxta Arni ripas, ut in loco *le Caſcine, e l' Iſolotto*.

Albi,

Albi, griſei, & carnei, vel dilute purpurei.

FUNGUS eſculentus, farinam recenter molitam redolens, pileolo deſuper cinereo, inferne carneo, pediculo longiore, & craſſiore, albo. *Grumato grigio*. Octobri menſe, in Cœnobii Franciſcanorum ſaltu, vulgo *la Doccia*.

2. Fungus parvus, ſuperne e griſeo rufeſcens, inferne purpureus, pediculo albo, tenui, cylindrico, fiſtuloſo. Menſe ſupradicto, in arundinetis, circa pontem, loco dicto *Signa*.

3. Fungus eſculentus, ſuperne griſeus, inferne ſuave-rubens, pediculo albo, tenui. Ubi antedictus, menſe Majo.

4. Fungus eſculentus, farinam recenter molitam redolens, pileolo deſuper griſeo-argenteo, inferne lamellis rarioribus, carneis, pediculo albo. *Prugnuolo, baſtardo*. Majo menſe, circa Abbatiam *di Buonſollazzo*, hodie *della Trappa*.

5. Fungus pileolo deſuper e griſeo rufeſcente, vel ex rufo griſeo, inferne ſubpurpureo, pediculo cylindrico, albo, fiſtuloſo. Menſe Octobri, in Boboli, per Cupreſſinam ſylvam, juxta urbis portam.

6. Fungus parvus, ſubcinereus, lamellis purpureis, pediculo cylindriaco, fiſtuloſo, ſupernæ pileoli parti concolore. In Scandicci territorio, in fimo equino, poſt pluviam interdum oritur.

7. Fungus ſuperna pileoli parte, ex albo griſea, inferne lamellis purpureis, pediculo albido. *Peverino*. In ericetis ubique per Juguli Plebaniam, Vere, & Autumno.

Albi, griſei, & ruſi.

FUNGUS eſculentus, farinam recentem redolens, pileolo deſuper griſeo, ſubtus lamellis primum carneo-rufis, poſtea fulvis, pediculo albo. *Grumato baſtardo*. Octobri menſe, in querceto Abbatiæ Florentinæ ſæpe memorato in territorio Scandicci alto.

2. Fungus parvus, gracilis, pileolo ampliore, griſeo, lamellis ſubrufis, pediculo tenui, cylindrico, albicante, fiſtuloſo. Menſe Septembri, in Boboli, per ſylvulas circa Inſulam.

3. Fungus parvus, pileolo cucullato, ſuperne e griſeo rufeſcente, lamellis ex aureo fulvis, pediculo prætenui, duro, albo-carneo, & tenuiſſime fiſtuloſo. Aprili menſe, & Majo, in ſylvis circa urbem, & per ipſam urbem, ut in Boboli viridario Regio.

4. Fungus elegans, pileolo galericulato, ſuperne rugoſo, & ex rufo fulvo, inferne ſaturo-griſeo, & tenuiſſime lamellato, pediculo radicem verſus craſſeſcente, albo, fiſtuloſo, criſpo, & ſerici modo lucente. Novembri menſe, in areis carbonariis per Montis Senarii, & Ruris Radicchiæ nemora.

5. Fungus minimus, pileolo acetabuli forma, centro rufo, reliqua parte alba, lamellis pariter albis, pediculo leucophæo, pulviſculo farinaceo referto. *Imbutino di legni marci*. Septembri menſe, ſuper putrida ligna, in ſylva aucuparia circa medium ambulacrum Regiæ ſuburbanæ Villæ.

Albi, griſei, & obſcuri, vel nigri.

FUNGUS infundibuli forma, deſuper obſcurus, ſubtus lamellis albis, pediculo griſeo. In Boboli per pratulum vulgo *della Cavallerizza*.

2. Fungus pileolo pulvinato, deſuper e griſeo rufeſcente, inferne ſubobſcuro, pediculo prælto, ſesquilineam craſſo, fiſtuloſo, & candido. In prædicto viridario, ubi ſupra, Octobri menſe.

3. Fun-

3. Fungus pileolo campanulato, ſuperne ex griſeo rufo, ſubtus lamellis obſcuris, vel nigricantibus, pediculo gracili, albo, fiſtuloſo. In Montis Oliveti ſylva, menſe Decembri.

Albi, fulvi, & ſpadicei.

FUNGUS parvus, pileolo conico, craſſiori ſubſtantia, ſpadiceo, & ſtupoſo, inferne lamellis fulvis, pediculo albo. *Fungo canapino*. Menſe Octobri, per ſylvas, & agros recenter aratos.

Albi, fulvi, & rufi.

FUNGUS parvus, pileolo deſuper rufeſcente, inferne lamellis dentatis, fulvis, pediculo cylindrico, albo, tenuiſſime fiſtuloſo. Menſe ſupradicto, ad populos in loco *le Caſcine*.

2. Fungus parvus, pileolo ex rufo albo, lamellis fulvis, pediculo prorſus albo. Septembri menſe, in ſylvis aucupariis, ſpeciatim in illa D. de Sacchettinis quæ vocatur *il Pollajo alle Roſe*.

3. Fungus parvus, pileolo ſubhirſuto, & veluti araneoſa lanugine infecto, colore ſubrufo, lamellis ex fulvo aureis, pediculo cylindrico, albo. Decembri menſe, in Montis Oliveti ſylva, per pratulum vulgo *della Luna*.

Albi, rufo-ſpadicei, & cervini.

FUNGUS odoratus, coriaceus, ſuperne rufo-ſpadiceus, & ſubhirſutus, inferne primum albus, deinde rufeſcens, pediculo duro, cervini coloris. In territorio Scandicci ad quercus, Majo menſe.

Albi, fulvi, & obſcuri, vel nigri.

FUNGUS pileolo extinctorii forma, fulvo, maculis obſcuris notato, lamellis albis, pediculo cylindrico, fiſtuloſo, tenuiſſimo, concolore. *Piſciacane pezzato*. In fimi equini aggeſtis, Auguſto menſe.

2. Fungus pileolo fornicato, albo, in medio macula nigricante inſignito, lamellis fulvis, pediculo brevi, ſupernæ pileoli parti concolore. Novembri menſe, in foſſarum aggeribus circa Florentiam.

3. Fungus pileolo radiato, ſeu in tenuiſſimas partes tanquam radios uſque ad centrum ſe dividente, fulvo, inferne lamellis obſcuris, pediculo craſſiore, albo, fiſtuloſo, cylindrico. *Piſciacane ſcapigliato*. In fimi equini tumulis, menſe Octobri.

4. Fungus eſculentus, fulvus, & veluti filamentoſus, lamellis albis, pediculo prælto, obſcuro, radice tumida in mucronem longum producta. Novembri menſe, in ſylvis aucupariis Boboli.

5. Fungus pileolo ſuperna parte fulvo, & filamentoſo, ima albo, pediculo prælto, intorto, coriaceo, & ſubobſcuro, radice tumida, in mucronem longius producta. In Caſiniani Paroecia, per nemora Monialium Divæ Felicitatis tempore Autumnali.

6. Fungus, pileolo amplo, obtuſe faſtigiato, atro-fulvo, lamellis obſcuris, pediculo longiore, albo. In Abbatiæ Florentinæ nemore per Scandicci alti territorium.

7. Fungus fimetarius, pileolo conico, in ſuperficie lacero, & veluti hirſuto, ſubfulvo, lamellis nigricantibus, pediculo albo, fiſtuloſo. *Piſciacane peloſo*. In fimo equino, tempore Autumnali.

8. Fungus parvus, albus, pileoli vertice nigro, reliqua parte circularibus zonulis fulvis, inter ſe diſtinctis veluti interrupta, pediculo cylindrico fiſtuloſo.

Giraſole, ideſt Soliſequus. Menſe Majo, in herbidis, & ambulacris hortorum, atque agrorum viget.

9. Fungus parvus, pileolo fornicato, albo, maculis fulvis, minutiſſimis conſperſo, inferne nigricante, pediculo prorſus albo. *Brizzolatino*. In quercuum cavernis, menſe Majo, per territorium Scandicci.

Albi, rufi, & ferruginei.

FUNGUS pileolo fornicato, tenuioris ſubſtantiæ, ferruginea, aut torrefacta macula in medio inſignito, in reliqua parte ex griſeo rufeſcente, & in pulcherrimas, & quaſi reticulatas rimas lacerato, lamellis tenuiſſimis, albis, pediculo concolore, radice tumida. *Bubbolina colla teſta ferruginea, o di colore di gatto abbruciato, e col rimanente del cappello grigio, e ſcrepolato in modo che pare retato*. Octobri menſe, in Boboli, per pratula circa Piſcinam.

Albi, rufi, & obſcuri, vel nigricantes.

FUNGUS minimus, pileolo hemiſphærico, ſuperne rufeſcente, inferne albo, & rariſſime lamellato, pediculo nigricante, tenuiſſimo inſtar fili chalybis, Decembri menſe, ſuper delapſa, & ſemiputrida querna folia per nemora naſcens, ut in Boboli per ſylvam aucupariam prope locum, ubi Trutæ ſervantur, & extra urbem in via, quæ ad Templum *le Roſe* dictum, ducit.

2. Fungus omnium minimus, ſuper areſcentem juncum foliis articuloſis, naſcens, pileolo hemiſphærico, ex rufo fulvo, lamellis albidis, pediculo ſemiunciali, capillaceo, fuſco Tab. 80. fig. 9. In uliginoſis nemoribus inter Focenſem lacum, & Altumpaſſum.

Albi, lutei, aut pallidi, & obſcuri.

FUNGUS pileolo extinctorii forma, apice fuſco, reliqua parte pallido, & guttis fuſcis notato, lamellis, & longiore pediculo albis. *Graſſello ſchizzato*. Menſe Novembri, in ſylvis aucupariis territorii Scandicci.

2. Fungus eſculentus, pileolo pulvinato, deſuper lutei, & obſcuri coloris inter ſe diſtincti, denſiſſime variegato, inferne lamellis, & pediculo albis. *Giallone col cappello di ſopra ſchizzato di giallo, e di ſcuro*. Ubi ſequens, & antecedens eodem tempore creſcit.

3. Fungus eſculentus, pileolo deſuper luteo, & obſcure tincto, nunc commixti, nunc diſtincti coloris, lamellis, & pediculo albis. *Corgnola giallerella*. In Scandicci alti, atque Montis Boni ſylvis frequentiſſimus, Octobri menſe.

4. Fungus parvus, pileolo pulvinato luteo, & obſcuro colore vario, lamellis, & craſſiore pediculo albis. *Tigratino di tre colori*. In ericetis circa Regiam Pratolini villam, menſe Novembri.

Albi, lutei, & nigri.

FUNGUS pileolo hemiſphærico, ſordide aureo, pediculo altiori, albo, lamellis concoloribus, ad oras punctis nigris notatis. In caſtanearum ſylvis, necnon in quercetis, Autumni tempore, ſed rarus.

2. Fungus eſculentus, pileolo amplo, pulvinato, ſordide luteo, lamellis albis, ac per oras nigris punctis notatis, pediculo brevi, craſſo, & veluti bulboſo. In Scandicci nemoribus, videlicet per quercetum Abbatiæ Florentinæ, loco nuncupato *le Lame*.

3. Fun-

3. Fungus pileolo conico, fordide luteo, lamellis nigricantibus, pediculo prælto, albo, fistuloso. *Pisciacane giallo*. In fimo bubulo, Vere, & Autumno interdum invenitur.

Albi, pallidi, & crocei.

FUNGUS parvus, pernicioſus, colore varians, pileolo conico, peracuto, nunc croceo, nunc pallido, interdum utrisque mixto, ſubtus albo, pediculo fiſtuloſo, ſupernæ pileoli parti concolore. Octobri menſe, per Scandicci planiciem, in ambulacris prædii Domini de Chelinis, inter Gramina vigebat.

Albi, fuſci, & purpurei.

FUNGUS eſculentus, parvus, pileolo extinctorii forma, vertice fuſco, reliqua parte albo, lamellis tenuiſſimis, & denſiſſimis, concoloribus, pediculo purpureo-cæruleo, radice bulboſa. Septembri menſe, circa Regiam Pratolini villam.

2. Fungus pileolo ampliori, extinctorii forma, ſuperficie inæquali, & fuſca, lamellis purpureis, pediculo albo, lineis ſubfuſcis, veluti reticulato. *Dormentone*. In nemoribus territorii Scandicci, menſe Octobri.

3. Fungus parvus, pileolo deſuper fuſco-nigro, lamellis albis, pediculo cylindrico, tenujori, dilute violaceo. *Vedovino di tre colori*. Tempore ſupradicto, in querceto Abbatiæ Florentinæ, ſæpiſſime memorato.

Albi, leucophæi, & ſpadicei.

FUNGUS pileolo amplo, ex ſpadiceo flaveſcens, cum limbo ſemper ſubtus repando, lamellis albis, pediculo brevi, leucophæo. Menſe Octobri, in ſylvis circa locum dictum *la Romola*.

Albi, murini, & obſcuri.

FUNGUS parvus, pileolo murino, ſemiorbiculato, centro in papillam acutam veluti exporrecto, ſubtus lamellis crebris, albis, pediculo obſcuro, radice bulboſa. Octobri menſe, in Boboli per nemora juxta citrinas ſylvas.

Albi, carnei, & obſcuri.

FUNGUS parvus, pileolo complanato, obſcuro, ac tenuiſſime corrugato, inferne primum albo, deinde dilute rufeſcente, & ad carneum tendente, pediculo cylindrico, fiſtuloſo, plerumque albo-pallido. Ibidem per ſylvas ſupra Amphitheatrum, Majo menſe.

2. Fungus parvus, pileolo fornicato, e griſeo ſuboſcuro, vertice nonnihil umbilicato, lamellis carneis, pediculo cylindrico, albo, tenujori, vix fiſtuloſo. In ſylvis aucupariis Caſtelli, Petrariæ, & per ſupradictum Boboli.

Pallidi, lutei, & coccinei.

FUNGUS parvus, pileolo conico, aureo, & coccineo vario, lamellis pallidis, pediculo ſtriato, atque intorto, fiſtuloſo, & ſupernæ pileoli parti concolore. In Boboli Septembri, atque Novembri menſibus.

Pallidi, lividi, & fuſci.

FUNGUS parvus, pileolo hemiſphærico, vertice fuſco, reliqua parte, & prælto pediculo pallidis, lamellis lividis. *Giallerello*. Novembri menſe ad ficus provenit.

Lutei, cinnabarini, & nigri.

FUNGUS parvus, pileolo conico, partim croceo, partim vivido, cinnabaris rubore refulgens, inferne lamellis nigris, pediculo tumidiore, fiſtuloſo, toto luteo. Cum ſuperioribus tempore jam dicto viget.

Griſei, purpuro-cærulei, & nigri.

FUNGUS parvus, pileolo faſtigiato, deſuper nigro, ſubtus griſeo, pediculo tenuiore, ex purpureo cæruleo. Octobri menſe, in Scandicci alto per ſylvam Domini de Vitis.

Griſei, rubro-ferruginei, & ſuboſcuri.

FUNGUS pileolo cucullato, ſuperna parte, & cylindrico pediculo in ſuboſcuras, & rubro-ferrugineas lineas diſtinctis atque laceratis, lamellis griſeis. *Canapone*. In ſylvis aucupii tonſilibus, Majo menſe, variis locis circa urbem occurrit.

Cervini, carnei, & obſcuro-fulvi.

FUNGUS parvus, pileolo fornicato, deſuper ex obſcuro fulvo, & nitido, lamellis altioribus, cervini coloris, cito in atramento ſolubilibus, pediculo cylindrico, tenujore, ſordide, & dilute carneo. In fictilibus recenter fimo equino ſtercoratis, Aprili menſe.

Cinerei, dilute-purpurei, & obſcuri.

FUNGUS parvus, pileolo cucullato, obtuſo, & umbilicato, atque in ſericea filamenta lacerato, obſcuro, lamellis dilute purpureis, pediculo tenuiori, cylindrico, cinereo. In Boboli, per ambulacra, ſecus Aroniarum campum vulgo *il campo de' Lazzeruoli*, Aprili menſe.

Ruſi, obſcuri, & nigri.

FUNGUS parvus, elegantiſſimus, pileolo umbilicato, ac trilobato, obſcuro, lamellis rarioribus, toroſis, & rufeſcentibus, pediculo coriaceo, nigro, fiſtuloſo Tab. 79. fig. 2. In ſylva aucuparia Domini de Sacchettinis, loco dicto, *il Pollajo alle Roſe* ſuper putridis, & humi projectis arborum truncis.

Fulvi, purpurei, & nigri.

FUNGUS pileolo ex fulvo ferrugineo, & uſque ad centrum in plures partes plerumque ſe dividente, lamellis nigricantibus, pediculo tenujori, cylindrico purpureo-violaceo diluto, fiſtuloſo. *Vedovino ſtiantereccio*. Octobri menſe, in nemoroſis locis Scandicci alti, Caſiniani, & in quamplurimis circa Regiam Pratolini villam.

Albi,

Albi, lutei, & medii inter utrumque coloris, ſcilicet albo-lutei.

FUNGUS Alpinus, parvus, pileolo ex aureo vitellino, ſubtus albo, denſiſſime, & tenuiſſime lamellato, pediculo quaſi medii coloris. Septembri menſe, in Piſtorienſibus montibus, inter Mareſcam, & Teſum.

Ex rubro ferruginei, albi, & medii coloris.

FUNGUS pileolo deſuper ex rubro ferrugineo, ſubtus lamellis albis, pediculo medii coloris. Novembri menſe, in ſylvis circa Regiam villam Apiculi, vulgo *di Lappeggio*.

2. Fungus infundibuli forma, deſuper rufeſcens, inferne albus, & tenuiſſime lamellatus, pediculo medii coloris. Octobri menſe, in Boboli per nemora Piſcinam circumcingentia, & in pratulo ante locum, ubi peregrina Animalia ſervantur, vulgo *il Pratino del Condotto*.

3. Fungus parvus, odoratus, infundibulum imitans, pileolo deſuper rufo, inferne albo, pediculo medii coloris. Menſe ſupradicto, in Scandicci alti nemoribus, ut in querceto Abbatiæ Florentinæ.

Griſei, lutei, & medii coloris.

FUNGUS parvus, Autumnali tempore radicibus Alni adnaſcens, pileolo plano, griſeo, lamellis luteis, pediculo medii quaſi coloris. *Ontanino*. Ultra Vingonis Pontem, ſecus torrentem *Soglia*.

2. Fungus parvus, pileolo hemiſphærico, deſuper ochroleuco, & limacino glutine infecto, ſubtus griſeo, pediculo tenujori, fiſtuloſo, medii quaſi coloris, radice bulboſa Tab. 74. fig. 11. *Lumachino pagliato, di radice groſſa*. In herboſis ambulacris, menſe Majo, poſt pluvias in agro Scandicci reperitur.

Griſei, obſcuri, & medii coloris.

FUNGUS parvus, infundibuli forma, deſuper obſcurus, inferne griſeus, pediculo medii coloris. Variat aliquando totus albus, ideoque non differt a num. 14. pag. 144. Menſe Octobri, in Boboli per nemora prope Piſcinam Inſulæ.

Quadricolores albi, ſuave-rubentes, obſcuri, & ſulphurei.

FUNGUS pileolo galericulato, cute lacera, & quaſi in ſericea filamenta ſciſſa, ſumma pileoli parte alba, media ſuave-rubeſcente, reliqua vero ſubobſcura, lamellis crebris, ſulphureis, pediculo albo, ſplendente, & veluti puſtulato. *Canapino di gambo bianco, colla ſuperficie tutta piena di ſgonfietti*. In ſupradicto loco, Novembri menſe.

Albi, griſei, pallidi, & rubri.

FUNGUS parvus, pileolo hemiſphærico, ſordide luteſcente, inferne griſeo, pediculo albo, maculis rubris notato. *Fungherello col gambo ſchizzato di roſſo*. In Scandicci alti nemoribus, Octobri menſe.

Albi, dilute cærulei, fulvi, & nigri.

FUNGUS atramentarius, pileolo cucullato, apice fulvo, reliqua parte dilute cæruleo, lamellis nigris, pediculo albo, fiſtuloſo. In ſtercore canino, menſe Majo, per Scandicci planiciem.

Albi

Albi, cinerei, dilute purpurei, & atri.

FUNGUS pileolo amplo, extinctorii forma, vertice atro, reliqua parte cinereo, inferne lamellis, primum dilute purpureis, deinde nigris, pediculo fistuloso, albo, cylindrico. In vinetis, aliisque locis stercoratis, in territorio Scandicci, Autumni tempore.

Albi, dilute purpurei, subfusci, & atri.

FUNGUS nanus, pileolo amplo, extinctorii forma, vertice atro, reliqua parte subfusco, inferne lamellis dilute purpureis, pediculo albo, ad radicem tumido. *Cappellone pisciacane*. In eodem territorio post diuturnas pluvias, Vere, & Autumno exit.

Tab. 74. *fig.* 10. *& Tab.* 75. *fig.* 5. 7. 8. 9. *&c.*

V. *Pileolo desuper plerumque undique striato.*

Unicolores albi.

FUNGUS sterquilinius, gracillimus, totus albus, pileolo utrinque, & undique striato, pediculo altiori, tenui, fistuloso. *Fungo dilegine, bianco, col cappello da ambedue le parti rigato*. Per loca Scandicci, in fimo equino, mense Octobri.

2. Fungus gracillimus, Androsacen, vel Acetabulum marinum simulans, primùm totus albus, & farina ubivis respersus, postea capitulo utraque parte griseo, ac tandem lamellis ob vetustatem nigricantibus, pediculo fistuloso semper albo, radice stellata Tab. 79. fig. 6. Mense Majo, in viridario Boboli, per nemora, circa Amphitheatrum.

3. Fungus minimus, totus albus, pileolo hemisphærico, utrinque striato, lamellis rarioribus Tab. 80. fig. 11. Majo, Octobri, atque Novembri mensibus, in supradicto viridario, variis in locis.

Grisei, cinerei, murini.

FUNGUS parvus, campestris, cinereus, pileolo galericulato, striato, pediculo in superficie lacero Tab. 79. fig. 8. Decembri Mense, in agris, ubi demissæ segetes nostratibus *Stoppie*, a Latinis stipulæ dictæ unde *Fungo stopparino minore* a rusticis vocitatur.

2. Fungus minimus, acaulos ferme, griseus, pileolo fornicato, utrinque striato Tab. 74. fig. 8. *Funghino cenerino, rigato, quasi senza gambo, che dopo le piogge si trova ne' pedali de' Lecci*. In caudicibus arborum, per magnum ambulacrum Regiæ suburbanæ villæ, necnon in viridario Boboli affatim provenit.

3. Fungus perpusillus, murini coloris, pediculo oblongo, pileolo tenui, utrinque striato, seu flabelli in modum plicatili Raii Synopf. ed. 2. 13. num. 16. Inst. R. H. 558. Eum nondum vidimus.

Rufi.

FUNGUS ex rufo fuscus, pileolo hemisphærico, umbilicato, ac striato, subtus parum lamellato, pediculo prælto, fistuloso, radice in tenuem & longum mucronem producta. *Fungo barbuto*. In Regiæ villæ Lappeggi sylvis, & alibi in agro Florentino.

2. Fungus parvus, totus rufescens, tenerrimus, pileolo campanulato, utrinque & undique striato, pediculo tenujori fistuloso. Majo mense, in Boboli per sylvulam aucupariam prope locum ad servandas Trutas. 3. Fun-

3. Fungus parvus, totus atro-rufeſcens, pileolo deſuper undique & leviter ſtriato, ſubtus rare lamellato, pediculo prætenui fiſtuloſo Tab. 75. fig. 8. Poſt diuturnas pluvias, in eadem ſylva, & eodem menſe viget.

Fulvi, ſeu leonini coloris.

FUNGUS minimus, fulvus, acaulos ferme, pileolo fornicato, & ſtriato, necnon ſpiſſe lamellato, pulviſculo concolore referto. *Funghino di colore leonato, rigato, e quaſi ſenza gambo, che creſce dopo le piogge ne' pedali degli Alberi.* Octobri Menſe, ad Ilices, poſt diuturnas pluvias, variis in locis.

Purpurei.

FUNGUS fimetarius, minimus, ſubpurpureus, pileolo rare & utrinque ſtriato, pediculo peranguſto, fiſtuloſo. *Funghetello di concio, col capo rigato, tutto di colore violetto.* Novembri menſe, in horto medico inſignis Noſocomii Sanctæ Mariæ Novæ Florentiæ, ſuper fimi equini tumulos.

Bicolores albi, & cinerei.

FUNGUS minimus, fimetarius, pileolo utrinque & undique ſtriato, cinereo, aut murino, pediculo lanuginoſo, & fiſtuloſo, albo Tab. 75. fig. 9. Martio menſe, in pecudum fimo, per hortum medicum noſtrum.

2. Fungus minimus, tres vel quatuor lineas altus, pileolo orbiculato plano, utraque parte ſubcinereo, deſuper in medio nonnihil umbilicato, reliqua parte ſtriato, pediculo albo, fiſtuloſo, infra & ſupra tumido Tab. 79. fig. 9. Hicce fungus fugaciſſimus, vitam ſcilicet unico die finiens, primum nobis obſervatus Menſe Aprili hoc anno MDCCXXIX pluvia tempeſtate in vaſis recens repletis arena, fimo vaccino, foliis myrti tritis, & a coriariis abjectis una permixtis, in quibus varii generis plantas alit Rei Herbariæ ſtudio nuper captus Dominus Antonius Cocchius Florentinus Medicus atque amicus noſter in hortulo ſuo penſili domeſtico Florentiæ ad dextram Arni ripam.

Albi, & rufi.

FUNGUS minimus, bulboſus, tres vel quatuor lineas altus, pileolo galericulato, deſuper undique quaſi ſtriato, & rufo-albicante, inferne lamellis, & fiſtuloſo pediculo albis Tab. 79. fig. 10. Menſe Aprili ubi præcedens.

Albi, & lutei.

FUNGUS minimus, pileolo hemiſphærico, utrinque & undique ſtriato, ſupina parte luteo, prona vero & fiſtuloſo pediculo albis Tab. 75. fig. 7. *Giallino rigato.* In Abbatiæ Florentiæ querceto ſæpe memorato, Menſe Octobri, inter muſcos viget.

Lutei, & nigri.

FUNGUS ſterquilinus, gracillimus, pileolo deſuper luteo & a vertice ad tertiam fere partem lævi, reliqua vero ſtriato, ſubtus lamellis nigris, pediculo altiori, ſeſquilineam craſſo, fiſtuloſo & ſupernæ pileoli parti concolore. *Piſciacane dilegine, rigato, giallo, e nero.* Circa Florentiam, in fimi equini aggeſtis, Menſe Octobri, ſed omnium rariſſimus.

Albi

Albi, & obſcuri, vel fuſci.

FUNGUS campanulatus, pileolo obſcuro, vertice lævi, reliqua parte ſtriato, ſubtus lamellis, & fiſtuloſo, ac cylindrico pediculo albis. *Rigatino di boſco*. Menſe ſupradicto, in nemore Cœnobii PP. Franciſcanorum vulgo *la Doccia*.

2. Fungus pileolo ex obſcuro griſeo, vertice lævi, reliqua parte ſtriato, lamellis albis, pediculo cylindrico, fiſtuloſo, ſupernæ pileoli parti concolore. *Rigatino di ragnaja*. In ſylvulis aucupii Boboli, Majo menſe.

3. Fungus parvus, pileolo hemiſphærico, utrinque & undique ſtriato, ac albo, vertice vero, & capillaceo pediculo nigris. In omnibus ſylvis Octobri menſe, & potiſſimum in Scandicci alti territorio.

4. Fungus capitulo utrinque & undique ſtriato, ac albo, Presbyterorum pileolo aliquatenus ſimili, pediculo capillaceo nigricante. *Berretta di Prete*. Cum ſupradicto, eodemque tempore viget.

5. Fungus pileolo candicante, lamellis parvis (concoloribus) pediculo fuſco ſplendente Bot. Pariſ. 69. num. 58. Tab. 11. fig. 21. 22. 23. Eum nondum vidimus.

Griſei & obſcuri, vel nigri.

FUNGUS pileolo campanulato, deſuper obſcuro, in vertice lævi, reliqua parte ſulcato, coſtis nitidis, ſulcis vero tranſverse ſtriatis, lamellis griſeis, pediculo cylindrico, magis cavo, & ſupernæ pileoli parti concolore. In horto medico Noſocomii Sanctæ Mariæ Novæ Florentiæ, quo tempore non bene meminimus.

2. Fungus fimetarius, minimus, griſeus, pileolo cucullato, ubivis ſtriato, lamellis nigricantibus, pediculo ſupernæ pileoli parti concolore Tab. 74. fig. 6. In fimo equino, Menſe Novembri exoritur.

Ruſi, & fulvi.

FUNGUS minimus, gracillimus, Muſco Polygoni folio innaſcens, pileolo galericulato, undique & leviter ſtriato, fulvo, inferne rufo-griſeo, pediculo anguſtiſſimo, fiſtuloſo, & ſupernæ pileoli parti concolore Tab. 80. fig. 8. In ſylvis aucupii Boboli, præſertim juxta locum, ubi Trutæ ſervantur, Majo menſe poſt pluvias.

Virides & carnei.

FUNGUS parvus, elegans, cantharidum colorem, ſplendorem & odorem æmulans, pileolo cum vertice lævi, reliqua parte pulchre ſtriato, lamellis carneis, pediculo cylindrico, fiſtuloſo Tab. 75. fig. 5. *Funghetto rigato, con colore, odore, e ſplendore di Canterelle*. In Montis Rivecchi caſtaneto, necnon in ſylvis villarum Regiarum, Caſtelli & Petrajæ, menſe Majo.

Tricolores albi, griſei vel cinerei, & fuſci vel nigri.

FUNGUS pileolo ampliore, hemiſphærico, deſuper pulchre & undique ſtriato, griſeo, inferne lamellis nigricantibus, pediculo cylindraceo, albo & fiſtuloſo. In foſſarum aggeribus circa locum dictum *Legnaja*, non procul Florentia.

2. Fungus gracillimus, pileolo ampliori, cucullato, cinereo, & a fuſco vertice ad tertiam fere longitudinis partem lævi, reliqua vero ſtriato, lamellis pariter cinereis, pediculo albo, prælto, fiſtuloſo & ſeſquilineam craſſo. *Fungo gentile*. Inter herbas humectis locis, Menſe Octobri provenit.

3. Fun-

3. Fungus pileolo galericulato, ab imo ad ſummum ſtriato, griſeo & lanuginoſo, lamellis concoloribus, circa margines nigricantibus, pediculo cylindrico, albo, prælto, fiſtuloſo. In Boboli, Autumni tempore, in fimi equini aggeſtis.

4. Fungus pileolo parvo, conico, argutiſſime, & undique ſtriato, griſeo, ſubtus lamellis nigris, pediculo altiori, albo, lineam, vel ſeſquilineam craſſo. In ſupradicto viridario, Novembri menſe.

5. Fungus parvus, gracillimus, pileolo griſeo, complanato, centro nonnihil umbilicato, & lævi, reliqua parte undique ſtriato, lamellis nigricantibus, pediculo albo, lineam craſſo, fiſtuloſo. *Rigatino dilegine di concio*. Vere, & Autumno, non ſolum in agris, ſed etiam in ſylvis ſuper equino fimo.

6. Fungus fimetarius, pileolo tenuis ſubſtantiæ, cinereo, centro nonnihil umbilicato, & lævi, reliqua parte ſtriato, lamellis concoloribus, circa margines nigricantibus, pediculo lineam craſſo, albo, fiſtuloſo. In horto Simplicium Noſocomii Sanctæ Mariæ Novæ Florentiæ, Majo menſe.

7. Fungus minimus, terreſtris, tenerrimus, pileolo complanato, vix umbilicato, prorſus ſtriato, & e cinereo rufeſcente, inferne fuſco, pediculo tenuiſſimo, albo, fiſtuloſo. Menſe ſupradicto, in fictilibus diu ſtercoratis ſæpe legitur.

8. Fungus minor, tenerrimus, farina reſperſus, pileolo ſuperne cinereo, lamellis ſubtus tenuiſſimis, creberrimis, nigris, (pediculo albo) Raii Synopſ. ed. 2. 13. & 3. 9. & Bot. Pariſ. 72. num. 11. Eum nondum vidimus.

Tricolores albi, fulvi, & medii inter utrumque coloris.

FUNGUS pileolo deſuper fulvo-ſpadiceo, centro umbilicato, & lævi, reliqua parte rugoſo ac veluti ſtriato, inferne lamellis albis, pediculo prælto, medii quaſi coloris, radice tumida, in mucronem longius producta. *Fungo barbuto, di capo umbilicato, rugoſo, e creſputo, di colore fra 'l leonato, e quel di dattero maturo, e colla radice groſſetta, che ſi diffonde in una punta lunghetta.* Per Boboli viridarium multis in locis, & potiſſimum per aucuparias, & iliciferas ſylvulas circa olito ias areas, Septembri menſe.

2. Fungus pileolo plano, fulvo, undique rugoſo, & veluti ſtriato, & inter peripheriam & centrum circulari, ſaturatiori, & concolori macula notato, lamellis albis, pediculo medii coloris, radice olivæ forma, in acutum & longum mucronem producta. *Fungo barbato creſpo, colore di foglia morta colla radice a Olivella, che ſi eſtende in una lunga punta.* Per Scandicci alti nemora, menſe Octobri.

Obſcuri, fuſci & medii inter utrumque coloris.

FUNGUS parvus, pileolo fornicato, deſuper obſcuro, & magis ad oras, quam ad reliquas partes pulchre ſtriato, inferne lamellis fuſco-griſeis, pediculo lineam craſſo, medii coloris & argutiſſime perforato Tab. 74. fig. 10. In ſylvis aucupariis Boboli, Majo menſe.

V. *Omnia ut in ordine antecedenti, ſed pileolo a dimidia fere longitudine uſque ad peripheriam, vel circa ipſam dumtaxat ſtriato.* *Tab. 75. fig. 6.*

Albi.

FUNGUS totus albus, pileolo extinctorii forma, vertice per acuto, & ad oras nonnihil ſtriato, pediculo longo, cylindrico, fiſtuloſo, ſeſquilineam craſſo. *Fungo ſpegnitojo rigato.* In ſylvis ſecus torrentem Grevem, ut in territorio Scandicci, per quercetum Abbatiæ Florentinæ, Octobri menſe.

2. Fungus gracilis, totus albus, pileolo hemiſphærico, ad oras ſtriato, pediculo altiori, fiſtuloſo, ſeſquilineam craſſo Tab. 75. fig. 6. *Fungo dilegine bianco, col cappello alquanto rigato*. In ſimo equino, vel bubulo, Octobri, atque Novembri menſibus.

3. Fungus parvus, gracillimus, totus albus, pediculo conico, & media ſui parte uſque ad oras ſtriato, pediculo biunciali, prætenui. *An Amanita parva, alba, pediculo longo, tenui, pileolo conico, ſtriato D. Dillenii?* Ex libro depicto ejusdem Clariſſimi Viri, a D. Sherardo communicato.

Griſei, aut murini.

FUNGUS, ſive Amanita, pileolo plano, orbiculari, oris nonnihil ſtriatis D. Dillenii. Ex libro depicto ſupradicto, ut etiam ſequens.

2. Fungus, ſive Amanita parva, utrinque ſtriata, pileolo coniformi, murini coloris Dill. Cat. Giſſ. 183.

Lutei.

FUNGUS luteus, pileolo hemiſphærico, & a medio ad peripheriam ſtriato, pediculo altiori, fiſtuloſo, ſeſquilineam craſſo. *Giallino rigato* In nemoroſis locis, inter ſemiputrida folia poſt diuturnas pluvias Vere, & Autumno oritur.

2. Fungus parvus, flavo-fuſcus, pileolo galericulato, a medio ad peripheriam ſtriato. *Amanita parva, ſtriata, flavo-fuſci ubivis coloris Dill. Cat. Giſſ.* 182. Ex libro ſupradicto depromptus.

Fulvi.

FUNGUS parvus, fulvus, pileolo in obtuſum conum faſtigiato, & a media ſui parte uſque ad oras ſubtiliſſime ſtriato, pediculo altiori, lineam craſſo, & fiſtuloſo. *Fungherello dilegine, colore di foglia morta, col cappello a foggia di campana*. In Scandicci alti nemoribus, menſe Octobri.

Albi, & ſpadicei.

FUNGUS viſcidus, pileolo amplo, fornicato, ſpadiceo, & a medio ad peripheriam ſtriato, coſtis ab origine ad tertiam fere longitudinis partem lævibus, reliqua parte Margaritarum lineæ in modum nodoſis, lamellis, & pediculo albis, *Lumacone rigato*. Majo, Septembri, atque Octobri menſibus, in ſupradicto Abbatiæ Florentinæ querceto.

Obſcuri, & nigri.

FUNGUS minimus, Ilignis foliis ſemiputridis innaſcens, pileolo ſemiorbiculato, & a media ſui parte uſque ad oras ſtriato, ſuperne & inferne obſcuro, pediculo capillaceo, nigro. In Ilignis ſylvis frequentiſſimus, ut in Boboli, aliiſque ſimilibus locis.

Tab. 75. fig. 1. & 2.

IV. *Pediculo anulato, anulo permanente, & adhærente.*

V. *Pileolo deſuper non ſtriato.*

Unicolores albi.

FUNGUS bulboſus, campeſtris, eſculentus, totus albus, pediculo palmari, non fiſtuloſo, anulo peranguſto cincto. *Bubbola mezzana, bianca, campagnuola*. Octobri menſe, in agris circa Caſiniani Eccleſiam.

2. Fun-

2. Fungus fimetarius, totus albus, pileolo fornicato, ſquamoſo, pediculo cylindrico, obeſo, cujus cutis in cincinnatas, & acutas ſquamas ſoluta. *Fungo pelliccione, ricciuto, maggiore*. In fimi equini tumulis per agros, ſecus magnum ambulacrum Regiæ ſuburbanæ villæ vulgo *lo Stradone del Poggio Imperiale*, Octobri menſe.

3. Fungus pratenſis, totus albus, pileolo, & pediculi cute in multifidas, & cincinnatas ſquamas pulchre ſoluta. *Fungo pelliccione, ricciuto, minore*. Junio menſe, per Scandicci alti territorium, necnon in prato villæ DD. de Puccis, loco dicto *Caſignano*.

4. Fungus totus candidus, pileolo ampliore, glutine limacino infecto, pediculo tenujori, cylindrico, anulo ſtrictiori cincto. *Cappellone lumacoſo, bianco, di faggeta*. Menſe ſupradicto, in Fulginati territorio, ultra Divi Bartholomæi Cœnobium, vulgo *S. Bartolommeo di Brogliano*, in quadam Faginea ſylva *la Scaroſa* dicta.

5. Fungus bulboſus, nemoroſus, eſculentus, albus, pileolo fornicato, pediculo cylindrico, craſſo. Octobri menſe, in foro noſtro venditur, & in quamplurimis locis extra urbis portam D. Nicolai nuncupatam creſcit.

6. Fungus eſculentus, nemoroſus, albus, pediculo longo, craſſo, radice tumida. *Pratajolo di ragnaja, tutto bianco, buono, e di gambo lungo*. In Boboli per ſylvas, circa inſulam, Novembri menſe.

7. Fungus eſculentus, pratenſis, totus albus, pediculo brevi, obeſo. *An Fungus totus albus, edulis Bot. Pariſ. 75. num. 8.? Fungus eſculentus, pileolo, & lamellis albis Doodii Raii Synopſ. ed. 2. App. 334. & ed. 3. pag. 2. num. 2. Pratajolo de' prati, tutto bianco, buono, e di gambo corto*. In pratis territorii Scandicci, & in agris ultra torrentem Grevem per Paroeciam D. Andreæ in Percuſſina.

8. Fungus eſculentus, totus albus, & ſplendeſcens, pileolo pulvinato, parvo, pediculo altiori, cylindrico, anulo peramplo cincto. *Fungo anellone*. Aprili menſe, ed ſepes per Scandicci planitiem, & præſertim ſecus torrentem *la Greve*.

9. Fungus totus candidus, pileolo fornicato, pediculo tenui, anulo ſtrictiori cincto, radice craſſa, & pyriformi. *Bubbolina bianca, buona, di radice groſſa a guiſa di pera*. Eodem menſe, & loco provenit.

10. Fungus minimus, albus, pileolo leviter faſtigiato, pediculo cylindrico, tenujori, anulato, fiſtuloſo Tab. 78. fig. 7. In iliciferis ſylvis Boboli, & præſertim circa inſulam, autumnali tempore.

Lutei, vel crocei.

Fungus eſculentus, odoratus, pileolo fornicato, pediculo longo, cylindrico, anulato. *Leccino giallo*. Ad ilices per ſylvam aucupariam D. Marchionis de Niccolinis, ſæpe memoratam, Novembri menſe.

2. Fungus parvus, totus luteus, pileolo pulvinato cum oris ſubtus repandis, pediculo tenui, cylindrico, anulo peranguſto ornato. *Giallini di gambo corto*. In Boboli, per ſylvas circa Amphitheatrum, Septembri menſe.

3. Fungus parvus, croceus, pileolo pulvinato, pediculo longo, anguſto, cylindrico, & anulato. In ericetis, & ſylvis cæduis Caſiniani, Juguli, atque Scandicci alti territorii, Octobri menſe.

Purpurei.

Fungus eſculentus, bulboſus, ſubpurpureus, pileolo complanato, & in ſuperficie lacero, pediculo brevi, anulato. *Bubboletta buona, colore di Agata, o di Principe, sbiadato*. Menſe ſupradicto, per nemora, multis in locis.

Bicolores albi, & griſei, vel cinerei, aut cervini.

FUNGUS eſculentus, bulboſus, pileolo lato, nonnihil fornicato, ſaturo-griſeo, vertice papillato, lamellis, & palmari ac anulato pediculo albis. *Bubbola di-legine, mezzana.* Autumnali tempore, in querceto Abbatiæ Florentinæ ſecus torrentem Grevem.

2. Fungus campeſtris, bulboſus, pileolo fornicato, deſuper cervini coloris, & in vertice quaſi faſtigiato, ſubtus lamellis albis, pediculo concolore, anulato, & vix fiſtuloſo, radice bulboſa. Per Scandicci territorium, in ſylvoſis locis, ſecus eumdem torrentem, menſe Septembri.

3. Fungus bulboſus, eſculentus, pileolo fornicato, deſuper griſeo-ſaturo, cute lacera, centro papillato, lamellis albis, pediculo longo concolore, anulo ſubrecto cincto. In vepretis, & ſenticoſis locis, circa Montis Boni pontem, tempore ſupradicto.

4. Fungus eſculentus, parvus, pileolo griſeo, fornicato, atque in medio faſtigiato, lamellis albis, pediculo pariter albo, fiſtuloſo, & anulato. In Paroecia D. Andreæ in Percuſſina, pre nemora menſe Septembri.

5. Fungus eſculentus, pileolo fornicato, griſeo-plumbeo, lamellis albis, pediculo concolore quaſi cylindrico, anulo peranguſto cincto. In prateolis viridarii Boboli, & præſertim circa inſulam, Majo menſe.

6. Fungus eſculentus, pileolo fornicato, deſuper cervini coloris, cute lacera, lamellis albis, pediculo concolore, anulo peranguſto cincto, radice quaſi bulboſa. In agris ultra torrentem Grevem, per ſupradictam Paroeciam multis, in locis, Octobri menſe.

7. Fungus eſculentus, parvus, pileolo pulvinato, albo, & limacino glutine infecto, lamellis murinis, pediculo pariter albo, gemino, & peranguſto anulo cincto. *Granajuolo bianco.* In Paroecia Divi Martini ad Palmam, non ſolum in agris, ſed etiam in pinaſtreto D. Marchionis de Torrigianis, nec non extra urbis portam, D. Miniati nuncupatam, per loca vulgo *Carraja*, pariter in agris, Majo menſe.

Albi, & lutei.

FUNGUS campeſtris, æſtivus, pileolo complanato, albo, lamellis luteis, pediculo longo, cylindrico, ſupernæ pileoli parti concolore, & anulo peranguſto cincto. Junio menſe, per Scandicci territorium, in prædio Domini de Chelinis inter fabas.

2. Fungus parvus, pileolo ochroleuco, lamellis albis, pediculo tumido, ſupernæ pileoli parti concolore, & anulato. *Fungherello colore di camoſcio, o di terra gialla.* Naſcitur in ſylvoſis, & apricis locis Paroeciæ Divi Martini ad Palmam, necnon in Caſiniani tractu, Autumnali tempore, & in libro depicto Domini Baldi ſæpius indicato ad vivum oſtenditur.

Albi, & ruſi.

FUNGUS eſculentus, bulboſus, pileolo amplo, fornicato, ex rufo fulvo, cute valde lacera, & in filamenta veluti diſſecta, lamellis, & anulato pediculo albis. *Bubbola buona, ſfilacciata.* In Scandicci alti ſylvis, menſe Novembri.

2. Fungus bulboſus, eſculentus, pileolo deſuper rufeſcente, & in medio protuberante, inferne albo, pediculo longo, concolore, anulo anguſto cincto. In Boboli, menſe Octobri.

3. Fungus bulboſus, eſculentus, pileolo ex rufo fulvo, cute nonnihil lacera, centro papillato, lamellis, & anulato ac longo pediculo albis. *Bubbola buona.*

In

In ſylvis ultra Grevem torrentem, per Montis Boni Paroeciam, Octobri menſe.

4. Fungus eſculentus, pileolo fornicato, deſuper ex rufo fulveſcente, inferne albo, pediculo cylindrico, prælto, craſſo, concolore, & ample anulato. Menſe ſupradicto, per Scandicci planiciem.

5. Fungus eſculentus, odoratus, pileolo ſuperne rufeſcente, inferne albo, pediculo longo, concolore, anulato. Per ſupradictam planiciem ad ficus, Autumni tempore.

6. Fungus bulboſus, eſculentus, pileolo rufo-ferrugineo, vel atro-rufeſcente, cute lacera, & veluti ſquamoſa, lamellis albis, pediculo fiſtuloſo, concolore, anulo peranguſto radicem verſus cincto. Octobri menſe, per cupreſſuum ſylvam, in Boboli.

7. Fungus bulboſus, eſculentus, parvus, pileolo deſuper ex albo rufeſcente, inferne prorſus albo, pediculo concolore, fiſtuloſo, & anulato. In ericetis per Caſiniani Paroeciam, & præſertim circa DD. de Puccis villam, menſe antedicto.

8. Fungus bulboſus, eſculentus, pileolo rufo-ſpadiceo, vel rufo-griſeo, lamellis albis, pediculo ſupernæ pileoli parti concolore, & vix anulato. In Boboli, per ſylvas circa inſulam, menſe Octobri.

9. Fungus eſculentus, pileolo plano, rufo-fuſco, inferne albo, pediculo cylindrico, concolore, anulato. Decembri menſe, in Scandicci territorio per ſylvam vulgo, *il Boſco del Fratone*.

10. Fungus eſculentus, parvus, pileolo extinctorii forma, patulo, rufeſcente, lamellis una cum cylindrico, ac anulato pediculo albis. Circa pontem Grevis Aprili menſe in vepretis, & ſenticoſis locis.

Albi, & fulvi.

Fungus pileolo, & pediculo albis, ac maculis fulvis pauciſſimis infectis, lamellis prorſus fulvis. Ad ſepes, & in ſylvis oritur, Octobri menſe, variis in locis circa urbem.

Albi, & obſcuri, vel fuliginoſi.

Fungus bulboſus, eſculentus, maximus, pileolo fornicato, ſubobſcuro, & lacero, centro papillato, lamellis albis, pediculo prælto, fiſtuloſo, & ſupernæ pileoli parti concolore, anulo firmo cincto. *An Fungus pratenſis, quem quidam Scarogias, alii Canellas vocant Caſalp. 618.? Bubbola maggiore, coll' anello attaccato al gambo.* Octobri menſe, in Juguli, & Caſiniani ſylvis, aliiſque ſimilibus locis, & in foro noſtro venditur.

2. Fungus eſculentus, bulboſus, pileolo inſigniter echinato, ex obſcuro ferrugineo, inferne lamellis ſubtiliſſimis, & denſiſſimis albis, pediculo ſupernæ pileoli parti veluti concolore, & anulo ampliore cincto. *Bubbola ſpinoſa*. In iliceto D. Marchionis de Niccolinis, in loco dicto *Scandicci alto*, necnon in Boboli iisdem, ac conſimilibus locis, tempore Autumnali viget.

3. Fungus eſculentus, pileolo ex obſcuro fulvo-purpuraſcente, inferne lamellis albis, pediculo ventricoſo, ſupernæ pileoli parti concolore, anulo peramplo cincto, radice veluti roſtrata. *Collarone, o Sottana di boſco*. In montis Rivecchi ſylvis tempore ſupradicto, & in libro depicto Domini de Baldis Florentini, qui nunc in Anglia apud Clariſſimum Sherardum extat, vivis coloribus exhibetur.

4. Fungus bulboſus, eſculentus, parvus, pileolo ex obſcuro ferrugineo-rufeſcente, inferne lamellis tenuiſſimis, albis, pediculo anulato, & ſupernæ pileoli partis colore nonnihil infecto. In Boboli, Octobri menſe.

5. Fun-

5. Fungus eſculentus, parvus, totus albus, pileolo faſtigiato, maculis ſubobſcuris notato. *Bubbolina buona, odorifera, brizzolata.* In agrorum foſſis, atque aggeribus, Octobri menſe, variis in locis.

6. Fungus parvus, pileolo albo, & quaſi fuligine infecto, atque ſcrobiculis, ſeu lacunulis perexiguis excavato, lamellis, & anulato pediculo prorſus albis. In agris, arundinetis, & aggeroſis locis, Auguſto menſe, circa molendinum, vulgo *le mulina di Quinto*.

7. Fungus fimetarius, pileolo obtuſe coniformi, fuliginoſo, lamellis albis, pediculo concolore, prælto, cylindrico, fiſtuloſo, duas lineas craſſo, ac radicem verſus anulato. Autumnali tempore, per Scandicci imi, & alti territorium.

Albi, & rubri.

FUNGUS pediculo, & pileolo ſuave-rubentibus, lamellis albis. In ſylvis montis Senarii creſcit, Vere, & Autumno, & in libro depicto D. de Baldis, paulo ſupra memorato, cum ſequenti delineatus eſt.

Albi, & purpurei.

FUNGUS eſculentus, magnus, albus, pileolo fornicato, lamellis ſubrubentibus, pediculo longiore, & craſſiore, ample anulato. *Pratajolo maggiore, bianco, buono.* Menſe Octobri, in Scandicci alto.

2. Fungus eſculentus, major, pileolo lato, pulvinato, ſuperna parte candido, inferne lamellis purpuraſcentibus, pediculo brevi, ſupernæ pileoli parti concolore, & duplici anulo cincto. *Pratajolo maggiore, bianco, di gambo corto, e con doppio anello.* In Ripulenſi planitie, & in foro noſtro venditur, menſe Octobri.

3. Fungus eſculentus, albus, pileolo in ſuperficie nonnihil lacero, ad oras angulato, & limbo membranaceo cincto, lamellis dilutiſſime purpureis, pediculo longiore, plerumque rimoſo, pariter albo, radice bulboſa. *An Fungus ſylveſtris Sterb. Theatr. Fung. 44. Tab. 2. A. Pratajolo col cappello a ſpicchi di ſopra bianco, di ſotto vinato ſmorto, col piede alto, e radice groſſa.* In foro noſtro ex variis ſuburbanis locis, ubi alii prateoli inveniuntur, venalem interdum vidimus.

4. Fungus eſculentus, albus, pileolo angulato, deſuper nonnihil lacero, ad oras limbo membranaceo cincto, lamellis ex albo ſubpurpureis, pediculo longiore, plerumque rimoſo, radice tenujori. Ad ſepes, & in vepretis, menſe Majo non raro oritur.

5. Fungus eſculentus, pileolo deſuper albo, & in ſuperficie lacero, ſubtus ſubpurpureo, pediculo ſupernæ pileoli parti concolore, anulo parvo cincto, radice candida, reticulata, terræ alte immiſſa Tab. 75. fig. 1. *Pratajolo di radice profonda, e reticolata.* In arundinetis apud nos, præſertim ſecus Arni ripas, in loco vulgo *il ponte a Signa*.

6. Fungus eſculentus, hortenſis, parvus, pileolo deſuper albo, & lacero, inferne ſubrubente, pediculo ſupernæ pileoli parti concolore, anulo tenuiori cincto, radice candida, repente Tab. 75. fig. 3. *Pratajolo di radice ſerpeggiante.* In hortis Florentiæ, Autumnali tempore ſæpe oritur.

7. Fungus eſculentus, pratenſis, pileolo fornicato, deſuper lævi, & candido, inferne ſubpurpureo, pediculo breviore, ample anulato, & ſupernæ pileoli parti concolore. *Pratajolo bianco.* Octobri menſe, in acclivibus locis ad marginem ambulacri Regiæ ſuburbanæ villæ, vulgo *lo ſtradone del Poggio Imperiale*.

8. Fungus campeſtris, albus ſuperne, inferne rubens I. B. 3. 824. *Fungus pileolo lato, & rotundo C. B. Pin. 370. Inſt. R. H. 556.* Septembri, Octobri, atque Novembri menſibus, in pratis, & in foro noſtro venditur.

9. Fun-

9. Fungus eſculentus, pileolo fornicato, deſuper albo, & lævi, inferne vero ſubpurpureo, pediculo ſupernæ pileoli parti concolore, anulo peramplo cincto. *Pratajolo Turino*. In pratis circa latifundum Collis ad Cajanum, menſe Octobri.

10. Fungus parvus, nitide albus, lamellis carneis, aut roſeis, pediculo anulato, ſupernæ pileoli parti concolore. In Montis Boni Paroecia per ſylvas ultra Grevem torrentem, menſe ſupradicto.

Albo-purpurei, & prorſus purpurei.

FUNGUS eſculentus, deſuper ex albo purpuraſcens, & veluti ſubhirſutus, ſubtus ſordide purpureus, pediculo breviſſimo, ſupernæ pileoli parti concolore, & anulo peranguſto cincto. *An Fungus pileolo lato, & rotundo, livido C. B. Pin.* 370. *Inſt. R. H.* 556? *Pratajolo ſalvatico, roſſo*. Septembri, Octobri, & interdum Novembri menſibus per pratula inter Ilices, & Cupreſſus in Boboli ante venatoris, & aquæductoris domum.

Pallidi, & lividi, vel griſei.

FUNGUS campeſtris, eſculentus, deſuper paleacei coloris, lamellis livido-nigris, pediculo ample anulato, & ſupernæ pileoli parti concolore. Tempore Veris, circa foſſas Florentia non procul.

2. Fungus vernus, pileolo ſuperna parte albo-ſulphureo, ſeu ochroleuco, inferius lamellis griſeis, pediculo albo, ample anulato, radice bulboſa. Aprili menſe, ad foſſas, & locos aggeroſos, necnon in ſylvis, pratis, hortis, & pomariis etiam creſcit.

Griſei, & nigri, vel obſcuri.

FUNGUS bulboſus, eſculentus, pileolo fornicato, deſuper obſcuro, inferne griſeo, pediculo anulato, ſupernæ pileoli parti quaſi concolore. In Scandicci alti ſylvis, ut in Iliceto D. Marchionis de Niccolinis, menſe Octobri.

2. Fungus bulboſus, ſterquilinus, pileolo obtuſe coniformi, nitido, & griſeo, inferne nigricante, pediculo tenuiſſime fiſtuloſo, & ſupernæ pileoli parti concolore. Eum in agro Piſtorienſi, per fimi equini grumulos, Autumnali tempore, ſemel tantum vidimus.

Tricolores albi, griſei, vel cervini, & purpurei, aut ſubpurpurei.

FUNGUS bulboſus, eſculentus, ſuperne damæ, aut cervini coloris, cute lacera, & veluti filamentoſa, lamellis albis, pediculo prælto, anulato, ſubpurpureo. *Bubbola ſalvatica*. In Abbatiæ Florentinæ querceto, menſe Octobri.

2. Fungus eſculentus, pileolo hemiſphærico, griſeo-cervino, inferne lamellis dilute purpureis, pediculo longo, cylindrico albo, anulo peranguſto cincto. *Pratajolo ſalvatico, di gambo lungo, e di anello ſtretto*. In ſylvis, & ad ſepes, tempore ſupradicto.

3. Fungus pernicioſus, ſuperne griſeus, & leucophæus, inferne dilute purpureus, pediculo albo, breviore, anulato. *Pratajolo ſalvatico, detto con altro nome Turino minore*. Per Autumnum in urbanis hortis facillime reperitur.

4. Fungus eſculentus, ſuperna parte e griſeo albus, inferna ſubrubens, pediculo prorſus albo, radice repente. *Pratajolo ſalvatico de' canneti, e di radice ſerpeggiante*. In arundinetis, & ad ſepes, per Scandicci planiciem.

5. Fun-

5. Fungus minimus, eſculentus, pileolo e griſeo ſubobſcuro, cute lacera, lamellis albis, pediculo cylindrico, anulato, ſubpurpureo Tab. 78. fig. 6. In ſylvis Scandicci alti, menſe Octobri.

Albi, griſei, & flavi.

FUNGUS vernus, pileolo ſulphureo, & ad paleaceum colorem tendente, lamellis griſeis, pediculo albo, ample anulato, radice bulboſa Aprili menſe, ad foſſas, & locos aggeroſos, necnon in ſylvis, pratis, hortis, & pomariis etiam creſcit.

2. Fungus eſculentus, parvus, pileolo hemiſphærico, deſuper pallide luteo, ſubtus dilute purpureo, pediculo albo, cylindrico, gemino, & peranguſto anulo cincto. In agris circa Florentiam, ut in territorio Scandicci, & circa villam, vulgo *l' Imperiale*, poſt ſatum, & enatum triticum, ideoque ruſticis dicitur *Fungo granajuolo*.

Albi, ruſi, & flavi.

FUNGUS eſculentus, odoratus, ſuperne rufeſcens, inferne pallidus, pediculo albo, longo, cylindrico, & anulato. Menſe Octobri, in Scandicci imi territorio, ad ſepes in ſambuci trimis naſcens.

Albi, purpurei, & fulvi, vel fulvo-ſubobſcuri.

FUNGUS eſculentus, pileolo deſuper ex fulvo ſubobſcuro, cute lacera, inferne dilute purpureo, pediculo longo, albo, anulato, ac radicem verſus craſſeſcente. *Pratajola ſalvatico*. In Regio Viridario Boboli, per fimi equini tumulos, menſe Octobri.

2. Fungus eſculentus, parvus, acaulis ferme, pileolo fornicato, intenſe fulvo, ſuperficie in ampliores ſquamas veluti ſciſſa, lamellis carneis, vel ſuave-rubentibus, pediculo breviſſimo, albo, anulato. *Pratajolino buono, col cappello leonato, e come ſcaglioſo, e le lamine carnicine, e il gambo corto, e bianco*. In ſaltu Montis Oliveti, circa dimidium Maii.

Albi, ruſi, & medii inter utrumque coloris.

FUNGUS eſculentus, e griſeo rufeſcens, inferne albus, pediculo longo, cylindrico, medii coloris, anulo peranguſto cincto. In populetis juxta Arni ripam, videlicet in loco *le Caſcine*. Octobri menſe.

2. Fungus parvus, eſculentus, pileolo atro-rufeſcente, patulo, ac in medio protuberante, ſubtus albo, pediculo cylindrico, medii coloris, & anulo peranguſto cincto. In Boboli ſub cupreſſis prope portam urbis.

3. Fungus minimus, pileolo in medio papillato, undique atro-rufeſcente, cute lacera, veluti ſquamoſa, lamellis albis, pediculo vix fiſtuloſo, & anulato, medii coloris Tab. 78. fig. 8. In margine viæ inter D. Dominici Templum, & cauponam, vulgo *l' Oſteria delle tre pulzelle*, prope Feſulas tempore ſupradicto.

Albi, fulvi, & fuſci.

FUNGUS bulboſus, eſculentus, pileolo extinctorii forma, vertice fuſco, reliqua parte fulva, & veluti ſquamoſa, lamellis albis, pediculo anulato, & ſupernæ pileoli parti concolore. *Bubbola buona, ſcaglioſa*. In Abbatiæ Florentinæ prædictæ querceto, eodemque tempore.

Albi,

Albi, ferruginei, & fuſci.

FUNGUS bulboſus, parvus, pileolo extinctorii forma, ferrugineo, & maculis fuſcis minutiſſimis undique infecto, lamellis albis, pediculo anulato, ſupernæ pileoli parti concolore. *Bubbolina cattiva*. Novembri menſe, in ſylva aucuparia Domini Marchionis de Niccolinis, per Scandiccium altum.

Flavi, rufi, & obſcuri.

FUNGUS eſculentus, pileolo in medio veluti hirſuto, & flaveſcente, reliqua parte ex atro rufeſcente, inferne colore non diſſimili, ſed valde diluto, pediculo craſſiore, obſcuro, inter pileolum, & prætenuem anulum ſtriato. In Iliceto Piſas inter, & Liburnum, ſecus viam publicam, menſe Octobri.

Quadricolores obſolete lutei, ferruginei, ſubpurpurei, & fuſci.

FUNGUS bulboſus, eſculentus, pileolo complanato, limbo ferrugineo, reliqua parte obſolete luteo, & maculis pariter ferrugineis inſignito, ſubtus lamellis dilute purpureis, pediculo anulato, fuſco. *Bubbola buona, di quattro colori*. In ſylvis Dominorum de Baldigianis per Scandicci alti territorium, menſe ſupradicto.

IV. *Pediculo anulato, anulo durabili, & eidem pediculo non adhærenti* A. *Tab.* 81. *fig.* 1.

Unicolores, albi.

FUNGUS collinus, candidus, duplici pileolo, διφακοειδης Pont. Comp. Tab. Hæc fungi ſpecies, nondum in manus noſtras devenit, quapropter ex Auctoris ſupra memorati fide illum deſcripſimus ad hujus fungorum ſeriei complementum.

Bicolores albi, & obſcuri, vel fuſci.

FUNGUS pileolo lato, longiſſimo pediculo variegato C. B. Pin. 371. Bot. Par. 74. num. 1 Inſt. R. H 557. Raii Synopſ. ed. 3. 3. n 10. *Fungi longiſſimo pediculo candicantes, ſed maculati eſculenti I. B. 3. 826. xviij genus fungorum eſculentorum Cluſ. Hiſt. CCLXXIIII.* neque hunc vidimus.

2. Fungus quercinus, dipſacoides (pileolo conico) Col. Part 1. 337. Raii Sinopſ. ed. 3. 3. num. 11. *Fungus bulboſus, fuſcus, duplici pileolo C. B. Pin. 371. Inſt. R. H. 557.* Per Campoclarenſem agrum variis in locis, obvius, menſe Octobri.

3. Fungus bulboſus, eſculentus, maximus, pileolo mammoſo, obſcuro, & in filamenta quaſi lacerato, vertice papillato, ſubtus lamellis albis, pediculo cubitali fiſtuloſo, ſupernæ pileoli parti concolore, & pariter lacero, corolla ampliſſima, ſoluta cincto Tab. 81. fig. 1. *An Fungus pratenſis, quem quidam Scarogias, alii Canellas vocant Caſalp. 618? Bubbola maggiore, coll' anello non fiſſato al gambo*. In ſylvis circa Latifundium Collis ad Cajanum, menſe ſupradicto.

4. Fungus bulboſus, eſculentus, medius, pileo, fornicato, obſcuro, & in ſuperficie lacero, lamellis albis, pediculo palmari, ſupernæ pileoli parti ferme concolore, & pariter lacero. *Bubbola mezzana, detta altrimenti mazza da tamburo*. In iiſdem fere locis cum ſequenti, ac eodem tempore viget.

5. Fungus bulboſus, eſculentus, medius, pileolo deſuper obſcuro, ſubtus lamellis albis, pediculo palmari, farto, ſupernæ pileoli parti concolore, anulo

peranguſto ſoluto cincto. *Bubbola mezzana coll' anello non attaccato al gambo.* Autumnali tempore, in quercetis, ericetis, & ſylvis cæduis, per Caſiniani, Juguli, Divi Martini ad Palmam, & Scandicci alti Paroeciam.

Tab. 75. *fig.* 2.4. IV. *Pediculo anulato, anulo non permanenti, ſeu fugaci, qui ut plurimum, dum pileolus dehiſcit, in aranearum telam, vel in membranacea fruſtula, modo ad pediculum* B, *modo ad pilei circumferentiam* C, *ſolvitur, atque diſperditur.*

Unicolores albi.

FUNGUS major, albus, villoſus, & quaſi quadrilaterus, dum e terra erumpit, ovum gallinaceum referens, poſtea adultus in oblongam nolam producitur, & in atramentum reſolvitur, pediculo fiſtuloſo, candido, ac anulo fugaci cincto, radice roſtrata. *An Fungus albus, ovum referens Raii Synopſ. ed.* 2. *pag.* 335? *Fungo Bozzolo, o Bubbolotto maggiore*, Majo, atque Octobri menſibus, in areno-ſo ſolo, inter juncos ſub populis creſcit, in ripis fluviorum ut Arni, & torrentis Grevis.

2. Fungus minor, villoſus, & ex albo rufeſcens, dum naſcitur ovum gallinaceum referens, poſtea in nolam oblongam producitur, & in atramentum reſolvitur, pediculo fiſtuloſo, candido, anulo fugaci cincto, radice roſtrata. *Fungo Bozzolo, o Bubbolotto minore.* Octobri menſe, in pratis, & paſcuis, per loca vulgo *le Caſcine*.

3. Fungus totus albus, pileolo fornicato, pediculo craſſiore, quaſi cylindrico, anulo fugaci cincto. In territorio Scandicci, pluribus in locis, menſe Octobri oritur.

4. Fungus parvus, totus albus, pileolo mammoſo, pediculo cylindrico, in ſpiræ modum plerumque intorto, anulo fugaci cincto. Novembri menſe, in Boboli, per ſylvas circa Theatrum vetus.

Griſei.

FUNGUS eſculentus, griſeus, pileolo pulvinato, & in medio nonnihil excavato, pediculo craſſo, cylindrico, ac anulo fugaci cincto. Tempore antedicto, in eodem viridario, per ſylvas circa Inſulam.

Janthini.

FUNGUS bulboſus, janthinus, pediculo longo, craſſiori, anulo fugaci cincto. *Fungo vedovo, cappelluto.* In cerretis, plerumque montuoſis, videlicet in territorio Scandicci alti, Caſiniani, & Juguli, aliiſque ſimilibus locis, Octobri menſe.

Fulvi.

FUNGUS parvus, totus fulvus, pileolo fornicato, pediculo gracili, cylindrico, anulo fugaci cincto. Tab. 75. fig. 4. In herboſis ambulacris, per Scandicci planiciem, veluti in prædio Domini de Chelinis, necnon in pratis, & paſcuis abunde oritur, Majo menſe.

2. Fungus fulvus, pileolo expanſo, ac leviter faſtigiato, pediculo altiori, cylindrico, anulo fugaci cincto. In Divi Andreæ in Percuſſina Paroecia, menſe Octobri.

Obſo-

Obſolete lutei.

FUNGUS odore, & ſapore Raphanum ſimulans, obſolete luteus, & ad olivæ conditæ colorem accedens, pileolo pulvinato, in ſuperficie lacero, pediculo anulo fugaci cincto, ac radicem verſus craſſeſcente. *Fungo Ramolaccio, di colore giallo brutto, che inclina all' Oliva acconcia, e con la parte di ſopra del cappello ſcamoſciata*. Septembri menſe, primum in ſylva aucupii Domini de Sacchettinis, dicta *il Pollajo alle roſe*, deinde Novembri menſe, in Boboli per ſylvas ſecus urbis mœnia, inter lauros, ſicut etiam per Scandicci alti nemora.

2. Fungus odore, & ſapore Raphanum ſimulans, obſolete luteus, & ad fulvum colorem tendens, pileolo leviter faſtigiato, & quaſi ſubhirſuto, pediculo longo, cylindrico, anulo fugaci cincto Tab. 75. fig. 2. *Fungo Ramolaccio giallo, colla parte di ſopra del cappello ſcamoſciata*. In Monte Senario, menſe Octobri.

Bicolores albi, & griſei.

FUNGUS pileolo pulvinato, craſſioris ſubſtantiæ, ſuperne albo, inferne griſeo, pediculo cylindrico, fiſtuloſo, pariter albo, anulo fugaci cincto, radice plerumque bulboſa. Aprili menſe, in populetis juxta Arni ripas, ut in loco *l' Iſolotto* nuncupato.

Albi, & fulvi.

FUNGUS pileolo fornicato, ſuperne, & inferne ex rufo fulvo, pediculo albicante, cylindrico, anulo fugaci cincto. In ſylvis aucupii, per Scandicci imi, & alti territorium, menſe Octobri.

2. Fungus pileolo pulvinato, ex rufo fulvo, lamellis albis, pediculo, ſupernæ pileoli parti concolore, & anulo fugaci cincto, ac radicem verſus craſſeſcente. Creſcit ut ſupra, & potiſſimum per ſylvam aucupii Domini Marchionis de Niccolinis Novembri menſe.

3. Fungus eſculentus, albus, lamellis dumtaxat fulvis, pediculo craſſo, quaſi cylindrico, anulo non permanenti cincto. In Boboli per ſylvas ante locum animalibus peregrinis ſervandis, menſe Octobri.

4. Fungus pileolo fulvo, & limacino glutine admodum infecto, lamellis primum dilute purpureis, poſtea ſupernæ pileoli parti concoloribus, pediculo cylindrico, anulo fugaci cincto, albo, cujus cutis in plures circulares zonulas pulchre, & conſtanter ſe dividit. *Lumacone di boſco, con la buccia del gambo, che ſcrepola, e ſi divide coſtantemente in faſce circolari ſmerluzzate*. Septembri, Octobri, Novembri, atque Decembri menſibus, in omnibus ſylvis paſſim oritur, ſpeciatim per Scandicci territorium, & per ſupradictum viridarium Boboli.

5. Fungus parvus, ſuperne e fulvo ſpadiceus, inferne atro-fulvus, pediculo cylindrico, albo, & veluti ſericeo, ac anulo non permanenti cincto. In horto noſtro publico, menſe Majo.

Albi, & caſtanei.

FUNGUS pulvinato pileolo, caſtanei coloris, inferne lamellis albis, pediculo tumido, ſupernæ pileoli parti concolore, ac anulo fugaci ornato. In Emporienſi agro, in loco dicto *Cerbajola*, per ſylvam paulo ſupra villam Domini de Salvagnolis, menſe ſupradicto.

Albi, & obſcuro-ſubpurpurei.

FUNGUS parvus, ex obſcuro ſubpurpureus, pileolo hemiſphærico, parvo, lamellis albis, pediculo cylindrico, pariter albo, ac anulo fugaci cincto. In Scandicci alti nemoribus, Octobri menſe.

Albi, & nigri.

FUNGUS atramentarius, vel potius in atramentum ſolubilis, pileolo cucullato, primum albo, poſt lacerationem cutis una cum lamellis nigro, pediculo cylindrico, fiſtuloſo, candido, anulo non permanenti ornato. *Piſciacane maggiore, bianco, e nero.* In fimo equino, menſe Majo, per Caſiniani Paroeciam.

Lutei, & fulvi.

FUNGUS eſculentus, pileolo deſuper paleacei coloris, lamellis atro-fulvis, pediculo ſupernæ pilei parti concolore, anulo fugaci munito, radice ferme bulboſa. *Grumato giallo.* In Divi Andreæ in Percuſſina Paroecia, menſe Octobri.

2. Fungus pileolo fornicato, ſuperne luteo, ſubtus lamellis fulvis, pediculo fiſtuloſo tumido, ſupernæ pileoli parti concolore, & anulo non permanenti ornato. In ſylvis Scandicci alti, Autumnali tempore.

Lutei, & obſcuri,

FUNGUS ſtercorarius, viſcidus, dilute luteus, pileolo fornicato, ſubtus ex obſcuro nigricante, pediculo cylindrico, ſupernæ pileoli parti concolore, & anulo fugaci inſtructo, radice bulboſa. In Scandicci alti, atque Montis Boni ſylvis ſuper equinum fimum adhuc a fermentatione calefactum.

Tricolores albi, leucophæi, & obſcuri.

FUNGUS parvus, odore gravi, pileolo deſuper obſcuro, inferne albo, pediculo cylindrico, leucophæo, anulo non durabili prædito. Septembri menſe, in Boboli per nemora circa inſulam.

Albicantes, ochroleuci, & rufo-pallidi.

FUNGUS viſcidus, pileolo fornicato, deſuper rufo-pallido, lamellis ochroleucis, pediculo longo, cylindrico, albicante, ac anulo momentaneo cincto. Autumni tempore, Piſas inter, & Liburnum, in ſylvoſis locis.

Albi, rufi, & rubentes.

FUNGUS bulboſus, pileolo hemiſphærico, craſſioris ſubſtantiæ, ſuperne rufeſcente, inferne ſubrubente, pediculo albicante, anulo fugaci ornato. In Caſiniani Paroecia multis in locis, ſpeciatim per ſylvam Monialium Divæ Felicitatis, Octobri menſe.

Albi, aurei, & violacei.

FUNGUS viſcidus, pileolo fornicato, deſuper ex aureo pallido, ſubtus dilute violaceo, pediculo albo, anulo non permanenti cincto, ac radicem verſus craſſeſcente. In ſylvoſis locis Paroeciæ montis Boni, menſe ſupradicto.

Albi,

Albi, roſei, vel ſuave-rubentes, & nigricantes.

FUNGUS in arenoſis naſcens, pileolo conico, ſex uncias longo, ex albo roſeo, vel ſuave rubente, lamellis nigricantibus, pediculo præalto, cylindrico, fiſtuloſo, & candido, ac anulo non durabili ornato. *Piſciacane de' reniſti, detto altrimente Guglia.* In arenoſis, & alluvionibus, ſecus Arni ripas, prope oppidum Montis Varchi, menſe ſupradicto.

Albi, obſcuri, & nigri.

FUNGUS bulboſus, pileolo complanato, obſcuro, oris ſurſum reflexis, lamellis nigricantibus, pediculo candido, palmari, fiſtuloſo, anulo non durabili inſtructo. In Caſiniani Paroecia, & alibi ſuper equini fimi tumulos, Autumnali tempore.

Albo-purpurei, ſpadiceo-pallidi, & fulvi.

FUNGUS viſcidus, pileolo fornicato, deſuper ſpadiceo-pallido, ad peripheriam rugoſo, lamellis fulvis, pediculo cylindrico ex albo purpuraſcente, anulo fugaci aucto. In Scandicci alti ſylvis, & præſertim in querceto Abbatiæ Florentinæ, Octobri menſe.

Fulvi, violacei, & livido-fuſci.

FUNGUS bulboſus, pileolo complanato, livido-fuſco, ad oras dilute violaceo, lamellis fulvis, pediculo ſupernæ limbi pilei parti concolore, anulo non durabili ornato. In Scandicci planicie ad ſepes, tempore ſupradicto.

IV. *Pediculo anulato, anulo ut ſupra.* *Tab.* 80.
V. *Pileolo deſuper ubivis ſtriato.* *fig.* 3.

Bicolores albo-griſei, & nigricantes.

FUNGUS ſterquilinus ex albo griſeus, pileolo ſtriato, ac in ſuperficie lacero, vertice nigricante, pediculo cylindrico, albo-griſeo, anulo fugaci munito. Tab. 80. fig. 3. Novembri menſe, in Boboli, ſuper equini fimi tumulis.

III. *Volva, ſeu involucro amplo, & valde apparente erumpentes, ad radicem diu permanente.* D. *Tab.* 76. *fig.* 1.
IV. *Pediculo non anulato.*
V. *Pileolo deſuper non ſtriato.*

Unicolores luteo-pallidi.

FUNGUS parvus, e volva erumpens, pallide-luteus, pileolo pulvinato, pediculo breviſſimo cylindrico. Novembri menſe, in montis Oliveti ſaltu, juxta pratulum, vulgo *della Luna.*

Damæ coloris.

FUNGUS minimus, e volva erumpens, Damæ fuſci coloris, & ſerici inſtar lucens, pileolo leviter faſtigiato, pediculo cylindrico. In Scandicci alti nemotibus. Octobri menſe.

Bicolo-

Bicolores, albi, & carnei.

FUNGUS magnus, eſculentus, e volva erumpens, pileolo villoſo, albo, lamellis carneis, pediculo cylindrico, glabro, pariter albo Tab. 76. fig. 1. In Viæ Regiæ ſylvis (*di Viareggio*) ſuper vetuſtas, & quaſi ſemimortuas arbores, Menſe Junio.

2. Fungus parvus, e volva erumpens, pileolo fornicato, albo, & ſericeo, lamellis carneis, pediculo cylindrico, fiſtuloſo, ſupernæ pileoli parti concolore. Novembri menſe, per herboſa ambulacra, atque foſſarum aggeres, in Scandicci territorio.

3. Fungus minimus, odoratus, e volva erumpens, pileolo albo, & veluti ſericeo, inferne carneo, pediculo cylindrico, fiſtuloſo, & ſupernæ pileoli parti concolore. Vere, & Autumno, in Montis Boni Paroecia ultra Grevem torrentem, & per quercetum Abbatiæ Florentinæ, ſecus eundem torrentem, in territorio Scandicci.

Albi, & griſei.

FUNGUS e volva erumpens, pileolo ſupina parte e griſeo ſubobſcuro, prona vero primum albo, poſtea dilute purpureo, pediculo non fiſtuloſo, ſemper albo, radice bulboſa, Octobri, atque Novembri menſibus, per pratula, & ſylvas aucuparias Boboli, necnon ultra Montis Boni Paroeciam in quercetis.

Albi, & lutei.

FUNGUS eſculentus, e volva erumpens, pileolo fornicato, ſuperna parte luteo, inferne albo, pediculo longo, cylindrico, pariter albo. In montoſis ſylvis, videlicet per Scandicci alti, Caſiniani, alioſque ſimiles locos, tempore ſupradicto.

Albi, & virides.

FUNGUS e volva erumpens, pileolo ſuperna parte viridi, & ſplendente, lamellis, & cylindrico pediculo, albis. Ad ilices non raro oritur, præſertim in iliceto Domini Marchionis de Niccolinis, ſæpe memorato.

Albi, & obſcuri.

FUNGUS parvus, e volva erumpens, pileolo deſuper ex obſcuro nigricante, cute lacera, & veluti ſquamoſa, inferne albo, pediculo cylindrico, ſupernæ pileoli parti concolore. Menſe Septembri, in Boboli viridario Regio.

Griſei, & fuſci.

FUNGUS griſeus, e volva erumpens, pileolo fornicato, centro fuſco, pediculo cylindrico, tenuiore, in ſuperficie lacero, & veluti ſquamoſo. Tempore, & loco, ut ſupra innuimus.

Tricolores albi, murini, & rufeſcentes.

FUNGUS eſculentus, e volva erumpens, odore, & ſapore Raphani, griſeus, inferne rufeſcens, pediculo albo, longo, radice bulboſa. *Loppajola*. In territorio Geniſtarum ad tritici palearium inter glumas, & paleas ſemiputridas, tempore Autumnali.

Albi

Albi, griſei-argentei, & carnei.

FUNGUS eſculentus, e volva erumpens, pileolo deſuper griſeo-argenteo ſplendente, ſubtus carneo, pediculo longo, albo, radice bulboſa. Octobri menſe in agris juxta magnum ambulacrum Regiæ ſuburbanæ villæ, per fimi equini tumulos.

Albi, ruſi, & murini.

FUNGUS e volva erumpens, pileolo leviter faſtigiato, deſuper murini coloris, inferne ex albo-rufeſcente, pediculo albo, cylindrico. Juxta paleárium in territorio Geniſtarum, tempore Autumnali.

V. *Omnia, ut in antecedenti diviſione, ſed pileolo a medio ad peripheriam, vel in ipſa peripheria tantum ſtriato.* *Tab. 76. fig. 2.*

Unicolores, albi.

FUNGUS eſculentus, e volva erumpens, major, totus albus, pileolo obtuſe faſtigiato, & ad peripheriam ſtriato, pediculo cylindrico, fiſtuloſo, In montoſis ericetis, videlicet per Plebaniam Juguli, circa Septembris finem.

2. Fungus e volva erumpens, totus albus, pileolo fornicato, ad oras ſtriato, pediculo cylindrico. In campeſtribus, menſe Novembri, inter triticum provenit, veluti per Scandicci territorium.

Bicolores, albi, & aurei.

FUNGUS e volva erumpens, pileolo deſuper ex aureo pallido, & a medio, ad oras ſtriato, lamellis, & pediculo albis. Per Plebaniam Juguli, variis in locis, & præſertim in ſylvis, & ericetis, vulgo, *le Montanine*.

Albi, & griſei.

FUNGUS eſculentus, e volva erumpens, pileolo fornicato, ad oras nonnihil ſtriato, griſeo-rufeſcente, inferne albo, pediculo cylindrico concolore, & in ſuperficie pulchre lacerato. In ſylva, vulgo, *le Caſcine*, necnon in caſtaneto, nuncupato *il Monte di Rivecchi*, & circa Pratolini villam Regiam, menſe Majo copioſus.

2. Fungus e volva erumpens, pileolo ſuperne griſeo, ad oras ſtriato, inferne albo, pediculo cylindrico, concolore, anguſtiſſime fiſtuloſo. In prateolis Boboli, Majo, atque Octobri menſibus.

Albi, & ruſi.

FUNGUS parvus, e volva erumpens, pileolo rufo, ad oras ſtriato, inferne albo, pediculo cylindrico, pariter albo, ac parum fiſtuloſo Tab. 76. fig. 2. In Scandicci agro per caſtanetum nuncupatum *La palina del Sig. Cavaliere D. Giovanni de Dios Narvaez Saavedra*, ſecus viam, vulgo *la Corbinaja*.

Albi,

Albi, & fulvi.

FUNGUS e volva erumpens, pileolo fulvo, ad oras ſtriato, inferne albo, pediculo cylindrico, pariter albo. Novembri, atque Decembri menſibus, in agrorum ſulcis inter triticum, per Scandicci planiciem.

2. Fungus e volva erumpens, pileolo fulvo, ad oras ſtriato, inferne albo, pediculo cylindrico, ſupernæ pileoli parti veluti concolore, & maculis ſaturatioribus notato. In ſylvoſis locis per Caſiniani, & D. Martini ad Palmam Paroeciis.

Albi, & obſcuri.

FUNGUS e volva erumpens, pileolo deſuper obſcuro, & ad oras ſtriato, inferne albo, pediculo concolore, cylindrico, valde fiſtuloſo. In Boboli, ut & in Scandicci alto, Octobri menſe.

Tricolores, albi, griſei, & rufi.

FUNGUS e volva erumpens, pileolo fornicato, deſuper griſeo, & ad oras tenuiſſime ſtriato, inferne ſubrufo, pediculo cylindrico, craſſo, albo, fiſtuloſo, ac polline concolore reſperſo. In nonnullis Montis Boni nemoribus, ut & Scandicci alti, necnon in Boboli ſylvulis, videlicet ante locum peregrinis avibus ſervandis, Autumni tempore.

Griſei, albi, & medii coloris.

FUNGUS e volva erumpens, ſuperne griſeus, inferne albus, pediculo cylindrico, altiori, fiſtuloſo, externe lacero, & medii quaſi coloris. In Boboli ubi antedictus.

Obſcuri, griſei, & medii coloris.

FUNGUS eſculentus, e volva erumpens, pileolo deſuper ex obſcuro griſeo, & ad oras ſtriato, inferne griſeo albo, pediculo fiſtuloſo, medii quaſi coloris. In pratulis Regii viridarii Boboli, & per Montis Oliveti ſaltum, circa Septembris finem.

Tab. 76. *fig.* 3. IV. *Pediculo anulato.*

V. *Pileolo ad oras non ſtriato.*

Unicolores albi.

FUNGUS eſculentus, magnus, e volva erumpens, totus albus, graviter odoratus, lamellis crebris, & creberrime denticulatis, pediculo obeſo, anulato. *Farinaccio*, a noſtratibus dictus, ob anulum, qui in micas, & fruſtula farinacea ſolvitur, atque diſperditur. Septembri, atque Octobri menſibus in ericetis Montis Boni, atque Caſiniani, & in forum ab ericetariis affertur.

2. Fungus e volva erumpens, totus albus, pediculo cylindrico, prælto, & anulato. *Bubbola bianca, o Vovolo baſtardo.* In ſylvis Scandicci, Juguli, & Caſiniani, Autumnali tempore.

Suave-

Purpureo-carnei.

FUNGUS e volva erumpens, totus purpureo-carneus, pediculo cylindrico, anulato. *Bubbolina di color colombino, o di principe*. In ſylvis Abiegnis Cœnobii Vallis-Umbroſæ.

Bicolores, albi, & ochroleuci.

FUNGUS e volva erumpens, pileolo deſuper ochroleuco, ſive albo-pallido, inferne lamellis, & cylindrico, anulato ac fiſtuloſo pediculo albis. *Bubbolina di colore pagliato, e bianco*. Octobri menſe, in ſylvis Piſas inter, & Liburnum.

2 Fungus eſculentus e volva erumpens, parvus, pileo deſuper paleacei coloris, inferne lamellis albis, pediculo altiori, fiſtuloſo, cylindrico, & anulato, pariter albo. *Bubbolina di gambo alto, bianca, e colore di camoſcio*. In Scandicci alti nemoribus, necnon in ſylvis aucupii Boboli, Autumni tempore.

Albi, & griſei.

FUNGUS parvus, e volva erumpens, pileolo deſuper dilute griſeo, inferne cum fiſtuloſo, ac anulato pediculo albo Tab. 76. fig. 3. In pratis, & ambulacris Boboli, Septembri menſe.

Albi, & ſubpurpurei.

FUNGUS eſculentus, e volva erumpens, albus, pediculo palmari, cylindrico, & anulato, maculis ſubpurpureis notato. *Cocolla buona, bianca, col gambo ſpruzzato di macchie porporine, o di principe*. Novembri, atque Decembri menſibus, in agrorum ſulcis inter triticum, variis in locis circa urbem.

Fulvi, & rufeſcentes.

FUNGUS e volva erumpens, pileolo extinctorii forma, obtuſe faſtigiato, utraque parte fulvo, pediculo cylindrico, anulato, prælto, & ex albo rufeſcente. In ericetis, & dumetis, locis plerumque montoſis, ut in Divi Andreæ, Martini, Caſiniani, & Scandicci alti Paroeciis, Autumni tempore.

Tricolores ſulphureo-griſei, albi, & pallidi.

FUNGUS eſculentus, e volva erumpens, pileolo deſuper ex ſulphureo griſeo, quandoque prorſus griſeo, inferne albo, pediculo nunc concolore, nunc pallido, cylindrico, altiori, anulato, & fiſtuloſo. Octobri menſe, in Boboli nemoribus, præcipue circa Inſulam.

V. *Pileolo ad oras ſtriato*. *Tab. 77. fig. 1.*

Unicolores albi.

FUNGUS eſculentus, e volva erumpens, totus candidus, pileolo ad oras ſtriato, pediculo cylindrico, anulo ampliore cincto. *Cocolla bianca, buona, maggiore*. In agris juxta ſemitas, Novembri menſe.

2. Fungus e volva erumpens, totus candidus, pileolo ad oras breviter ſtriato, pediculo cylindraceo, anulo peranguſto cincto. *Vovolo ſalvatico, bianco*.

Menſe ſupradicto, ſecus magnum ambulacrum Regiæ ſuburbanæ villæ, inter cupreſſuum, & ilicum ordines.

3. Fungus eſculentus, e volva erumpens, totus albus, pileolo ad oras ſtriato, pediculo cylindrico, ampliore, anulato. *Vovolo buono, bianco.* Cum ſequenti, ſed raro apparet.

Bicolores aurei, & pallidi.

FUNGUS planus, orbicularis, aureus (Tab. 77. fig. 1.) C. B. Pin. 371. Inſt. R. H. 557. *Fungi lutei, magni dicti Jaſeran ſpecioſi I. B.* 3. 831. *Vovolo ordinario.* Vere, & Autumno tempore, in ſylvis ubique oritur, & in foro noſtro affatim venditur.

Albi, & rubri.

FUNGUS pileolo deſuper ſature rubro, & ad laccæ colorem accedente, ad oras ſtriato, inferne albo, pediculo palmari, cylindrico, & anulato. *Vovolo malefico, roſſo.* In abjegnis, & fagineis ſylvis circa Vallis-Umbroſæ Cœnobium, Auguſto, & Septembri menſibus viget.

Tab. 80. fig. 4.

III. *Volva, ſeu involucro parvo, & minus apparente erumpentes, quod in ſuperna pileoli parte* F *in fragmenta ſolida diſſectum, ac diſtributum diu remanet.*

IV. *Pediculo non anulato.*

V. *Pileolo deſuper non ſtriato.*

Unicolores albi.

FUNGUS totus candidus, parvus, e volva erumpens, pediculo non anulato, ac radicem verſus ſenſim, & leviter craſſeſcente Tab. 80. fig. 4. *Tignoſa bianca, ſenza anello.* Octobri menſe, in Boboli per cupreſſinam ſylvam prope urbis portam.

Bicolores albi, & cinerei, aut plumbei.

FUNGUS pernicioſus, e volva erumpens, viſcidus, ſuperne ſubcinereus, ſubtus lamellis albis, pediculo non anulato, pariter albo, radicem verſus ſenſim, & leviter craſſeſcente. *Fungi albi, venenati, viſcidi I. B.* 3. 826. Vivum, vel recentem non vidimus, ſed depictum tantum habuimus.

Albi, & ſubobſcuri.

FUNGUS e volva erumpens, pileolo ſuperna parte ſubobſcuro, inferne albo, pediculo non anulato, pyramidato, pariter albo, radice bulboſa. *Tignoſa bianca, e ſcura, ſenz' anello.* In nemoribus Scandicci alti, Autumno reperitur, ſpeciatim in querceto Abbatiæ Florentinæ.

Albi, & ſordide purpurei.

FUNGUS e volva erumpens, pileolo ſordide purpureo, & ad fuſco-ferrugineum colorem tendente, inferne lamellis albis, pediculo pyramidato, non anulato, ſupernæ pileoli parti concolore, radice bulboſa. *Tignoſa cattiva, roſſa, e bianca, ſenz' anello.* In iiſdem locis cum ſuperioribus eodem tempore prodit.

IV. *Omnia*

IV. *Omnia ut in diviſione antecedenti, ſed pediculo anulato.* *Tab.* 7. *fig.* 18.

Unicolores albi.

FUNGUS magnus, totus albus, eſculentus, e volva erumpens, pediculo præalto, anulato, radice bulboſa. *Tignoſa bianca, maggiore de' campi, di radice groſſa.* In agris circa Carthuſianorum Cœnobium, & præſertim in loco dicto *il podere del Laſtrone*, menſe Octobri.

2. Fungus magnus, e volva erumpens, candidus, eſculentus, inodorus, in arenoſis naſcens, pediculo præalto, cylindrico, & anulato, radice roſtrata. *Tignoſa bianca, buona, di radice appuntata, e torta.* Junio menſe, in Scandicci agro, ſecus torrentem Grevem.

3. Fungus eſculentus, totus albus, bulboſus, e volva erumpens, pediculo anulato. In ſylvis ſupra torrentem Grevem, ultra Montem Bonum, per Paroeciam Divi Andreæ in Percuſſina, Septembri menſe provenit.

4. Fungus eſculentus, e volva erumpens, parvus, totus candidus, pediculo anulato, cujus cutis in reflexas, obtuſas, & quaſi in ſe convolutas ſquamas diſſecta, ac pulchre diſtributa ſolvitur. *Bubbola bianca, minore, colla buccia del gambo ſciolta in ricci.* In pratis, & montoſis paſcuis, ſpeciatim circa Cauponam tabellionum, vulgo *l'Uccellatojo*, menſe Majo.

Bicolores albi, & griſei, aut cervini.

FUNGUS e volva erumpens, pileolo deſuper griſeo, ac limacino glutine infecto, pediculo cylindrico, craſſiore, albo, & anulato, radice bulboſa. *Tignoſa bianca, e grigia, lumacoſa.* In Scandicci alti tractu, per nemora Domini Marchionis de Niccolinis, Octobri menſe.

2. Fungus e volva erumpens, pileolo deſuper griſeo, inferne albo, pediculo pariter albo, anulato, imam partem verſus ſenſim craſſeſcente, radice bulboſa. Tab. 78. fig. 1. *Tignoſa grigia, e bianca non lumacoſa.* In locis ubi antedictus, ſpeciatim per ſylvam Domini de Ughis.

3. Fungus eſculentus, e volva erumpens, pileolo deſuper griſeo, inferne albo, pediculo cylindrico, concolore, anulo ſtrictiori cincto, radice bulboſa. *Tignoſa grigia, minore.* In Scandicci territorio a Domino de Chelinis inventus, & nobis communicatus.

4. Fungus eſculentus, magnus, e volva erumpens, pileolo deſuper cervini dilutiſſimi coloris, lamellis albis, pediculo pariter albo, ample anulato, cujus cutis in oblongas, obtuſas, ac deorſum pulchre convolutas ſquamas diſſecta, ac diſtributa ſolvitur, radice acuta, & veluti roſtrata. *Tignoſa maggiore, buona, con la buccia del gambo ſciolta in ricci.* Menſe Majo, in territorio Scandicci, circa Rus Domini Marchionis de Niccolinis, in agris, & ſecus ambulacra.

Albi, & ſpadicei.

FUNGUS e volva erumpens, pileolo deſuper ſpadiceo, inferna parte & cylindrico, ac anulato pediculo albis. In omnibus ſylvis territorii Scandicci, Autumnali tempore.

Albi, & rubri, aut purpurei.

FUNGUS magnus, e volva erumpens, pileolo ſuperne rubro-aureo, inferne albo, pediculo anulato, concolore, radice bulboſa. *Uovolo ſalvatico, malefico, roſſo, o tignoſa maggiore roſſa, e bianca.* In Montis Senarii nemoribus, tempore ſupradicto.

2. Fungus bulboſus, magnus, e volva erumpens, pileolo deſuper rubro, inferne albo, pediculo anulato, palmari, externe concolore, interna parte rubro, cujus cortex circa radicem in plures partes, tamquam vi elaſtica, plerumque diſrumpitur. *Tignoſa roſſa, e bianca, col ombo ſcoppiereccio.* In Paroecia D. Andreæ a Moſciano, per caſtanetum Monialium Divæ Felicitatis, Novembri menſe.

3. Fungus eſculentus, Alpinus, e volva erumpens, deſuper ſubrubens, ſubtus lamellis, & longo pediculo albis, radice bulboſa. In ſylvis abiegnis, circa Camaldulenſe Cœnobium, Septembri menſe provenit.

4. Fungus bulboſus, eſculentus. Alpinus, e volva erumpens, pileolo ſuperna parte rubro, inferna, & anulato pediculo albis, radice bulboſa. *Tignoſa piccola, bianca, e roſſa di Valle Ombroſa, detta altrimenti Tignoſa minore, non rigata.* In Vallis-Umbroſanis, atque Piſtorienſibus montibus, locis ſylvoſis oritur.

5. Fungus e volva erumpens, pileolo deſuper vinoſo lurido colore tincto, inferne albo, pediculo anulato, ſupernæ pileoli parti concolore. In Scandicci alto, per ſylvam aucupariam Domini Marchionis de Niccolinis, & in caſtaneto Monialium Divæ Felicitatis, paulo ſupra memorato, Octobri menſe.

Albi, & ex obſcuro purpuraſcentes.

FUNGUS e volva erumpens, pileolo deſuper ex obſcuro purpuraſcente, dilute tincto, inferne albo, pediculo craſſiore, ample anulato, pariter albo, radice bulboſa. *Tignoſa maggiore, ſcura.* In Montis Senarii nemoribus, Autumnali tempore.

2. Fungus eſculentus, e volva erumpens, pileolo ex obſcuro purpuraſcente, inferne albo, pediculo nunc albo, nunc ſubpurpureo, anulato, radice bulboſa. Circa villam Regiam *Careggi*, in caſtaneto nuncupato olim *il Monte de' divelti*, ſeu mons paſtinationum, nunc *il Monte di Rivecchi*, Majo menſe.

Albi, & obſcuri.

FUNGUS e volva erumpens, pileolo deſuper obſcuro, inferne albo, pediculo longo, anulato, concolore, radice bulboſa. Octobri menſe, in Boboli per nemus aucupii, juxta locum *il Conſervatorio delle Trote.*

2. Fungus eſculentus, e volva erumpens, pileolo deſuper obſcuro, inferna parte, & vix anulato pediculo albis. *Tignoſa bigia, minore.* Menſe ſupradicto, in ſaltu Cœnobii Patrum Franciſcanorum, vulgo *la Doccia.*

Tab. 78. *fig.* 2. V. *Pileolo deſuper, vel a medio ad peripheriam, vel per ipſam peripheriam tantum ſtriato* C.

Bicolores albi, & aurei.

FUNGUS bulboſus, e volva erumpens, pileolo ſuperna parte aureo, & ad oras ſtriato, inferna, & anulato pediculo albis, radice bulboſa Tab. 78. fig. 2. *An Fungus non veſcus II. Flor. Pruſ. pag.* 88. *N. CCXXIV?* *Tignoſa dorè, o Vovolo malefico, minore, roſſo, e bianco, rigato* In Montis Boni, Divi Andreæ in Percuſſina, & Juguli, Paroeciis, Autumnali tempore.

Albi, & griſei.

FUNGUS eſculentus, parvus, pileolo ſuperna parte griſeo, & ad oras ſtriato, inferne albo, pediculo longo, cylindraceo, pariter albo, anulo peranguſto cincto, radice bulboſa. In Montis Rivecchi caſtaneto, paulo ſupra memorato, menſe Majo.

Albi,

Albi, & ſpadicei.

FUNGUS bulboſus, eſculentus, e volva erumpens, pileolo deſuper ſpadiceo, & ad oras ſtriato, inferne albo, pediculo anulato, concolore, imam partem verſus craſſeſcente, radice bulboſa. *Tignoſa bionda*. In Scandicci alto, Novembri menſe viget.

Albi, & obſcuri.

FUNGUS bulboſus, eſculentus, e volva erumpens, pileolo deſuper ex obſcuro griſeo, & ad oras ſtriato, inferne albo, pediculo, cylindrico, anulo peranguſto cincto. *Tignoſa bigia, rigata*. Octobri menſe, poſt diuturnas pluvias, in nemore prope Cœnobium Patrum Franciſcanorum vulgo *la Riforma*.

2. Fungus e volva erumpens, pileolo deſuper ex obſcuro griſeo, ad oras ſtriato, inferne albo, pediculo concolore, anulato, imam partem verſus craſſeſcente, radice bulboſa. *Tignoſa bigia, minore, rigata*. In Montis Boni, ultra Grevem torrentem, ericetis, & ſylvis cæduis, menſe ſupradicto.

III. *Volva, ſeu involucro parvo, & minus apparente erumpentes, quod in minutos veluti floccos per ſupernam pileoli partem* B, *& etiam per pediculum, tamquam in anulum* C *reſolvitur, & brevi tempore evaneſcit*. *Tab.* 81. *fig.* 3.

IV. *Pediculo non anulato*.

V. *Pileolo deſuper non ſtriato*.

Bicolores fulvo-ferruginei, & griſei.

FUNGUS pileolo hemiſphærico, fulvo ferrugineo, lamellis, & fiſtuloſo, ac tenujore pediculo griſeis Tab. 81. fig. 3. Menſe Majo, in ſylvula aucupii Boboli, circa Trutarum conſervatorium.

III. *Volva, ut in diviſione antecedenti, ſed in ſuperna pileoli ſuperficie partim in floccoſis micis* GG, *partim in ſtellata portiuncula* HH *dumtaxat, remanente*. *Tab.* 80. *fig.* 2. 5.

V. *Pileolo a vertice, ad oras ſtriato*.

Albi, & plumbei.

FUNGUS, qui vix e volva egreſſus in atramentum reſolvitur, pileolo campanulato, plumbeo, vertice lævi, reliqua parte ſtriato, pediculo cylindrico albo, fiſtuloſo, radice roſtrata Tab. 80. fig. 5. In horto pharmaceutico Noſocomii D. Mariæ Novæ Florentiæ, Novembri menſe, ſuper gallinarum fimo enatum vidimus.

Quadricolores plumbei, rufi, albi, & pulli.

FUNGUS, qui vix e volva egreſſus in atramentum reſolvitur, pileolo campanulato, vertice lævi, & griſeo-rufo, reliqua parte tenuiſſime ſtriato, & plumbeo, lamellis denſiſſimis, pullis, pediculo albo, fiſtuloſo, inferiora verſus ſenſim, & leviter craſſeſcente, radice in longiſſimum mucronem producta Tab. 80. fig. 2. *Fungo leſina, di pollina*. Eodem loco, ac tempore, cum antedicto.

Altera, quæ jam ſequitur hujus generis diviſio, quatuor tantum notis nobis ſignanda venit, ſaporum nota, quum non admodum inter ſe diverſi ſint, omiſſa, ac pariter involucri nota ob cauſas pag. 135. memoratas.

I. *Fun-*

Tab. 79. *fig.* 1. I. *Fungi ceſpitoſi, ſeu faſciculoſi, nempe ab una tantum radice plures exeuntes.*
II. *Ramoſi.*
III. *Pediculo non anulato.*
IV. *Pileolo ſuperne non ſtriato.*

Bicolores albi, & griſei.

FUNGUS ramoſus, maximus, pileolo deſuper griſeo, inferne lamellis, & lanuginoſo pediculo albis Tab. 79. fig. 1. *Famiglia di Funghi ramoſi, buoni, con altro nome detta Fungagnina, cioè piccola Fungaja.* Octobri menſe, in ſylvis ad Peſam torrentem, in Paroecia Divi Michaelis ad Turrim.

Tab. 78. *fig.* 3. II. *Non ramoſi.*

Unicolores albi.

FUNGUS eſculentus, odoratus, infundibuli forma, multiplex, ſuperne albidus, inferne prorſus albus, pediculo brevi, lanuginoſo. Decembri menſe, in ripis Arni, ad populos nigras.

2. Fungus ex una radice multiplex, totus albus, infundibuli forma, pediculo tumido. Per nemora Paroeciarum tam Caſiniani, quam Scandicci alti Septembri menſe.

3. Fungus eſculentus, infundibuli forma, albus ex una radice multiplex, pileolo in plures partes ſe dividente, tenujoris ſubſtantiæ, & in ſuperficie lacero, radice modo brevi, modo longiſſima. Vere, Æſtate, & Autumno provenit ad radices populi, & ſambuci, unde noſtratibus dicuntur; Familiæ nempe Populeæ, vel Sambucinæ.

4. Fungus Alpinus, parvus, candidus, viſcidus, ex uno pede multiplex, pediculo cylindrico. Septembri menſe, in Piſtorienſibus montibus, inter Caſtaneas, ſpeciatim loco dicto *il Teſo*.

5. Fungus parvus, totus albus, ex uno pede multiplex, pediculo tumido. Tempore prædicto in Regio viridario Boboli, in ſylva juxta locum ad ſervandas Trutas.

6. Fungus minimus, faſciculoſus, candidus, pediculo cylindrico. In hortis, & pomariis urbanis ad pyros, aliaſque arbores, Octobri menſe.

Griſei.

FUNGUS ex uno pede multiplex, bulboſus, griſeus, pileolo ſurſum reflexo, & acetabuli modo cavo, lamellis dilute concoloribus. In Piſtorienſibus montibus ad fagorum radices, menſe Septembri.

Ruſi.

FUNGUS eſculentus, ex una radice multiplex, ſature rufeſcens, lamellis primum albis, poſtea concoloribus, pediculo duro, plerumque criſpo, & complanato, ac radicem verſus in acutum ſenſim attenuato. *An Stultorum cuculli faſciculos Sterb. Theatr. Fung. pag.* 239. *Tab.* 25. *H? Famiglia di gambe ſecche*, ideſt ſiccorum crurum ſoboles. In ſylvis paſſim oritur, & in foro noſtro venalis proſtat, Majo, Septembri, atque Octobri menſibus.

2. Fungus parvus, ex uno pede multiplex, totus rufeſcens, pileolo fornicato, tenuis ſubſtantiæ, lamellis peranguſtis, pediculo cylindrico. In nemoribus, loco, & tempore prædictis.

3. Fun-

3. Fungus parvus, rufus, ex una radice multiplex, pileolo complanato, & ad oras plerumque undulato, & ſurſum reflexo, pediculo brevi, fiſtuloſo, ſubhirſuto. Majo menſe, per viridarium Boboli, præſertim in nemore aucupii, ante locum nuncupatum *il Giardinetto di Madama*.

Fulvi.

FUNGUS ex uno pede multiplex, fulvo-ſpadiceus, pileolo craſſo, utrinque turbinato, ac deſuper veluti ſubhirſuto, pediculo, & lamellis primum quaſi concoloribus, poſtea obſcuris. Octobri menſe, in Scandicci alti nemoribus.

2. Fungus parvus, ex uno pede multiplex, fulvus, pileolo fornicato, pediculo tenui, cylindrico. Ad dejectas ilices, Novembri menſe variis in locis circa urbem.

Spadicei.

FUNGUS ceſpitoſus, elegans, pileolo fornicato, ſpadiceo, in ſuperficie veluti in perexiguas ſquamas pulchre lacerato, lamellis albis, pediculo cylindrico, ſupernæ pileoli parti concolore. In Vallis-Umbroſanis ſylvis, Æſtivo tempore.

Aurei, lutei, aut pallidi.

FUNGUS ex uno pede multiplex, rupicaprini, ſeu lutei palleſcentis coloris, pileolo ſemiorbiculato, viſcido, pediculo cylindrico. *Famigliola buona, colore di camoſcio*, ſeu ibicum colore. In ſylva aucuparia Domini de Sacchettinis, loco dicto *il Pollajo alle Roſe*, menſe Decembri.

2. Fungus ex uno pede multiplex, totus luteus, pediculo radicem verſus ſenſim, & nonnihil attenuato. In nemoribus, ſed rarus.

3. Fungus pernicioſus, intenſe aureus, ex uno pede multiplex, ad oleam naſcens, pediculo radicem verſus ſenſim & leviter attenuato. *Fungo olivo, dorato, malefico*. Majo, Septembri, atque Novembri menſibus, per ſylvas ad ſepes, & in agris, præcipue ad oleas,

Albi, & lutei.

FUNGUS eſculentus, odoratus, ab una radice multiplex, totus albus, centro dumtaxat pileoli luteo. Novembri menſe, ad populorum emortuarum pedamenta, ultra pontem Moſcianenſem

2. Fungus ex uno pede multiplex, pileolo cucullato, citrini coloris, ac limacino glutine infecto, lamellis, & cylindrico, ac fiſtuloſo pediculo albis. *Famiglia di lumachini limonati, e bianchi*. Circa palearia, in Scandicci territorio, & alibi, menſe Octobri.

Albi, & griſei.

FUNGUS ex uno pede multiplex, pileolo extinctorii forma, griſeo, lamellis albis, pediculo prælto, cylindrico, pariter albo. *Piſciacane ſpegnitojo*. Autumnali tempore, ſuper equinum fimum.

2. Fungus ex uno pede multiplex, pileolo leviter faſtigiato, griſeo, & nonnihil rugoſo, ſubtus concolore, pediculo albo, alto, cylindrico, fiſtuloſo. In horto Societatis Botanicæ, ſuper fimum equinum, Septembri menſe.

3. Fungus parvus, ex uno pede multiplex, pileolo fornicato, tenui ſubſtantia, ac deſuper albo, inferne griſeo, pediculo cylindrico, fiſtuloſo, ſupernæ pileoli parti concolore. In Boboli nemoribus, circa inſulam, menſe Septembri.

Albi,

Albi, & purpurei.

FUNGUS ex uno pede multiplex, totus albus, purpureis, ac radiatis maculis, veluti acu pictis notatus, pileolo parvo, extinctorii forma, pediculo longo, radicem versus sensim crassescente. *Famiglia di spegnitoi, buona, brizzolata.* In quercetis, aliisque cæduis sylvis Scandicci alti, Casiniani, & Juguli, Octobri mense provenit.

Albi, & obscuri, fusci, vel nigri.

FUNGUS cespitosus, esculentus, parvus, pileolo pulvinato, superne obscuro, inferne cum cylindrico pediculo albo. *Olmarino buono.* Ad ulmorum radices, mense supradicto, erumpit.

2. Fungus parvus, obesus, ex uno pede multiplex, superne fusco-nigricans, inferne, cum brevi, ac ventricoso pediculo albus. *Carbonajo*, ab atro colore, tamquam carbonum. Octobri mense, per Scandicci alti sylvas, in areis, vel foveis carbonariis crescit.

3. Fungus ex uno pede multiplex, tenerrimus, pileolo in longum, & acutum conum attenuato, fusco, lamellis concoloribus, pediculo altiori, cylindrico, albo, punctis sulphureis notato. *Famiglia di pisciacani cattivi, detti altrimenti Guglie.* In stercore canino, vernali tempore per Scandicci territorium, ac alibi circa urbem oritur.

4. Fungus parvus, ex uno pede multiplex, pileolo pulvinato, obscuro, lamellis albis, pediculo brevissimo, laterali pileoli parti ferme affixo, & pariter albo. In agris, & aggerosis locis per locum vulgo *Brozzi*, mense Majo.

Leucophæi, & spadiceo-rufi.

FUNGUS esculentus, ex uno pede multiplex, pileolo desuper e spadiceo rufo, in medio nonnihil umbilicato, & villoso, inferne lamellis multifidis, leucophæis, pediculo nonnihil tumido, & supernæ pileoli parti ferme concolore. Circa Regiam *Lappeggi* villam per nemora, Autumnali tempore.

Grisei, & obscuri, vel fusci, aut pulli.

FUNGUS parvus, ex uno pede multiplex e griseo subfuscus, pileolo hemisphærico, pediculo cylindrico, spiræ modo intorto, ac punctis nigris notato. Per herbosa ambulacra Boboli, mense Novembri.

2. Fungus ex uno pede multiplex, obscurus, & ad purpureo-ferrugineum tendens pileolo pulvinato, subtus lamellis griseis, pediculo cylindrico, angustissime perforato, & supernæ pileoli parti concolore. Pisas inter, & Liburnum, circa Templum Divi Petri in Grado, per sylvas, mense Octobri.

3. Fungus stercorarius, capitulo leviter fastigiato, e griseo fulvescente, inferne pullo, pediculo cylindrico, subtilissime perforato, & supernæ pileoli parti concolore. Octobri mense, in fimi equini tumulis ad urbis nostræ mœnia.

Cinerei, & rufi.

FUNGUS ex uno pede multiplex, Alpinus, esculentus, pileolo desuper cinereo-griseo, inferne lamellis copiosissimis, eleganter rufis, pediculo dilute concolore. *Orcella Cast. Dur.* 191. Septembri mense, in Pistorienſibus montibus, *Mammola*, in Vallis-Umbrosæ territorio *Sardinella*, & in Senensi agro *Orcella* vocatur.

Rufi,

Rufi, & ex rufo ferruginei.

FUNGUS parvus, pileolo amplo, ſuperne eleganter rufo, inferne primum albo, deinde concolore, pediculo ex rufo ferrugineo, inferiora verſus ſenſim attenuato. Ad ſepes menſe Majo viget, circa urbem noſtram.

Fulvi, & ferruginei.

FUNGUS parvus, ex uno pede multiplex, pileolo leviter faſtigiato, fulvo, lamellis ferrugineis, pediculo cylindrico, ferme fiſtuloſo, & ſupernæ pileoli parti concolore. In agris ſtercoratis, menſe Majo, per Oliveti Montem.

Obſcuro-fuſci, & nigricantes.

FUNGUS ceſpitoſus, parvus, gracillimus, pileolo campanulato, ex obſcuro fuſco, lamellis nigricantibus, pediculo prætenui, vix lineam craſſo, & ſupernæ pileoli parti concolore. *Famiglia di Piſciacani, chiamata altrimenti di ſpegnitoi minori*. In fimi equini aggeſtis, Vere, & Autumno, variis in locis circa Florentiam.

Lutei, & carnei.

FUNGUS ex uno pede multiplex, pileolo conico, infra, & ſupra roſeo, vel carneo, pediculo cylindrico, fiſtuloſo, luteo Tab. 78. fig. 3. In reſectis tabeſcentibus truncis oritur, Veris tempore.

Lutei, crocei, aurei, & praſini.

FUNGUS ex uno pede multiplex, pileoli vertice, croceo, vel aureo, reliqua parte dilute concolore, inferne lamellis praſinis, pediculo cylindrico, fiſtuloſo, luteo. In ſylvis aucupii Boboli, Vere, & Autumno, necnon in Scandicci alti territorio ad ſepes, & interdum ad ficus.

Lutei, & ſubnigri.

FUNGUS ex uno pede multiplex, pileolo extinctorii forma, per vetuſtatem in plures partes, tamquam elaſtica vi ſe dividente, & ſubnigro, inferne luteo, pediculo fiſtuloſo, cylindrico, ſupernæ pilei parti concolore. In pratis ad umbras, & in hortorum, & prædiorum ambulacris, menſe Octobri.

Aurei, & lutei.

FUNGUS ex uno pede multiplex, pileolo aureo, & ſurſum reflexo, lamellis, & cylindrico pediculo luteis. Ad quercus, Novembri menſe, præſertim in margine prædii Domini de Vitis, in Scandicci alti territorio.

Aurei, & ex albo rufeſcentes.

FUNGUS ex uno pede multiplex, pileolo inæquali, clypeato, deſuper ex aureo rufeſcente, in medio vero ſaturatioris coloris, inferne lamellis rufis, pediculo cylindrico, fiſtuloſo, concolore, ſericea, ac perbrevi lanugine infecto. *Funghi Paſquali di fico*, quod ad ficus radices Paſchali Nativitatis tempore, apud nos ubique in hortis oriantur.

2. Fungus ex uno pede multiplex, pileolo utraque parte eleganter rufo, lamellis sinuatis, pediculo ex aureo ferrugineo, cylindrico, & fistuloso. In Boboli, mense Septembri.

Aurei, aut lutei, & fulvi.

FUNGUS luteus, ex uno pede multiplex, pileolo usque ad centrum in plures partes plerumque se dividente, ac desuper maculis fulvis ob lacerationem cutis veluti aspersо. Mense Octobri, ad quercus, per sylvas aucuparias in Scandicci alti territorio.

2. Fungus minimus, ex uno pede multiplex, pileolo conico, aureo, lamellis, & pediculo fulvis. In equini fimi globulis Vere, & Autumno.

Tricolores, albi, spadicei, & ex obscuro fusci.

FUNGUS esculentus, odoratus, ex uno pede multiplex, superna pileoli parte spadicea, inferna alba, pediculo longo, & ex obscuro fusco. *Famiglia buona, odorosa*. Majo mense, in foro nostro emimus, sine notitia unde venerit.

Albi, griseo-rufi, & ex livido subpurpurei.

FUNGUS parvus, ex uno pede multiplex, pileolo leviter fastigiato, desuper e griseo rufescente, inferne lamellis ex livido subpurpureis, pediculo fistuloso, albo. Aprili, & Majo mensibus, ad populos in arenosis plerumque provenit, ut in loco dicto *l' Isolotto*.

Albi, grisei, & obscuri.

FUNGUS ex uno pede multiplex, pileolo obscuro, concavo, cum oris subtus repandis, lamellis griseis, pediculo albo, radicem versus attenuato. Octobri mense, per Plebaniam Juguli variis in locis.

2. Fungus cespitosus, duriusculus, esculentus, parvus, pileolo superna parte obscuro, inferne griseo, pediculo albo. Septembri mense, in foro venditur, & a nonnullis *Soderino*, & ab aliis, ut in Pistorienſibus montibus, *Piazzajolo* dicitur.

Albi, rufo-grisei, & aurei.

FUNGUS parvus, ex uno pede multiplex, pileolo desuper ex rufo griseo, subtus lamellis albis, pediculo cylindrico, aureo, fistuloso. Decembri mense, in montis Oliveti nemore.

Albi, obscuri-fusci, & nigri.

FUNGUS cespitosus, pileolo ampliori, extinctorii forma, ex obscuro fusco, lamellis nigricantibus, pediculo albo, fistuloso. *Famiglia di Funghi spegnitoj, maggiori, di due colori*. In sylvis ad quercus, Octobri mense.

Rufi, obscuri, & purpurei.

FUNGUS parvus, ex uno pede multiplex, pileolo extinctorii forma, rufo, maculis obscuris in vertice notato, lamellis, & pediculo purpureis. In dumetis ad arbores, mense supradicto.

IV. *Omnia ut ſupra, ſed pileolo a vertice uſque ad oras ſtriato.*

Tab. 74. *fig.* 5. *Tab.* 79. *fig.* 5. 7.

Unicolores griſei, aut cinerei.

FUNGUS parvus, totus griſeus, ex uno pede multiplex, pileolo galericulato, ubivis ſtriato, pediculo tenui, fiſtuloſo Tab. 79. fig 5. Majo menſe, in quodam vaſe ligneo aqua ſemipleno ortum vidimus.

2. Fungus parvus, cinereus, ex uno pede multiplex, pileolo galericulato, ubivis ſtriato, pediculo longo, capillaceo, fiſtuloſo. Menſe Octobri, ad arbores, & ſuper ligni putridi fragmenta.

Obſcuri, vel ſubfuſci.

FUNGUS parvus, ceſpitoſus, obſcurus, pileolo galericulato, ubivis ſtriato, pediculo craſſiore. Decembri menſe, in locis conſimilibus, ut ſuperior.

2. Fungus parvus, ex uno pede multiplex, ſubfuſcus, pileolo galericulato, ubivis ſtriato, pediculo tenui, fiſtuloſo. Majo menſe, in Scandicci alti nemoribus, ad detruncatas, & ſemiputridas arbores.

Albi, & cinerei.

FUNGUS fimetarius, parvus, ceſpitoſus, fugax, pileolo fornicato, utraque parte cinereo, deſuper ſtriato, ac in medio pulchre umbilicato, ſubtus lamellis raris, ad tubum quemdam coeuntibus, eidemque junctis, cui inſeritur pediculus albus, & fiſtuloſus Tab. 79. fig. 7. Menſe ſupradicto in horto ſimplicium Societatis Botanicæ noſtræ, ſuper vaccinum, & ovinum fimum.

Albi, & nigri.

FUNGUS ceſpitoſus, parvus, pileolo fornicato, utraque parte albo, deſuper ſtriato, ac in medio pulchre umbilicato, ſubtus lamellis raris, tubo cuidam firmatis, cui inſeritur pediculus capillaceus, nigricans Tab. 74. fig. 5. Octobri, atque Decembri menſibus, ad ulmos conſitas ſecus viam ad Templum D. Mariæ de Pace ducentem, & in nemoribus etiam occurrit, necnon per magnum ambulacrum Regiæ ſuburbanæ villæ, ad ilices.

Tricolores albi, murini, & obſcuri.

FUNGUS ſoboliferus, fugax, pileolo galericulato, obſcuro, vertice lævi, reliqua parte ſubtiliſſime ſtriato, lamellis murinis, pediculo albo, fiſtuloſo Tab. 79. fig. 4. In Pecudum fimo, circa finem Aprilis, in horto ſimplicium Societatis noſtræ tantum vidimus.

2. Fungus parvus, ex uno pede multiplex, pileolo griſeo, & ubivis ſtriato, inferne nigricante, pediculo albo, fiſtuloſo. Ad arborum radices, Vere, & Autumno.

Albi, rufi, & nigricantes.

FUNGUS ex uno pede multiplex, pileolo galericulato, rufo-fulvo, vertice lævi, reliqua parte ſtriato, ſubtus lamellis nigricantibus, pediculo albo, fiſtuloſo. *An Fungus parvus, parvi galeri formam exprimens, rufus C. B. Pin.* 373. *Forte Fungorum noxiorum xviii. genus Cluſ. Hiſt. CCLXXII. Item forte Fungi veneno ſi*

tertia ſpecies Dod. Pempt. 482 ? Ad arborum, & lignorum emortuorum pedes, tum in ſylvis, tum in agris, & in hortis paſſim, Octobri, atque Novembri menſibus.

2. Fungus ſterquilinus, fugax, ex uno pede multiplex, pileolo faſtigiato, rufeſcente, & ſtriato, lamellis primum obſcuris, poſtea nigricantibus, pediculo altiori, albo, fiſtuloſo. Aprili, & Majo menſibus, in horto noſtro ſæpe memorato ſuper ovinum fimum.

3. Fungus parvus, ex uno pede multiplex, pileolo fornicato, rufo, centro umbilicato, & lævi, reliqua parte ſtriata, ſubtus lamellis albicantibus, pediculo fiſtuloſo, nigricante. In fimi equini aggeſtis, Autumnali tempore, cum reliquis congeneribus creſcit.

Tab. 75. *fig.* 9. IV. *Pileolo a vertice ad medium lævi, reliqua parte vel undique, vel juxta peripheriam ſtriato.*

Unicolores griſei.

FUNGUS Alpinus, ceſpitoſus, pileolo conico, griſeo, a medio ad peripheriam ſtriato, lamellis toroſis, remiſſi coloris, pediculo fiſtuloſo, pariter griſeo. Octobri menſe, per Piſtorienſes Alpes, variis in locis, ad putrida ligna.

Bicolores albi, & lutei.

FUNGUS parvus, ex uno pede multiplex, pileolo utraque parte albo, ac deſuper circum oras ſtriato, pediculo luteo, fiſtuloſo. Provenit interdum in aucupariis nemuſculis per territorium Scandicci alti, interdum etiam in dumetis, & ſylvis cæduis.

Dilute purpurei.

FUNGUS ceſpitoſus, dilute purpureus, pileolo galericulato, a medio ad verticem criſpo, reliqua parte ſtriato, pediculo tenuiori, & altiori, fiſtuloſo. *Famiglia di funghi colore di Principe.* Per viridarium Boboli, Octobri menſe.

Albi, & griſei.

FUNGUS faſciculoſus, pileolo ampliori, cucullato, a medio ad verticem lævi, & griſeo, reliqua parte ſtriato, & albicante, lamellis, & altiore, ac fiſtuloſo pediculo albis. In diſruptis ſalicis fragilis caudicibus, Octobri menſe.

Griſei, & obſcuri.

FUNGUS parvus, ex uno pede multiplex, pileolo leviter faſtigiato, obſcuro, & nitido, ad oras ſtriato, lamellis, & pediculo griſeis Tab. 75. fig. 9. In ericetis montoſis, videlicet per Caſiniani, & Divi Martini ad Palmam tractus.

Albi, griſeo-fuſci, & livido-purpuraſcentes.

FUNGUS ceſpitoſus, pileolo extinctorii forma, e griſeo-fuſco, & a medio ad peripheriam ſtriato, inferne lamellis ex livido purpuraſcentibus, pediculo albo, fiſtuloſo. Decembri menſe, ad vitium pedamenta.

Albi,

Albi, lutei, & obſcuri.

FUNGUS faſciculoſus, pileolo obſcuro, extinctorii forma, a medio ad peripheriam ſtriato, lamellis albis, pediculo altiori, luteo, fiſtuloſo. In fimi equini aggeſtis, Vere, & Autumno, non ſemel vidimus.

III. *Pediculo anulo permanenti cincto.* *Tab.* 80.
IV. *Pileolo deſuper non ſtriato.* *fig.* 6.

Unicolores rufi.

FUNGUS atro-rufeſcens, ex uno pede multiplex, eſculentus, pileolo parvo, pediculo craſſiore, cylindrico, anulo peranguſto cincto. *Famiglia di funghi rigagni*. Ex Cluſentino, & Piſtorienſi agro in forum noſtrum Vere, & Autumno allatus.

2. Fungus parvus, ex uno pede multiplex, ex rufo aureus, poſtea ad fulvum colorem tendens, pediculo anulato, fiſtuloſo, radice bulboſa Tab. 80. fig. 6. Novembri menſe, per Scandicci alti nemora.

Lutei, vel aurei.

FUNGUS eſculentus, totus luteus, ex uno pede multiplex, pediculo longo, cylindrico, anulato. *Famigliola gialla, buona*. Ad quercus, Autumnali tempore viget, quem in foro noſtro ſæpe adportatum vidimus.

2. Fungus eſculentus, luteus, nanus, ex uno pede multiplex, pediculo tumido, anulo peranguſto, cincto. Menſe Octobri, Piſas inter, & Liburnum, in ſylvis ad ilices.

3. Fungus eſculentus, ex uno pede multiplex, aureus, pediculo longo, cylindrico, anulo peranguſto cincto, radice bulboſa. *An Fungus aureus, ex eodem pediculo multiplex Inſt. R. H.* 559? In Boboli, per ſylvas circa inſulam, menſe Octobri.

Albi, & griſei.

FUNGUS eſculentus, ex uno pede multiplex, pileolo deſuper griſeo, & veluti in ſquamas lacerato, lamellis albis, pediculo cylindrico, concolore, anulo peranguſto cincto. In foro noſtro, menſe Februario tantum vidimus.

Albi, & fulvi.

FUNGUS minimus, ex uno pede multiplex, pileolo, & pediculo fulvis, lamellis albis. Octobri menſe, in iligna ſylva Domini Marchionis de Niccolinis ad Scandiccium altum.

Tricolores albi, mellini, & ſubobſcuri.

FUNGUS parvus, ex uno pede multiplex, pileolo fornicato, deſuper mellino, ſubtus albo, pediculo cylindrico, anulato, plerumque ſubobſcuro. In ſylvis & agris ad arborum radices, Octobri menſe.

Albi,

Albi, flavo-ſubobſcuri, & aenei coloris.

FUNGUS eſculentus, ex uno pede multiplex, pileolo deſuper e flavo ſubobſcuro, inferne albo, pediculo longo, cylindrico, anulato, & aeneo colore tincto. Octobri menſe, in ſylvis aucupii Boboli.

Albi, griſei, & purpurei.

FUNGUS eſculentus, ex uno pede multiplex, griſeus, inferne ſordide, & dilute purpureus, pediculo albo, cylindrico, & anulato. *Famiglia di pratajoli.* Tempore Autumni, in Valle Arni per viam a Florentia ad oppidum Montis Varchi ducentem, necnon in territorio Scandicci.

Albi, ruſi, & fulvi.

FUNGUS ex uno pede multiplex, pileolo deſuper rufo, & protuberante centro, inferne fulvo, pediculo albo, anulato, & circa medium tumido, ad radicem vero in roſtrum veluti incurvato, atque attenuato. Octobri menſe, in Scandicci alto, per ilicetum Domini Marchionis de Niccolinis.

Albi, rufo-fulvi, & obſcuri.

FUNGUS ex uno pede multiplex, pileolo deſuper ex rufo fulvo, ſubtus albo, pediculo altiori, cylindrico, anulato, ſubobſcuro. *Famiglia buona, bianca, e leonata.* Autumni tempore, in ſylvis ubique, necnon in hortis, ac pomariis, ad arborum radices, & in foro noſtro obvius.

Quadricolores albi, cervini, fulvi, & obſcuri.

FUNGUS eſculentus, populeus, ex uno pede multiplex, pileolo corrugato, vel potius lichenis pulmonariæ arboreæ inſtar lacunulis excavato, colore primum obſcuro, poſtea fulvo, & tandem in ſubalbidum faceſcente, inferne lamellis lineam latis, cervini coloris, pediculo albo, ample anulato. *Pioppino, o alberino buono, colle laminette del cappello ſtrettiſſime, e coll' anello largo.* Ad populos, & aceres campeſtres, Vere, & Autumno exit, unde noſtratibus *Pioppini*, ideſt Acerini, & *Alberini* ideſt Populei vocantur.

2. Fungus eſculentus, populeus, ex uno pede multiplex, pileolo corrugato, vel potius lichenis pulmonariæ arboreæ inſtar lacunulis excavato, colore primum obſcuro, poſtea fulvo, & tandem in ſubalbidum faceſcente, inferne lamellis cervinis, ſemiunciam latis, pediculo albo, anulo peranguſto cincto. *Pioppino, o alberino buono, colle laminette del cappello larghe, e d' anello ſtretto.* Cum ſuperiori eodem tempore creſcit, & in foro noſtro pariter venditur.

Inter omnes Fungos lamellatos hi duo ſupra relati in hoc tantum differunt ab aliis, quod pars pileoli ſuperior facile ſeparatur ab inferiori, uti evenit in Suillis.

Tab. 81. *fig.* 4. IV. *Pileolo a vertice, ad oras ſtriato.*

FUNGUS ceſpitoſus, parvus, pileolo galericulato, & ſtriato vertice fuſco, reliqua parte ſpadiceo, ſubtus lamellis albis, pediculo brevi, cylindraceo, radicem verſus anulato Tab. 81. fig. 4. In aggeroſis locis, necnon in fimi equini aggeſtis, tempore Veris exit.

IV. *Pi-*

IV. *Pileolo ad oras tantum ſtriato*. *Tab.* 81. *fig.* 2.

Albi, ſpadicei, & purpurei.

FUNGUS eſculentus, ex uno pede multiplex, pileolo deſuper ex ſpadiceo flaveſcente, ad oras nonnihil undulato, ſubtus albo, pediculo ſubobſcuro, inferiora verſus craſſeſcente, & veluti bulboſo Tab. 81. fig. 2. *An Fungi ex uno pede plurimi, pediculis longis, albis, inferiora verſus craſſeſcentibus, capitulis parvis inverſis, ſuperne fuſcis, ſubtus luteis Raii Hiſt. Tom.* 3. 26 ? Prope Florentiam in ſepibus, ſecus anfractuoſam viam, quæ ducit a Templo Pacis, ad Divi Leonardi, Autumni tempore.

III. *Pediculo anulo fugaci, ſeu non permanenti cincto*. *Tab.* 80.
IV. *Pileolo deſuper non ſtriato*. *fig.* 7.

Unicolores aurei, lutei, vel pallidi.

FUNGUS obeſus, aureus, ex una radice multiplex, pileolo fornicato, centro umbilicato. *Famiglia di gialloni di boſco*. Octobri menſe, in Scandicci alto, per ſylvam Domini Marchionis de Niccolinis ad ilicum radices.

2. Fungus ex una radice multiplex, totus aureus, pileolo nonnihil faſtigiato, pediculo cylindrico, in ſuperficie lacero, & veluti filamentoſo. Ad cerros in Apennino, in loco dicto *la Falterona*, Novembri menſe.

3. Fungus parvus, ex uno pede multiplex, pileolo in medio ſaturate croceo, ad latera vero diluto, ſubtus lamellis ſulphureis, pediculo cylindrico, fiſtuloſo, concolore Tab. 80. fig. 7. In Regio viridario Boboli, per ſylvam aucupii, & prope locum ad ructas ſervandas, Octobri menſe.

Bicolores albi, & obſcuri.

FUNGUS ex uno pede multiplex, pileolo fornicato, ſubobſcuro; ſubtus lamellis albis, pediculo longo, ſupernæ pileoli parti concolore, & inferiora verſus creſcente. Autumni tempore Piſas inter, & Liburnum ubique, & in foro utriuſque urbis venduntur, ibique dicuntur *Semenzini*.

Albi, & ruſi.

FUNGUS ex uno pede multiplex, pileolo conico, rufeſcente, inferne concolore, ſed ad griſeum tendente, pediculo albo, cylindrico, fiſtuloſo. In Boboli Octobri menſe, per pratula juxta olitorias areas.

Tricolores albi, griſei, & ruſi.

FUNGUS ex uno pede multiplex, pileolo leviter faſtigiato, rugoſo, rufeſcente, & ſubhirſuto, inferne lamellis griſeis, pediculo albo, fiſtuloſo, radicem verſus nonnihil craſſeſcente. In ſylvis Piſas inter, & Liburnum, Autumni tempore.

2. Fungus ex uno pede multiplex, pileolo pulvinato, deſuper rufeſcente, inferne griſeo, pediculo albo, cylindrico, fiſtuloſo. Tempore ſupradicto, per caſtanetum latifundii vulgo *la Fattoria delle Gineſtre*.

3. Fungus parvus, ex uno pede multiplex, pileolo ſubrufo, lamellis griſeis, pediculo cylindrico, albo. Per Ripulenſe planum, in populeto juxta Arni ripam, inter magnum prædium Domini de Caſtellis, & Molendina Rovezzani, Vere, & Autumno.

Albi,

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Albi, pallidi, & rufescentes.

FUNGUS ex uno pede multiplex, pileolo desuper pallido, subtus lamellis albis, pediculo cylindrico, atro-rufescente, ac pulvisculo supernæ pileoli parti concolore aspersо. Octobri mense, in sylvis Pisanis, atque Liburnensibus.

Albi, flavescentes, & fusci.

FUNGUS Alpinus, bulbosus, ex uno pede multiplex, pileolo superna parte obscuro, & stuposo, inferne albo, pediculo flavescente. In saltu Cœnobii Alverniæ montis, mense supradicto.

Albi, glauco-argentei, & nigri.

FUNGUS in arenosis nascens, ex uno pede multiplex, pileolo cucullato, e glauco argenteo, splendente, inferne lamellis amplioribus, nigris, pediculo fistuloso, candido, radice rostrata. *Fungus multiplex, ovatus, cinereus Bot. Paris. 73. num. 16. Tab. XII. fig. 10. & 11.* Autumnali tempore, in populetis juxta Arni ripas, speciatim ultra magnum prædium Domini Equitis de Castellis in Ripulensi plano.

Quod fungorum species quasdam pernicioſas, aut lethiferas subinde appellaverim, hoc vulgi verbis convenienter tantummodo dictum esse notari omnibus velim, non vero quod rem certo ita se habere experimento compertum habeam. Quin imo aliquæ memoratarum, quæ hic venefícæ audiunt, aliis in locis esui aptæ judicantur. Præterea ipsæ, quas pernicioſas vulgus putat, villicorum fraude in foro quotidie veneunt, nullo tamen, quod quidem notum sit, ementium incommodo; nisi si quando vel nimia vorantium ingluvie, vel ob stomachum aliis ciborum generibus infarctum, & jam oppletum fiant pernicioſiores. Quemadmodum memini olim contigisse pictori, qui mihi species omnes ad vivum eleganter expressit. Huic cum Fungos, qui apud nos *olivi* dicuntur pag. 191. memoratos delineandos misissem, is eorum forma captus in sartagine elixatos paullo avidius, una cum matre jam sexagenaria comedit. Nondum post prandium duabus horis exactis ventris torminibus, ambo graviter correpti fuerunt, atque inde alterum olei potus, alterum theriaca assumpta non ægre liberavit.

Fungus Græcis dicitur μύκης, a quo fortasse Latinis Mucus derivatur, quo Fungi plerumque affluunt. Ipsa Latina vox Fungus *a Græco φύω, idest nascor, videtur deducta, quod sponte nasci crediti sint. Longius petitas vix asserendas putamus Etymologias a funere, & agendo, vel a fugando, quas tamen videre est apud D. Jo: Philippum Breynium Diss. med. de Fung. Officinalibus Cap. 1. num. 2. Et Franciscum Van Sterbeeck Theat. Fung. pag. 3. Arridet potius, si qua alia, quam Josephus Baldus in tractatu suo de Fungis nondum edito affert, ut nempe ab Æolico σφόγγος pro communi σπόγγος, quod est spongia Latinis, Fungus factus sit, quod Fungi omnes spongiosæ sint naturæ.*

FUNGOIDASTER.

Tab. 82. FUNGOIDASTER est plantæ genus capitatum, ut Fungus, a quo differt, capitulo utraque parte lævi veluti A B, semine autem C in nonnullis speciebus in superna D, in aliis in inferna superficie E præditum.

Fungoidastri semine in superna parte donati.

FUNGOIDASTER parvus, ex spadiceo rufescens, capitulo villoso, sphærico, pæne fornicato, Fungis semiputridis innascens, semine stellato Tab. 82. fig. 1. *Fungo di fungo morto.* Decembri mense, in nemore Monialium Divæ Ursulæ.

Scan-

Scandicci alti incolæ ſuper *Fungis piperatis*, *albis*, *lacteo ſucco turgentibus I. B.* ſemiputridis natum pluries nobis oſtenderunt.

2. Fungoidaſter parvus, gelatinoſus, lubricus, pileolo ſubviridi, oris ſubtus repandis, pediculo aureo, fiſtuloſo Tab. 82. fig. 2. *Fungus gelatinus, flavus Bot. Pariſ.* 58. *Tab. XIII. num.* 7. 8. *&* 9. *Fungherello di gelatina di colore verde gajo, e dorato*. Novembri menſe, in Boboli per pratula, & herboſa ambulacra.

3. Fungoidaſter minimus, diſcoides, albus, ſemine ovato donatus, foliis, vel lignis ſemiputridis innaſcens Tab. 82. fig. 3. *Funghini di foglie, e di legni fradici*. Menſe ſupradicto, in eodem viridario.

4. Fungoidaſter minimus, incarnati coloris, acaulis ferme, Anagyridi non fetidæ, & ſemimortuæ innaſcens Tab. 82. fig. 4. *An Lichenoides tuberculoſum, amœne purpureum Raii Synopſ. ed.* 3. 71. *num.* 50. *Funghetti incarnati di legni morti*. In ſaltu, qui eſt prope ſtabulum vaccarum D. Marchionis a Caſtilione, & in Falteronæ jugo, Septembri menſe.

Fungoidaſtri ſemine in inferna parte donati.

FUNGOIDASTER ceſpitoſus, ſuperne fuſcus, inferne cinereus Tab. 82. fig. 5. *Trombetta di morto maggiore a ceſpi*. Novembri, Decembri, atque Januario menſibus, in ſylvoſis locis circa urbem.

6. Fungoidaſter, qui Fungoides nigricans, majus, cornucopiæ forma Bot. Pariſ. 57. Tab. XIII. fig. 2. & 3. Eum nondum vidimus.

7. Fungoidaſter, qui Fungoides tubæ acuſticæ forma, fuſcus, externe cinereus D. Breynii Tab 82. fig. 6. Ex libro depicto ejusdem Cl. V. ſæpe memorato.

8. Fungoidaſter Alpinus, infundibuli forma, cinereus Tab 82. fig. 7. *Trombetta di morto cenerina Alpeſtre*. In ſylvis Alpinis ad lacum nigrum, Septembri menſe.

9. Fungoidaſter infundibuli forma, ex obſcuro fulvus. *Trombetta di morto, di colore leonato*. Circa Autumni initium per montoſa, & ſaltuoſa loca non raro invenitur.

10. Fungoidaſter minimus, infundibuli forma, pullus Tab. 82 fig. 8. Tempore ſupradicto in populetis ſecus Arni ripam, per planum Ripulenſe.

Fungoidaſter dicitur, quaſi planta ad Fungum, & Fungoides accedens.

PHALLUS.

PHALLUS eſt plantæ genus capitatum A, emergens e volva craſſiſſima B, ex duabus membranis conſtructa CC, inter quas humor gelatinoſus concluditur D, cujus pediculus ſpongioſus eſt E, ac fiſtuloſus F, & tubulo cuidam membranaceo G, volvæ centro adnexo velut artificioſe arte inſeritur, ſuſtinet verò pileolum galericulatum, ac undique inſtar favi, aut interioris bovilli ventris partis celluloſum H, in nonnullis autem ſpeciebus umbilico pervio I donatum; in omnibus vero cruſta calloſa obductum K, quæ per maturitatem in fœtidiſſimum liquorem paulatim colliqueſcit L, & guttatim fluit M, in quo ſemina minutiſſima continentur N. *Tab.* 83.

Liquor prædictus in aquam demerſus cum ipſa commiſcetur, & ſemina in vaſis fundo deponit. Corpus rotundum, quod ad dexteram imæ partis Tabulæ ſub litera O reperitur, eſt volva, antequam inde Phallus erumpat, alterum vero, quod ad ſiniſtram exhibetur P, eſt idem corpus, per verticem ſectum, & Phallum in ſinu ſuo latentem demonſtrat.

Phalli pileolo cellulato, ac umbilico pervio ſumma parte inſtructo, donati.

PHALLUS vulgaris, totus albus, volva rotunda, pileolo cellulato, ac ſumma parte umbilico pervio, ornato Tab. 83. *Fungus fœtidus, penis imaginem referens C. B. Pin.* 374. *Boletus Phalloides Inſt. R. H.* 562. *Fungus Phalloides I. B.* 3. 843.

Fungus Phalloides Raii Synopſ. ed. 3. 12. & Cat. Pl. Angl. ed. 2. 122. ic. Phallus Hollandicus, vel Batavicus Lugd. 1398. Fungus Phalloides, Batavicus, pileo laciniato, & veluti criſpo Raii Hiſt. Tom. 3. 25. Sterb. Theatr. Fung. 277. num. 140. Tab. 30. A B. C. D. Lumacone tutto bianco, di guſcio, o invoglia tonda. Octobri, atque Novembri menſibus, in arundinetis, multis in locis, præſertim in Scandicci ſolo.

2. Phallus albus, volva ovata, externe purpuraſcente, pileolo cellulato, ac ſumma parte umbilico pervio, ornato. *Lycoperdon Valliſnerianum*, Καρυώδες *Ponted. Comp. Tab. 3. Lumacone bianco, di guſcio, o invoglia roſſa, e ovata.* Tempore ſupradicto, in arenoſo ſolo in Scandicci territorio, juxta Grevis ripam, prope ſylvam aucupii Dominorum de Altovitis.

3. Phallus albus, parvus, pileolo cellulato, ac ſumma parte umbilico pervio, & peramplo ornato. Circa Viterbum, in ſylvoſis locis, Autumnali tempore tantum vidimus.

Phalli pileolo cellulato, umbilico pervio deſtituto, ornati.

PHALLUS Alpinus, volva ſubrotunda, alba, pileolo cellulato, umbilico pervio carente, pediculo dilute fulveſcente D. Brun. Abbatis Tozzi. Hujus icon occurrit apud Jac. Petiverium in Tabulis, quæ ab ipſo Tozzianæ appellantur. Invenitur per ſylvas circa Vallis Umbroſæ Cœnobium, tempore ſupradicto.

Præter ſupra memoratas Phallorum ſpecies, nonnullas alias deſcribunt Botanici, quæ nondum ad manus noſtras pervenerunt, verum cum harum plures parum graphice delineatæ ſint, & deſcriptæ, arduum eſt, an ſupra memoratis conveniant, an vero differant, definire. Nihilominus eas ipſas recenſebimus, ut integrum ſit alii cuicumque de re adeo perplexa judicium ſuum interponere.

1. Phallus, qui Fungus Phalloides, Virginianus, glande teſſellato D. Baniſt. Raii Hiſt. tom. 3. 25.

2. Phallus, qui Fungus Phalloides, parvus, ſeu penis caninus, Virginianus D. Baniſt. Ejusd. ibid.

3. Phallus, qui Fungus Phalloides Gallicus, pileo rugoſo (abſque umbilico) Ejusd. ibid. & Sterb. Theatr. Fung. pag. 280. num. 141. Tab. 30. H. I. *Fungi Phalloidis genus I. B. 3. 845. XXIII. genus pernicioſorum Fungorum 5. ſpecies Cluſ. Hiſt. CCLXXXI.*

4. Phallus Hadriani Junii (capitulo non cellulato, ſed umbilico pervio donato) Cluſ. hiſt. CCXCV. Lob. Icon part. 2. 275. *Fungus marinus Dod. Pempt. 483.*

5. Phallus, qui Fungus Phalloides major, Germanicus, pileolo corrugato Sterb. Theatr. Fung. 281. num. 114. 3. Tab. 30. K. L. M.

Phallus, aut potius Ithyphallus, apud Græcos φαλλὸς, *membrum virile ſonat, &* ἰθύφαλλος *membrum virile erectum, nudata glande; nam hæc Planta hominis pudendum repræſentat.*

PHALLO-BOLETUS.

Tab. 84. PHALLO-BOLETUS eſt plantæ genus capitatum inter Phallum, & Boletum medium, a primo enim differt quod volva & calloſa cruſta capitulum obducente deſtituatur, tum etiam quod ſeminibus minutiſſimis A, per capituli ſuperficiem B, conſperſus ſit: a Boleto vero diſcriminatur quod capituli inferior pars patula ſit C, & uſque ad verticem cava, ubi demum pediculo connectitur, ut ſpectari poteſt in Phalli ab imo ad ſummum ſecti figura.

Phallo-Boleti ſpecies ſunt

1. Phallo-Boletus eſculentus, pileolo conico, ampliore, ſubobſcuro, pediculo leucophæo, fiſtuloſo Tab. 84. fig. 1. *Spugniolo cappelluto maggiore, ſcuro.* Martio, Aprili, atque Majo menſibus, naſcitur in arenoſis locis in loco dicto *Brozzi*, tum etiam circa foſſas udas in loco nuncupato *Campi*, & in forum noſtrum rariſſime deportatur.

Phal.

2. Phallo-Boletus eſculentus, pileolo ampliore, rufeſcente, & criſpo, pediculo leucophæo, fiſtuloſo, ſtriis reticularis inſignito Tab. 84. fig. 2. *Spugnuolo di capo tondo, di color ceciato*. In Caſiniani Paroecia variis in locis ad rudera.

3. Phallo-Boletus eſculentus, pileolo parvo, conico, ex fulvo ſubobſcuro, pediculo leucophæo, fiſtuloſo Tab. 84 fig. 3. Aprili menſe in populeto juxta Arni ripam, loco dicto *l' Iſolotto*, necnon in planicie urbis Prati juxta foſſas, præſertim loco dicto *Mezzana*. A ruſticis venditur indiſcriminatim cum Boletis.

Supra memorato, quemadmodum, & proxime inſequenti plantarum genere plures ſpecies accedere potuiſſent, quæ apud Sterbeeckium in ejus Fungorum Theatro proſtant, ſed cum liber ille Flandrice ſit ſcriptus, nempe lingua nobis prorſus peregrina, & deſcriptiones plantarum quas linguæ illius peritus nobis interpretatus eſt, mutilæ ſint, & breviores quam par erat, eas omittere coacti ſumus. Nobis tamen tabulas, quas affert, curioſius luſtrantibus, certo conſtitit, figuras in Tab. 10. literis DD, H notatas ad genus ſupra memoratum, reliquas vero ad proxime inſequens pertinere.

Phallo-Boletus dicitur, quaſi planta ad Phallum, & Boletum accedens.

BOLETUS.

BOLETUS eſt plantæ genus a Phallo-Boleto diverſum, capitulo infra clauſo A, quod ibi pediculo jungitur. *Tab.* 85.

Boleti ſpecies ſunt.

1. Boletus eſculentus, rugoſus, amplior, & orbicularis (Tab. 85. fig. 1.) Inſt. R. H. 562. *Fungus poroſus, amplior, orbicularis C. B. Pin.* 370. *Primi generis eſculentorum Fungorum ſpecies iii. Cluſ. Hiſt. CCLXIII. Spugniolo di capo tondo.* Aprili menſe, in arenoſis agris, atque exſiccatis foveis, præſertim per planiciem Florentiam inter, & Pratum, cum ſequentibus in forum noſtrum advehitur, & venditur.

2. Boletus eſculentus, rugoſus, albicans, quaſi fuligine infectus (Tab. 85. fig. 2.) Inſt. R. H. 561. *Fungus poroſus, rugoſus, albicans, quaſi fuligine infectus C. B. Pin.* 370. *Fungus rugoſus, vel cavernoſus, ſive merulus, ex albo nonnihil rubeſcens I. B.* 3. 836. *Primi generis eſculentorum fungorum ſpecies* 1. *Cluſ. Hiſt. CCLXIII. Etruſcis, Spugnuolo lungo, ceciato, Romanis vero, Trippetto.* Toto Aprili menſe, venditur ut ſupra.

3. Boletus eſculentus, rugoſus, fulvus Inſt. R. H. 561. *Fungus poroſus, coloris ex fulvo fuſci C. B. Pin.* 370. *Fungus rugoſus, vel cavernoſus, ſive merulus, fuſcus I. B.* 3. 836. *Primi generis eſculentorum fungorum ſpecies* 11. *Cluſ. Hiſt. CCLXIII.* Cum ſupradicto.

4. Boletus eſculentus, in metam faſtigiatus Inſt. R. H. 562. *Fungus poroſus in longitudinem, metæ inſtar excreſcens C. B. Pin.* 370. *Primi generis fungorum eſculentorum ſpecies iiii. Cluſ. Hiſt. CCLXIII.* In Italia numquam vidimus, ſed per Germaniam tantum.

5. Boletus eſculentus, compreſſus, denſe foraminulatus, & per longitudinem coſtatus, e cinereo vireſcens, pediculo craſſiore, albo Tab. 85. fig. 3. In Caſiniani, & Divi Pauli Paroeciis, per agros.

Boletus βωλίτης *dicitur a voce Græca* βῶλος, *ideſt gleba, ob figuram inæqualem, & ſuperficiem perforatam, ut in glebis obſervatur.*

DISTRIBUTIO III.

Plantæ ſimpliciſſimæ, plerumque non capitatæ, ſeminibus in ſuperficie ornatæ.

FUNGOIDES.

Tab. 86. FUNGOIDES eſt plantæ genus, cujus ſignatura a figura potiſſimum pendet. Nonnullæ enim ſpecies cyathum A, aliæ pyrum inverſum B, quædam infundibulum C, vel ſcutellam D, vel lentem E, vel denique hypocraterem F forma ſimulant. Rurſus aliquæ ſpecies ornatæ pediculo G, aliæ eodem deſtitutæ H; Omnes vero ſeminibus minutiſſimis I, vel rotundis, vel ovatis ſupernam partem infectæ, quæ ſemina deinde vel contractis, dum explicantur plantæ, fibris, vel leviſſimo quovis etiam lenis auræ ſuccuſſu in altum inſtar fumi, aut ſcintillarum K ejiciuntur.

Fungoidea fungiformia.

FUNGOIDES magnum, tricuſpidatum, oris retro reflexis, obſolete luteum, pediculo fiſtuloſo. In Lacus nigri Alpibus ſub fagis, Octobri menſe.

2. Fungoides, quod Boletus Autumnalis, luteſcens D. Breynii. Ex libro depicto ejuſdem Clariſſimi Viri.

3. Fungoides fungiforme, criſpum, laciniatum, & varie complicatum, pediculo craſſo, ſtriato, rimoſo, ac fiſtuloſo Tab. 86. fig. 7. *Fungus pro capitulo laminas aliquot laciniatas, folia querna imitantes, emittens Raii Hiſt. tom.* 3. 25. *An Fungus terreſtris, pediculo ſtriato, & cavernoſo, capitulo plicatili, ſubtus plano D. Dod. Raii Faſci. in Synopſ. ed.* 1696. *in calce præfationis. Paſta ſciringa, terreſtre.* Novembri menſe poſt diuturnas pluvias in nemoribus ubique.

4. Fungoides fungiforme, criſpum, & laciniatum, ex obſcuro fuſcum, pediculo ſtriato, rimoſo, ac fiſtuloſo, tenujori. In nemoribus humidioribus, veluti prope rus vulgo dictum *la Radicchia*.

5. Fungoides fungiforme, criſpum, & laciniatum, ſuperne nigrum, inferne albidum, pediculo fiſtuloſo, craſſiore, albo. *Fungo canino, o Fungo monacella fetido*. In aggeribus rivuli Vingonis in territorio Scandicci, menſe Aprili.

6. Fungoides fungiforme, criſpum, laciniatum, & varie complicatum, ſuperne ſubobſcurum, inferne ſimul cum fiſtuloſo pediculo album Tab. 86. fig. 8. *Fungus Monacella Port. Vill. Lib. X. & Cluſ. Hiſt. CCXCI.* In iisdem locis cum ſuperiori reperitur.

7. Fungoides fungiforme, pullum, criſpum, & varie complicatum, pediculo tenujori, non fiſtuloſo Tab. 86. fig. 9. Decembri menſe, in prato Sacelli vulgariter nuncupati *il Romitorio di Biſonica*.

8. Fungoides fungiforme, criſpum, & varie complicatum, ſuperne ſature griſeum, & ad ſubobſcurum vergens, inferne cum pediculo non fiſtuloſo, album. In Regio viridario Boboli, per ſylvulas ſupra Amphitheatrum.

9. Fungoides fungiforme, galericulatum, ſuperne e fulvo ſubfuſcum, inferne griſeum, pediculo longiore, rugoſo, albo, tubulato, inteſtinorum forma. Aprili menſe, in territorio Scandicci, per foſſas prædii Abbatiæ Florentinæ, loco dicto *le Lame*.

Fungoidea cava, aut plana, pediculo donata.

FUNGOIDES pyxidatum, coriaceum, maximum, ſordide viteſcens, pediculo donatum. *Ciotolone*. In loco dicto *le Roſe* ad ſepes, Decembri menſe.

2. Fungoides infundibuli forma, griſeum, externe coſtis, ſeu venis ramoſis, & invicem implexis munitum. Majo menſe, in Regio viridario Boboli.

3. Fungoides fuſcum, acetabuli forma, externe ramificatum, ſive Fungoides maximum, pyxidatum Bot. Pariſ. 57. num. 4. Tab. XIII. fig. 1. Hoc nondum videre contigit, adeoque ſubdubitamus an cum ſupramemorato prorſus conveniat, an diverſam potius ſpeciem conſtituere dicendum ſit.

4. Fungoides ceſpitoſum infundibuli forma, fulvum, pediculo donatum. *An Peziza acetabuliformis Dill. Cat. Giſs.* 194? *Imbutini di boſco, colore di foglia morta*. Octobri menſe, per Scandiccium altum, variis in locis.

5. Fungoides ceſpitoſum, infundibuli forma, fulvum, radice nigra, tuberoſa, perenni Tab. 86. fig. 10. In Imprunetæ Plebania prope Lojanum, ad caſtanearum ſylvas, menſe Aprili.

Hujus Plantæ radix perennis eſt, ac tribus plerumque tuberculis conſtat, quorum quidem quod medio loco conſiſtit L, Fungoidea profert, atque alit, alterum M, quod jam ſenio effætum, ac marcidum, cavum intus, atque inane conſpicitur, anno elapſo idem munus obiit, tertium vero N omnium minimum, eidem muneri præſtando inſtanti anno deſtinatur. Si Fungoidea, ex hujuſmodi bulboſa radice prodeuntia, eſui paulò aptiora eſſent, ac majora, planta hæc cæterarum more in hortis coli poſſet quemadmodum ipſi fecimus in Horto publico Florentino, cum in Hiſtoria hac fungorum ſcribenda occupati eſſemus, quo tempore non modo e radicibus ſuis ſibi perpetuo ſuccedentibus quotannis prodire eam ſpectavimus, ſed e ſeminibus quoque in terram ſponte delapſis exorientem, quod Philobotanis pluribus tunc temporis a nobis demonſtratum fuiſſe meminimus.

6. Fungoides pyxidatum, intus coccineum, externe albidum, pediculo prorſus albo Tab. 86. fig. 5. *An Peziza acetabuliformis, coccinei intus coloris Dill. Cat. Giſs.* 194? *Piſſide ſcarlattina*. In Scandicci alti nemoribus, Autumnali tempore ſemel tantum comperimus.

7. Fungoides hypocrateris forma, pediculo donatum, ſuperne fulvum, inferne album Tab. 86. fig. 6. *Fungo ſottocoppa*. Per Boboli nemora, menſe Novembri.

8. Fungoides globoſum, ſtriatum, griſeum, pediculo longo, albo, fiſtuloſo Tab. 86. fig. 3. Aprili menſe, in populetis juxta Arni ripas, ſed rariſſime occurrit.

9. Fungoides parvum, pyxidatum, externe ex obſcuro griſeum, interne nigrum, & pellucidum Tab. 86. fig. 11. Tempore prædicto, in Scandicci territorio.

10. Fungoides griſeum, infundibuli forma, pendulum, pediculo donatum Tab. 86. fig. 13. Januario menſe, in Regio viridario Boboli.

11. Fungoides minimum, cernuum, coccineum totum, pediculo donatum Tab. 86. fig. 12. Brumali tempore, per Montis Senarii ſaltum, ſuper emortua ligna natum obſervavimus.

12. Fungoides minimum, pyxidatum, album, externe hirſutum, pediculo donatum Tab. 86. fig. 15. Menſe Majo, in Regio viridario Boboli per ſylvam aucupii ante locum nuncupatum *il Giardinetto di Madama*.

13. Fungoides minimum, pyxidatum, obſcurum, externe hirſutum, pediculo donatum. Menſe Januario, in eodem viridario, per agrum vulgariter dictum *il campo de' Razzeruoli*.

14. Fungoides minimum, infundibuli forma, candidum, pediculo incurvo donatum. In Plebania Campo-Pauli dicta, vulgo *Campoli* per ſylvas, menſe Januario.

15. Fungoides minimum, infundibuli forma, albicans, pediculo donatum, hederæ foliis ſemiputridis innaſcens Tab. 86. fig. 14. In ſupradicto viridario Boboli, menſe Novembri.

Fun-

Fungoidea ſcutellata, ſive olmoidea.

FUNGOIDES ſcutellatum, majus, ceræ flavæ colore. *Fungus tenuis, ceræ flavæ ſimilis, ventricoſus, mortarium referens, Romanus Bocc. Muſ. Part.* 1. 300. *Lycoperdon Mortarii forma Inſt. R. H.* 561. *Scodellaccia, o berrettaccia di concio.* Brumali tempore, in fimi equini tumulis, necnon in agris eodem fimo impinguatis.

2. Idem album. Cum ſupradicto, eodemque tempore, ſed raro.

3. Fungoides angulatum, acetabuli forma Inſt. R. H. 560. *Fungi Peziçæ Plinii Col. Part.* 1. 335. In Regiarum Villarum Caſtelli, & Petrajæ ſylva aucupii, vulgo *la Ragnaja di Caſtello, e della Petraja*, initio Maii legimus.

4. Fungoides criſpum, & undoſum, acetabuli forma, intus, & foris obſcurum. In Boboli per pratula ante locum animalibus peregrinis ſervandis, necnon per Montem Bonum, ſpeciatim in loco *la Ricciaja*, Octobri menſe.

5. Fungoides ſcutellatum, aſperum, ſordide album. Extra portam Divi Nicolai in populetis.

6. Fungoides ſcutellatum, aſperum, & veluti aculeatum, fulvum. In fictilibus recens ſtercoratis interdum reperitur.

7. Fungoides ſcutellatum, album, & glabrum. In ſylvis, & ericetis, Octobri, atque Novembri menſibus exit.

8. Fungoides ſcutellatum, interne album, externe obſcurum, & ſubhirſutum Tab. 86. fig. 4. Autumnali tempore, in umbroſis, atque humectis ſylvis, inter putrida folia,

9. Fungoides ſcutellatum, album, foris hirſutum. Eodem loco, ac tempore cum prædicto.

10. Fungoides ſcutellatum, pullum, foris hirſutum, intus glabrum. Decembri menſe, in Imprunetæ Plebania, per D. Andreæ ad Balneolum Paroeciam, in pratulo Eremi Divi Stephani ad Biſonicam.

11. Fungoides ſcutellatum, coccineum, intus glabrum, foris ubivis piloſum Tab. 86. fig. 17. In foſſis viæ publicæ, atque prædiorum inter Florentiam, & Pontem ad Sevem, necnon in Scandicci alti territorio, Novembri menſe.

12. Fungoides coccineum, oris piloſis, acetabuli forma Inſt. R. H. 561. *Peziza acetabuliformis, coccinea, marginibus piloſis Dill. Cat. Giſs.* 195. *& Raii Synopſ. ed.* 3. 19. *num.* 14. *Fungus arboreus, acecabuli modo cavus, coccineus, marginibus piloſis D. Sherard. Raii Synopſ. ed.* 2. 19. *num.* 41. In nemore *le Caſcine* dicto, & alibi, Autumnali tempore.

13. Fungoides coccineum, acetabuli forma Inſt. R. H. 561 *Fungus membranaceus, ſeu coriaceus, acetabuli modo concavus, colore intus coccineo, ſeu cremiſino ſaturo S. Dale Raii Synopſ. ed* 2. 19. *num.* 39. *& ed.* 3. 18. *num.* 5. *Fungi pernicioſi gen.* 24. *ſpecies ſecunda Cluſ. Hiſt. CCLXXXVII. Parva concha marina, colore coccineo Sterb. Theatr. Fung.* 242. *Tab.* 26. *D. Fungus colore chermeſino pulcherrimo, adnatus ligno Aldrov. Dendr.* 168. *Scodelline ſcarlatte.* In Scandicci planicie, & circa urbem Prati, plurimis in locis Vere, & Autumno vidimus.

14. Fungoides obſcurum, ſcutellatum, craſſioris ſubſtantiæ, externe ſubaſperum. Menſe Majo, poſt pluvias, in ſylvulis aucuparii, Boboli, præſertim prope locum ubi Trutæ ſervantur.

15. Fungoides ſcutellatum, minimum, atro-purpureum, & ad pullum vergens. In Scandicci alto, per ambulacrum Ruris Domini de Vitis, menſe Septembri.

16. Fungoides ſcutellatum, pullum, interne lucidum, & quaſi vernigine infectum. Creſcit in nemoribus Divi Zenobii ad Caſinianum.

17. Fungoides ſcutellatum, ſemiſphæricum, ſordide coccineum, externe villis obſcuris obſitum. Februario menſe, in viridario Boboli, per ambulacrum juxta ſylvam aucupii vulgo *la Ragnaja dove è il conſervatorio delle Trote*. 18. Fun-

18. Fungoides parvum, nigrum, interne læve, externe rugoſum, & ſtriatum Tab. 86. fig. 18. Martio, & Aprili menſibus, in Scandicci alti ſylvis.

19. Fungoides ſcutellæ non nimis cavæ forma, candidum, membranaceum, muſco innaſcens. In montoſis, & muſcoſis locis, ut plurimum.

20. Fungoides minimum, ſcutellatum, niveum, in caudicibus arborum poſt pluvias toto anno oritur. In Boboli viridario, & in ambulacro Regiæ ſuburbanæ villæ, ad ilices.

21. Fungoides ſcutellatum, minimum, membranaceum, candidum, arborum caudicibus innaſcens. Per Cercinam Plebaniam in loco nuncupato *Caſtiglioni*, menſe Septembri.

22. Fungoides coccineum, lentiforme, oris piloſis Tab. 86. fig. 19. Ad foveas, & in aggeroſis locis.

23. Fungoides minimum, ſcutellatum, atropurpureum, intus ſplendeſcens. Menſe Septembri, in Scandicci alto, ſeu ſuperiore, per ſylvam aucupii D. Marchionis de Niccolinis.

24. Fungoides minimum, ſcutellatum, vernum, aureum, externe polline concolori aſperſum. Aprili menſe, juxta urbem noſtram, & in ipſa quoque urbe ſecundum vias, variis locis legitur.

25. Fungoides ſcutellatum, patulum, minimum, aureum, externe ſubhirſutum *Forte Peziza lutea, parva, marginibus piloſis Raii Synopſ. ed.* 3. 18. *num.* 7? *An Peziza lutea, minima, verna Dill. Cat. Giſs.* 195? In Ripulenſi plano per foſſas aquis jam plane carentes.

26. Fungoides minimum, lentiforme, vix cavum, fuſco-rubrum, externe hirſutum, & obſcurum D. Cocchius Majo menſe, in hortulo penſili ſuo nobis primum demonſtravit.

27. Fungoides coccineum, minimum, oris non piloſis. Extra portam Divi Miniatis inter muſcos tempore prædicto, & in mœniorum urbis noſtræ rimis, ante horrea in loco dicto *l'Uccello* etiam erumpit.

28. Fungoides aureum, omnium minimum, turbinatum, & vix cavum, foliis cupreſſi ſemiputridis innaſcens Tab. 86. fig. 20. Januario menſe, in Boboli viridario, ad putrida cupreſſuum folia.

29. Fungoides ſpadiceum, membranaceum, omnium minimum. In ſylvis extra urbem, & in Regio viridario Boboli, in arborum detruncatarum cæſuris.

Fungoidea turbinata, aut pyri inverſi, vel vaſis fuſorii forma.

Fungoides pyri inverſi forma, ore lacero, & veluti coronato, ex albo griſeum Tab. 86. fig. 2. *Scodelle a pera di concio*. In fimo equino, tempore brumali.

2. Fungoides pyri inverſi forma, ceſpitoſum, ex fulvo fuſcum. Circa palearia, & in triticea gluma, tempore ſupradicto.

3. Fungoides pyri in verſi forma, intus coccineum, ore veluti marginato, extra corallinum, & glabrum. Menſe Januario, in ſaltu Franciſcanorum, vulgo *la Doccia*, ſecus aquæductum.

4. Fungoides coccineum, cupulam glandium referens. In Vallis Arni populetis, videlicet circa Montem Varchium, tempore Autumnali, ſuper tabefacta ligna.

5. Fungoides pyri inverſi forma, intus griſeum, exterius ſubobſcurum. Martio menſe, per ſylvam vulgo *le Caſcine*.

6. Fungoides infundibuli forma, exterius album, intus coccineum. In prateolis Boboli, tempore ſupradicto, circa Inſulam.

7. Fungoides maximum, vaſis fuſorii forma, ſubalbidum Tab. 86 fig. 1. In Camaldulenſibus, & Vallis Umbroſanis ſylvis Vere, & Autumno.

8. Fungoides parvus vaſis fuſorii forma, peranguſtum, & quaſi tubulatum, albidum. Ubi antedictum, necnon per Montis Senarii ſaltum.

Fun-

9. Fungoides minimum, vasi fusorii forma, niveum, externe hirsutum, pendulum Tab. 86 fig. 16. Januario mense, in Boboli per sylvam, vulgo *la Ragnaja accanto la conserva delle Trote*.

Fungoides dicitur, quasi planta ad Fungum accedens.

CLAVARIA.

Tab. 87. CLAVARIA est plantæ genus in Botanico Parisiensi pag 39. constitutum, nulla tamen propria, qua a ceteris distinguatur, assignata nota, nos proinde studiosorum gratiam inituri ipsam definimus plantæ genus carnosum, non ramosum, Herculeam clavam quadantenus referens A, interne plerumque farctum, raro cavum B, externa superficie lævi, ac seminibus minutissimis C, undique referta.

Clavariæ non cespitosæ.

CLAVARIA major, lutea Tab. 87. fig. 1. *Mazza d' Ercole gialla*. In Scandicci alti nemoribus tempore Autumnali, atque Brumali.

2. Clavaria major, alba. *Lycoperdon Clavæ effigie Inst. R. H.* 564. *Fungus clavatus, albidus, pistillaris, species crepitus Lupi Bocc. Mus. part.* 1. *Tab.* 307. *Mazza d' Ercole bianca*. Cum superiore provenit.

3. Clavaria major, atro-rufescens, crispa Tab. 87. fig. 2. *Mazza d' Ercole ceciata, crespa*. Iisdem fere locis, ac tempore cum superioribus.

4. Clavaria major, ex rufo sordide aurea, vertice plano, & nonnihil cavo Tab. 87. fig. 3. *Mazza d' Ercole dorata, col capo spianato*. Loco, & tempore eodem, ac antedicta, & speciatim in aucuparia sylva D. Marchionis de Niccolinis.

5. Clavaria media, albo-lutea. *Mazza d' Ercole mezzana, pallida*. In sylvosis locis Senarii montis, tempore prædicto.

6. Clavaria Ophiogloſſoides, nigra (Tab. 87. fig. 4.) Bot. Paris. 39. num. 3. Tab. VII. fig. 3. *Fungus Ophiogloſſoides, non descriptus Raii Cat. Plant. Angl.* 122. *& Hist.* 104. *Fungus Ophiogloſſoides Ph. Brit. Mer. Pin. & Raii Synops. ed.* 3. 14. *num.* 5. *Mazza d' Ercole a lingua di serpe, nera*. In Regio viridario Boboli per herbida, & umbrosa ambulacra, necnon per Scandicci alti sylvas, & circa Eremum vulgo *di Bifonica*, tempore Autumnali.

7. Clavaria, quæ Fungus Ophiogloſſoides, viridis, serpentiformis D. Breynii. Ex libro depicto ejusdem Clarissimi Viri.

8. Clavaria minima, nigra, clavi effigie, pediculo subhirsuto Tab. 87. fig. 8. *Mazza d' Ercole nera, piccola, o fungo chiodo*. In Scandicci alti nemoribus, tempore prædicto.

9. Clavaria lutea, minima Tab. 87. fig. 5. *Fungi parvi, lutei, ad Ophiogloſſoides nigrum accedentes Raii Cat. Plant. Angl. & Synops. ed.* 2. 16. *n.* 13. *Fungoides clavatum, minimum Dill. Cat. Giss.* 189. *& Raii Synops. ed.* 3. 14. 2. 1. *Mazza d' Ercole minima, gialla*. In Regii viridarii sylvulis, atque ambulacris, Autumnali tempore.

10. Clavaria alba, pistillari forma Bot. Paris. 39. num. 2. Tab. VII. fig. 5. Eam adhuc videre non contigit.

11. Clavaria rufescens, triuncialis, tenuissima Tab. 87. fig. 7. Circa Novembris initium, post diuturnas pluvias in eodem viridario per nemus prope Cellam vinariam.

12. Clavaria minima, nivea Tab. 87. fig. 6. In sylvosis locis abunde oritur, Vere, & Autumno.

13. Clavaria omnium minima, sordide alba Tab. 87. fig. 9. *Mazza d' Ercole, minima, bianchiccia*. Novembri, atque Decembri mensibus, in fictilibus hortorum terra stercorata repletis, ut plurimum.

Cla-

Clavariæ ceſpitoſæ.

CLAVARIA ceſpitoſa, major, candida Tab. 87. fig. 10. *An Fungus terreſtris, digitatus Park. Theat.* 1318? *Ditola ſcempia, o famigliuola di mazze d' Ercole bianche.* Circa Octobris initium, in ſumma parte ſaltus Cœnobii Patrum Franciſcanorum, vulgo *la Doccia*.

2. Clavaria ceſpitoſa, media, lutea Tab. 87. fig. 11. *Ditola ſcempia, o famiglia di mazze d' Ercole gialle.* Per nemuſcula viridarii Boboli, Autumnali, & Brumali tempore exit.

3. Clavaria vermiculata, non fiſtuloſa, candida Tab. 87. fig. 12. In aggeribus viæ Florentinæ, ad D. Mariæ Imprunetanæ Templum ducentis, loco dicto *Monte*, Menſe Februario.

4. Clavaria vermiculata, fiſtuloſa, candida Tab. 87. fig. 13. *Cannelli de' prati.* In herboſis ambulacris prædii D. de Chelinis, in Scandicci territorio, Octobri, atque Novembri menſibus.

Hinc excludenda videtur *Clavaria militaris crocea Bot. Pariſ.* 39. quæ potius Lichen-Agaricis adnumeranda videtur, prout indicavimus pag. 104.

Clavaria dicitur a forma, Clavam Herculeam quodammodo repræſentante.

CORALLOIDES.

CORALLOIDES eſt plantæ genus carnoſum, ramoſum inſtar Coralli A, & læve, in ſuperficie ſeminibus minutiſſimis B infectum. *Tab.* 88.

Coralloidis ſpecies ſunt.

1. Coralloides flavum Inſt. R. H. 562. *Fungus ramoſus, flavus I. B.* 3. 837. *Ditola gialla.* Veris, & Autumni tempore, in ericetis montoſis ubique, & in foro noſtro venale proſtat.

2. Coralloides albidum Ibid. *Fungus ramoſus, albidus I. B.* 3. 837. *Ditola bianca.* Cum ſupradicto.

3. Coralloides dilute purpuraſcens Ibid. *xix genus eſculentorum Fungorum ii. ſpecies Cluſ. Hiſt. CCLXXV.* Cum ſuperioribus, ſed raro.

4. Coralloides dilute rufeſcens. Cum antecedentibus, ſed non ita obvium.

5. Coralloides album, corniculis dilute purpureis. Octobri menſe, in Juguli Plebania, per locum dictum *le Montanine*, in ſylvis.

6. Coralloides igneum, vel corallini coloris, corniculis brevioribus Tab. 88. fig. 2. *Ditola corallina.* In Montis Boni ericetis, & ſylvis cæduis, Octobri menſe.

7. Coralloides dilute luteum, corniculis expanſis, brevioribus, & ramoſioribus, in ſummitate bifidis Tab. 88. fig. 4. Ut ſuperius, in ſylvis ultra Grevem torrentem.

8. Coralloides luteum Barr. Icon. 1260. Tempore, & loco eodem cum antecedentibus, & ſubſequentibus.

9. Coralloides rufeſcens, corniculis brevioribus. In ſylvis Vallis-Umbroſæ, & Octobri menſe in foro noſtro venditur.

10. Coralloides corniculatum, griſeum, parvum. Per cupreſſuum ſylvas in Boboli viridario, prope portam urbis, Octobri menſe.

11. Coralloides album, ramulis bifurcatis, tenuioribus, longis. *Coralloides ramis longioribus præditum Barr. Icon.* 1280. In eodem viridario per omnes ſylvas juxta urbis mœnia, Novembri menſe.

12. Coralloides ramoſum, ex rufo carneum, platyceron, ſeu latis cornibus, apicibus brevioribus Tab. 88. fig. 3. Cum ſuperioribus, in omnibus ſylvulis Piſcinam ambientibus, necnon per Scandiccium altum, in ſylva aucuparia D. Marchionis de Niccolinis, eodem menſe.

13. Coralloides rufescens, corniculis tenuioribus, bifidis Tab. 88. fig 1. In viridario Boboli jam dicto, necnon per Scandiccium altum in querceto Abbatiæ Florentinæ, Octobri, atque Novembri mensibus.

14. Coralloides parvum, cristatum, rugosum, & verrucosum, album Tab. 88. fig. 6. In ilicetis Pisas inter, & Liburnum, temporibus prædictis.

15. Coralloides parvum, gelatinosum, cæruleum. In Vallis-Umbrosæ nemoribus, semiputridis, & tabidis lignis adnascens.

16. Coralloides luteum, parvum, Juniperi caudicibus adnascens Tab. 88. fig. 5. *An Fungi Juniperini Martii, seu spongiolæ ad ramorum exortus frequentes Flor. Aldorf? Ditola di Ginepro.* Prope Ecclesiam Casiniani, ad Juniperos, mense Novembri.

17. Coralloides minimum, capillare, dilute violaceum. In Boboli viridario per sylvam aucupariam prope locum ad Trutas servandas, Octobri mense.

Coralloides dicitur quasi planta ad Corallum accedens.

BYSSUS.

Tab. 89. *&* 90. Byssus est plantæ genus, a præcedenti distinctum, quod meris filamentis cylindricis, aut ramosis A, aut non ramosis B, aut utriusque formæ C, constat. Ex his filamentis prout diversas species perlustraveris, quædam longa A ß, quædam breviora D, quædam etiam brevissima E reperies. Differt quoque a Conferva, quod eadem filamenta, neque recentia, neque exsiccata ullis externis nodis F aspera appareant; a Botryte vero, quod diuturnior sit, neque fugacis adeo naturæ, & quod ejus semina spicatim, vel racematim disposita non appareant, sed secundum caulículorum longitudinem G locata. Quædam ex his plantis coriacea, quædam herbacea substantia donantur. Plures sericorum filamentorum congeriem, ut Conferva, referunt, aliæ taperem, aut villosum sericum, aliæ murinam, vel felinam pellem, aliæ ovinum vellus, feltrum aliæ, vel pannum, quædam demum aranearum telam eleganter simulant, quemadmodum in iconibus tabularum patet. Semina, quæ in quibusdam videre contigit, vel rotunda apparebant, vel oblonga.

Byssi species sunt.

1. Byssus *maritima, Confervoides, ramosa, viridis, sericum referens Tab. 89.* fig. 1. In litore maris ad *Caietam, præsertim Molam versus, Majo mense, & Junio*, abunde oritur.

2. Byssus palustris, Confervoides, non ramosa, viridis, filamentis crassioribus, setas aprinas æmulantibus Tab. 89. fig. 6. *An Conferva Plinii, setis porcinis similis Mer. Pin. & Raii Synopf. ed. 3. 58. n. 5?* Prope Pisas, in aquosis foveis, secus viam, ad locum *le Cascine* ducentem.

3. Byssus palustris, Confervoides, non ramosa, viridis, sericum referens, filamentis longis, tenuissimis Tab. 89. fig. 7. In agro Florentino, multis in locis, ut inter urbem, & Regiam villam vulgo *il Poggio a Cajano*.

4. Byssus minima, saxatilis, aurea, inodora, filamentis partim simplicibus, partim ramosis Tab. 89. fig. 2. *Byssus aurea, Derbiensis, humifusa Petiv. Gazoph. Decad. V. n. 122. Tab. 10. n. 3. Raii Synopf. ed. 3. 56. n. 6. Muscus croceus, saxigena, holosericum referens, seu Byssus petræa Ejusd. ed. 2. 40. n. 2. Lapis crinitus Rar. Mus. Besl. Tab. XXXVI.* Hyberno tempore, multis in locis circa Florentiam, ut in rimis, & cavernulis super ingentia, & tartarea saxa, prope stabulum vaccarum Domini Marchionis de Castilionis, sicut etiam in lapidosis per Imprunetæ colles, veluti juxta Molendinum vulgo *Nalbi*; crescit insuper per montem Ferratum, & per Falteronæ juga: a Londino quoque a Domino Sherardio habuimus.

5. Byssus Germanica, minima, saxatilis, aurea, Violæ Martiæ odorem spirans Tab. 89. fig. 3. *Herbula muscosa, Violæ odorem spirans Agric. de Nat. Foss. lib. V. Jolithos, seu lapis violaceus* (herbula potius) *Schwenck. de Foss. Sil. 382. Lapis Aldenbergensis odoris violacei Rar. Mus. Besl. Tab. XXIX.* Per Saxoniam, Bohemiam, Silesiam, atque Borussiam, variis in locis invenimus. 6. Bys-

6. Byſſus minima, cinerea, tenuiſſima, plerumque non ramoſa, inodora, baſi ſeu carne craſſiore, junioribus arboribus ima parte, terræ proxima, innaſcens, eamque conveſtiens Tab. 89. fig. 4. *An Byſſus pulverulenta, violacea, lignis adnaſcens Raii Synopſ. ed. 3. 56. num. 3? Fungus violaceus, herpetis modo irrepens lignis Ejusd. ed. 2. App. 336.* In viridario Boboli variis in locis, & potiſſimum circa Labyrinthum novum.

7. Byſſus terreſtris, viridis, herbacea, & molliſſima, filamentis ramoſis, & non ramoſis Tab. 89. fig 5. *An Byſſus tenerrima, viridis, vellutum referens Raii Synopſ. ed. 3. 56. n. 1?* Verno tempore, in hortis ad umbras, necnon ad ſepes, & circa foſſas udas, & ſtillicidia.

8. Byſſus minima, paluſtris, obſcura, craſſioribus filamentis, plerumque ſimplicibus Tab. 89. fig. 8. Juxta pontem Montis Boni, per ſtillicidia, & ſcaturigines ſecus rivulum vulgariter *il Borro di Rimari*, necnon per Imprunetæ colles, in ruderibus Molendini nuncupati *Nalbi*.

9. Byſſus major, ſpeluncis, & cellis vinariis innaſcens, latiſſima, primum alba, deinde aurea, poſtea fulva, filamentis craſſioribus, & longioribus, fiſſilibus Tab. 90. fig. 1. *An Byſſus arborea, barbata, fulvi coloris Raii Synopſ. ed. 3. 57. n. 9. Pſeudoſpongia fungoides, fulva, lignis adnaſcens Ejuſd. ed. 2. App. 334. Fungus ſetaceus Bocc. Muſ. Part. 1. Tab. 303. fig. 6?* In ſpeluncis, & ferri fodinæ fornicibus, non procul a Seravitia in Etruria, præſertim in monte vulgo *di Stazzema*. Gignitur etiam in fornicibus cellarum vinariarum, quæ diu clauſæ nullo ſpiraculo gaudent, quandoque etiam in tubis, & canalibus ligneis, aquam ducentibus, invenitur.

10. Byſſus latiſſima, ſpeluncis, & cellis vinariis innaſcens, feltrum, vel pannum laneum ſimulans, primum alba, deinde nigra, filamentis tenuiſſimis, non ramoſis Tab. 89. fig. 9. *An Fungus ſpongioſus, niger, reticulatus, doliolis vinoſis adnaſcens Raii Synopſ. ed. 2. 18. n. 37. & ed. 3. 57. n. 10. Fungus ſpongioſus, niger, pannum laneum textura ſimulans, doliolis vinoſis adnaſcens Pluk. Alm. 164?* Oritur in iiſdem locis, in quibus antecedens.

11. Byſſus ſericea, fulva, perelegans, tenuiſſima, & ramoſiſſima, rimis terræ innaſcens, & glebas circumveſtiens Tab. 90. fig. 4. Per viridarium Boboli, in aggeroſis locis, veluti ante pratulum Officinæ Aromatariæ.

12. Byſſus purpurea, delicatiſſima, arborum corticibus adnaſcens, breviſſimis, ac tenuiſſimis filamentis Tab. 90. fig. 3. *An Byſſus pulverulenta, violacea, lignis adnaſcens Raii Synopſ. ed. 3. 56. n. 3?* Autumnali, atque Brumali tempore, in ilicum corticibus per viridarium ſupradictum, & præſertim ante oſtium cellæ vinariæ.

13. Byſſus ſubpurpurea, lichenis facie, lauri caudicibus conſtanter innaſcens, filamentis breviſſimis invicem implexis, & colligatis Tab. 90. fig. 2. In ſylvis ad lauros copioſiſsima.

14 Byſſus paluſtris, ſubobſcura, filamentis non ramoſis, brevibus Tab. 89. fig. 10. In aquis calidis Montis Grotti, non longe a Patavio.

15. Byſſus aquatica, tenuiſsima, atro-virens, pellem murinam referens, breviſſimis, & ſimplicibus filamentis Tab. 89. fig. 11. Brumali tempore, in canali, ſeu aquæductu horti medici noſtri.

16. Byſſus ſericea, ex viridi nigricans, filamentis brevibus, partim bifidis, partim integris Tab. 90 fig. 9. Per ſupradictum viridarium, & ad quercus, ſecus viam a Carthuſianorum Cœnobio ad Montem Bonum ducentem, & alibi circa urbem.

17. Byſſus ſulphurea, lichenis facie, tenuiſsima, ac denſiſsima, feltrum, & pannum laneum textura ſimulans Tab. 90. fig. 6. In eodem viridario paulo ante vivarium vulgo *del Forcone*, Julio menſe, ad ilices.

18. Byſſus ceſpitoſa, nigra, filamentis ramoſis, & non ramoſis Tab. 90. fig. 7. Ad arbores per ſylvam aucupariam, qua initium rivuli Vingonis tegitur prope rus DD. de Puccis, in Caſiniani Paroecia.

19. Byſſus minima, cærulea, non ramoſa, muſco innaſcens Tab. 90. fig. 8. Per viridarium Boboli, ut in ſylvulis ante cellam vinariam ſupradictam ad ſaxa ſupra muſcos ſquamoſos, Martio, & Aprili menſe viget.

20. Byſſus minima, ſaxatilis, nigra, ramoſiſſima, viticulis nudis Tab 90. fig. 5. In collibus ſterilioribus Impruneta, ad ſaxa, Januario, & Februario menſibus oritur.

Byſſus vocatur, quia cum latius plerumque ſe diffundat, byſſinam, latamque telam repræſentat.

BOTRYTIS.

Tab. 91. BOTRYTIS eſt plantæ genus, a Byſſo dumtaxat diſcretum vitæ brevitate, & ſeminum racematim A, vel ſpicatim B, in cauliculorum, vel ramorum ſummo, conſtanti diſpoſitione.

Botrytidis ſpecies ſunt.

1. Botrytis comata, griſea, caule ſimplici, craſsiore, ſeminibus rotundis Tab. 91. fig. 1. *Muffa grigia, arborea.* Per ſemitas ſecus magnum ambulacrum Regiæ ſuburbanæ villæ, ad marcida, & ſemiputrida ligna, & tritici culmos, tempore brumali, non raro invenitur.

2. Botrytis non ramoſa, alba, ſeminibus rotundis Tab. 91. fig. 3. *Muffa bianca, col ſeme a grappoli.* Omnium vulgatiſſima eſt, & in quibuſcumque corporibus, dum corrumpuntur, invenitur.

3. Botrytis ramoſa, cinerea, ſeminibus rotundis Tab. 91. fig. 2. *An Fungus bombycinus, murini coloris, e ſimo felino, tenuiſſimis capitulis D. Pluk. Alm. & Mor. Hiſt. Oxon. part. 3. ſect. 15. 641. n. 6?* Eodem loco, quo ſuperior, oritur.

4. Botrytis ſpicata, griſea, ſeminibus rotundis Tab. 91. fig. 4. *An Byſſus pulverulenta, incana, farinæ inſtar ſtrata Raii Synopſ. ed. 3. 56. n. 2? Muffa terreſtre, grigia, ſpigata.* Septembri menſe, in horto ſimplicium Societatis noſtræ, variis in locis ad umbram, præſertim per ambulacra, fornicibus tecta.

Botrytis dicitur a voce Græca βότρυς racemus, ideſt racemoſa, nam in hac planta ſemina racematim naſcuntur.

Quod vero ad ſerendi, & ſeminum vegetationem ſpectandi rationem attinet, tam in hoc plantarum genere, quam in proxime deſcripto, eadem uſuveniunt, quæ in obſervationibus pag. 137. 138. & 139. expoſitis memoravimus; lectoris proinde tædio parcentibus iterum hic minime repetenda.

ASPERGILLUS.

Tab. 91. ASPERGILLUS eſt plantæ genus, a duobus ſupra memoratis diverſum, ſeminum diſpoſitione. Ea enim vel rotunda A, vel ovata B ſemper deprehendimus, quæ in longa, recta, ac nodoſa filamenta nectuntur C, quæ filamenta in quibusdam plantis rotundæ placentæ D, vel ſubrotundæ E inhærent: in aliis vero nudi caulis ſummo F, vel ramulis G abſque ulla placenta, affiguntur in modum ſpicarum graminis dactyloidis. Eadem hæc filamenta ob maturitatem ſponte decidunt, quo tempore ſemina etiam invicem disjunguntur, veluti A, B.

Aſpergilli ſpecies ſunt.

1 Aſpergillus capitatus, capitulo glauco, ſeminibus rotundis Tab. 91. fig. 1. *Muffa turchina, gambata.* In Mali Limonii, atque Cidonii, & Pyri, nec non in Cucurbitæ fruſtulis, & aliis ſimilibus ſemiputridis rebus oriri plerumque ſolet.

2. Aſpergillus capitatus, capitulo aureo, ſeminibus rotundis. *Muffa dorata, gambata.* Cum antedicto, ſed rariſſime invenitur.

3. Aſpergillus capitatus, capitulo pullo, ſeminibus rotundis. *Muffa nera, gambata.* Ubi ſupra memorati reperitur.

4. Aſper-

4. Aſpergillus capitatus, omnium minimus, albus, ſeminibus ovatis Tab. 91. fig. 2. *Muffa gambata, minore, bianca*. Per cellas vinarias in vaſis vitrei veſte.

5. Aſpergillus ceſpitoſus, denſiſſimus, initio niveus, deinde aureus, ſeminibus ovatis Tab. 91. fig. 5. *Muffa dorata, ſenza gambo*. Decembri menſe, in ericetis montoſis Caſiniani, aliiſque ſimilibus locis, & per Regium viridarium Boboli, ad arborum radices, in earundem cavernulis.

6. Aſpergillus niveus, ceſpitoſus, ſeminibus rotundis Tab. 91. fig. 7. *Muffa bianca, minore, ſenza gambo*. Decembri menſe, poſt diuturnas pluvias, in iligni corticis rimis, per ambulacrum Regiæ ſuburbanæ villæ.

7. Aſpergillus ceſpitoſus, ex obſcuro nigricans, ſeminibus ovatis Tab. 91. fig. 6.* *Muffa nera, ſenza gambo*. Toto anno viget in aſſeribus, quibus cancelli contexuntur, & ad ligneas columnas, in Regio viridario Boboli.

8. Aſpergillus albus, tenuiſſimus, graminis dactyloidis facie, ſeminibus rotundis Tab. 91. fig. 3. *Muffa bianca a diſciplina, o a foggia di gramigna ſanguinella*. In dimidiato, & ſemiputrido Malo Limonio dumtaxat eum vidimus.

9. Aſpergillus terreſtris, ceſpitoſus, ac ramoſus, albus Tab. 91. fig. 4. *Muffa bianca, terreſtre, ramoſa*. Junio menſe, in Regio viridario ſupramemorato.

Aſpergillus dicitur a forma aſperſorii, quo in Sacris utimur, quam præſefert.

PUCCINIA.

PUCCINIA eſt plantæ genus, vel ſimplex A, vel ramoſum B, tenuiſſimis, & ſericeis filamentis C, horizontaliter, quemadmodum in clava Tiphina, diſpoſitis D, conſtans. Qua vero ratione filamenta hæc, in centro plantæ E, connexa ſint, ob plantæ exiguitatem, oculus ne optico quidem vitro armatus diſcernere valuit. Eadem de cauſſa liquido nondum conſtitit an ſemina, quæ filamentorum ſummo adhærent F, tenui membrana conveſtiantur, an vero eadem deſtituta ſint. Primæ ſpeciei plantæ, quæ adhærent trunco *Cedri folio Cupreſſi C. B.* naturali magnitudine expreſſæ ſunt; ſecundæ vero ſpeciei quadruplo majores, ope microſcopii, quemadmodum & alia omnia, quæ eadem Tabula ob oculos ponuntur. *Tab. 92.*

Pucciniæ ſpecies ſunt.

1. Puccinia non ramoſa, major, pyramidata Tab. 92 fig. 1. Menſe Martio, in Hoſtienſi litore, ſuper juniperos, & cedros ſemivivas tantummodo, eam obſervavimus.

2. Puccinia ramoſa, bifurcata, omnium minima, candidiſſima, pruinam referens Tab. 92. fig. 2. Octobri menſe, per viridarium Boboli, ſuper dejecta & putrida ligna ſemel vidimus.

Hujuſce plantæ nomen grati animi monumentum eſſe voluimus erga Thomam Pucciniun Patricium Piſtorienſem, publicum in Florentino Lyceo Philoſophiæ, & in Divæ Mariæ Novæ Noſocomio Anatomes Profeſſorem, qui celeberrimo Laurentio Bellinio præceptore uſus, & amico, eximius apud nos medicus, paucis ante annis omnibus bonis, ac præcipue literarum, & artium cultoribus flebilis, occidit.

DISTRIBUTIO IV.

Plantæ ſimpliciſſimæ, ſeminibus interna parte donatæ.

CLATHRUS.

CLATHRUS eſt plantæ genus ſubrotundum, & quaſi turbinatum A, clathri, aut retis inſtar feneſtratum, ac marſupii more cavum, quod antequam e volva emergat B B, maſſam quamdam in ſinu ſuo C fovet, quæ conſtat partim, ex puriore glutine D, partim ex griſea ſubobſcura materia E, veluti farina leviter madefacta, *Tab. 93.*

ac va-

ac valide ſubacta, ſeminibus minutiſſimis F infecta, quæ dum Clathrus extra volvam G egreditur, & ſeſe explicat, in olidiſſimum liquorem colliqueſcit, & guttatim fluit H.

Liquor hic in aquam immiſſus ſemina deponit, ut in Phallo tradidimus. Corpuſcula, quæ ad literam I ſunt expreſſa, demonſtrant plantulas juniores e ſeminibus hujus generis recenter enatas, præſertim ultimum, quod ſemine vix eſt majus.

Clathri ſpecies ſunt.

1. Clathrus ruber Tab. 93. *Boletus cancellatus, purpureus Inſt. R. H. 561. Fungus rotundus, cancellatus C. B. Pin. 375. Fungus pannis laceris ſimilis, igneus Ejuſdem 372. Fungus, quem ignem ſylveſtrem vocant Cæſalp. 619. Fungus Coralloides, cancellatus Cluſ. Hiſt. App. alt. Auct. Lupi crepitus, vulgo Veſcia Col. part. 1. 336. Fungus pro capitulo laminam longam, latam, multipliciter laciniatam, & convolutam, intus punctis rubris, creberrimis pictam emittens, calyce ſquamoſo exceptam Raii Hiſt. Tom. 3. 25. Boletus ramoſus, coralloides, fœtidus Comm. Ac. R. Sc. An. 1713. pag. 92. Fuoco ſalvatico roſſo.* Majo, Novembri, atque Decembri menſibus, in arundinetis, & ad ſepes, necnon in vepretis, non raro oritur.

2. Clathrus albus. *Fungus pro capitulo laminam longam, latam, multipliciter laciniatam, & convolutam, albam intus, punctis nigris creberrimis pictam, emittens, calyce ſquamoſo exceptam Raii Hiſt. Tom 2. 25. Fuoco ſalvatico, bianco.* In iisdem fere locis cum antecedenti, ſed rariſſime occurrit.

3. Clathrus flaveſcens. *Boletus cancellatus Inſt. R. H. 561. Fungus Coralloides cancellatus, flaveſcens Barr. Ic. 1265. Fuoco ſalvatico, giallo.* Eum adhuc non vidimus.

Clathri nomen his plantis indidimus, quod ea clathratæ, ac cancellatæ, retis, aut ferratæ feneſtræ inſtar appareant.

CLATHROIDES.

Tab. 94. CLATHROIDES eſt plantæ genus, antequam e volva emergat rotundum A, vel turbinatum B, ubi vero extra eam C prodiit, ellipticum D. Id cavum non eſt, uti Clathrus, ſed miris modis contextum undique argutiſſime inſtar retis, in cujus unoquoque intervallo E rotunda, & arida ſemina G acervatim continentur. Literæ A, B, D, E demonſtrant plantas integras, & diſſectas, ope microſcopii naturali forma majores, litera vero H plantas volva incluſas naturali ſua magnitudine, quemadmodum litera I eas, quæ e volva dudum prodierunt.

Clathroidis ſpecies ſunt.

1. Clathroides purpureum, pediculo donatum Tab. 94. fig. 1. *Fungo Filongrana.* Majo, Junio, Decembri, Januario, & Februario menſibus, in Scandicci alti nemoribus, præſertim in iliceto D. Marchionis de Niccolinis, necnon in Regio viridario Boboli, tum in ſylvula juxta locum pro ſervandis Truttis, tum etiam prope cellam vinariam.

2. Clathroides purpureum, pediculo carens Tab. 94. fig. 2. In emortuis lignis per ſylvas inter Juguli, & Caſiniani Eccleſias, tempore prædicto.

3. Clathroides flaveſcens, pediculo carens. Putridis lignis, poſt pluvias Auguſto, atque Septembri menſibus, per hortum Societatis Botanicæ Florentinæ innaſci ſolet.

Clathroides dicitur, quaſi planta ad Clathrum accedens.

CLATHROIDASTRUM.

Tab. 94. CLATHROIDASTRUM eſt plantæ genus A, a Clathroide diverſum, non modo volva, a qua prodit, difficulter ſpectabili, & valde fugaci, verum etiam quod cauliculo, quo medium trajicitur ab imo ad ſummum, inſtructum ſit, ut recte conſpicitur in planta integra B, & dimidiata C vitri optici ope inſigniter aucta. Vera autem plantæ magnitudo ea eſt, quæ figura DD repræſentatur, quam figura AA paulo ampliatam vides.

Cla-

Clathroidaſtri ſpecies ſunt.

1. Clathroidaſtrum obſcurum, majus Tab. 74. fig. 1. Per Campoclarenſem agrum, menſe Junio, in ligni putridi cavernulis.

2. Clathroidaſtrum obſcurum, minus Tab. 94. fig. 2. In horto ſimplicium Societatis noſtræ, ad palos, & columnas, menſe Januario.

Clathroidaſtrum dicitur quaſi planta ad Clathroides accedens.

MUCOR.

MUCOR eſt plantæ genus rotundum DE, cujus nonnullæ ſpecies pediculo ſunt donatæ F, ideoque aciculæ formam præſeferunt, aliæ eodem pediculo deſtituuntur E. Omnes diſrumpuntur inordinate G, & ſingulari cavitate donantur H, in qua nidulantur rotunda, & minutiſſima ſemina I, placentæ K affixa, uti per microſcopium luculenter apparet. *Tab. 95.*

Mucores pediculo donati.

MUCOR vulgaris, capitulo lucido, per maturitatem nigro, pediculo griſeo Tab. 95. fig. 1. *Mucedo capitulo diaphano, deinde viridi, & poſtremo nigro Malp. de plant. in aliis veget Tab. XXIIX. fig. A B. 1. An Fungus capillatus, pendulus Petiv. Gazoph. Tab. 72. fig. 13. Muffa nera.* Hujus Icon eleganter videtur expreſſa, & a microſcopio, & ab arte longe ampliata apud Robertum Hook in ſua Micrographia ſchemate 12. fig. 1. necnon apud Sterbeek in Theat. ſuo Fungor. pag. 289. Tab. 31. Reperitur ſuper iiſdem corporibus, in quibus Aſpergillum, & Botrytem naſci tradidimus.

2. Mucor albus, minimus Tab. 95. fig. 2. *Muffa minore, bianca.* In fimi equini tumulis, ſuper culmi triticei fragmentis, Novembri, atque Decembri menſibus plerumque.

Mucores pediculo carentes

MUCOR globoſus, lactis coagulati candorem, & ſubſtantiam æmulans Tab. 95. fig. 3. Novembri menſe, in ſaltu Montis Senarii, ſuper detruncato, & ſemiputrido Abjetis caudice.

4. Mucor minimus, ceſpitoſus, candidus Tab. 95. fig. 4. *Muffa a ceſpi bianca.* Novembri menſe, in agris circa Regiam villam, & in horto noſtro Societatis Botanicæ, ſuper ſemiputridis culmi triticei tumulis.

Quod ad rationem Plantas haſce ſerendi, earumque ortum ſpectandi attinet, conſuli debent Obſervationes pag. 137. 138. 139. dudum expoſitæ, ad quas pertinent Icones literis A B C ſignatæ.

Mucor, ab Etruſcis dicitur Muffa, *cujus vernaculæ vocis etymon, forte a Græca voce Mephiti ortum ducit, quæ fetorem ſonat; nam planta hæc, dum in locis provenit clauſis, ad quæ ſolares radii non pertingant, ut in cellis vinariis, aut doliis, male olentem ſpirat odorem, quem iidem Etruſci peculiari nomine vocant* Tanfo. ἀπὸ τῦ τάφου, *ideſt Sepulchro, cui ſimile quid olet.*

LYCOGALA.

LYCOGALA eſt plantæ genus, vel rotundum A, vel ſubrotundum B, aut reniforme C, cortice ſingulari donatum, interna parte reticulatum D, ac craſſiori humore repletum, qui vulnerata planta guttatim diffluit E, in quo continentur rotunda, & minutiſſima ſemina F, quæ tamen plantâ, atque intus concluſo humore pingui, exiccatis, melius conſpiciuntur. *Tab. 95.*

Lycogalæ ſpecies ſunt.

1. Ly-

1. Lycogala griſeum, majus Tab. 95. fig. 1. *Veſcia lattajola, grigia di quercia*, Novembri menſe, in quercuum caudicibus, ſpeciatim per Scandicci alti territorium.

2. Lycogala globoſum, grani piſi magnitudine, æris recocti colore Tab. 95. fig. 2. *An Fungus coccineus, minimus, capite ſphærico, liquore flaveſcente repleto Raii Synopſ. ed. 2. 336? Veſcia lattajola roſſa, di albero*. In horto Societatis Botanicæ, Septembri, atque Februario menſibus, ad ligna uda, atque ſemiputrida.

3. Lycogala globoſum, rubrum, grani panici magnitudine, & forma Tab. 95. fig. 3. Octobri menſe, Piſas inter, & Liburnum, ad ſubera.

4. Lycogala luteum, omnium minimum, reniforme Tab. 95. fig. 4. In viridario Boboli, ad dejectarum arborum truncos ſemiputridos.

5. Lycogala terreſtre, ceſpitoſum, æris recocti colore Tab. 95. fig. 5. *Veſcia lattajola roſſa, terreſtre*. In tumulis terræ ad montanos agros fæcundandos ſparſim aggeſtis, atque excoctis igne vepribus, ac geniſtis immiſſo, ad triticum, vel ſecalem ſerendam; ruſtici noſtrates *fornelli* vocant, Septembri, atque Octobri menſibus.

Lycogala dicitur a vocibus Græcis λύκος, *Lupus*, & γάλα, *lac*, *quaſi diceretur, lac lupinum*.

MUCILAGO.

Tab. 96. MUCILAGO eſt plantæ genus, veluti A. B. C. D. quod recens muco, aut mucilagini ex variis rebus conflatæ adeo ſimile eſt, ut primo intuitu, una, eademque res eſſe videatur. Præcipue vero planta illa, quæ ſub figura 2. extat, non modo ſubſtantia, quod omnibus quidem ſolemne eſt, ſed figura quoque ipſa mucum egregie ſimulat. Hoc igitur plantæ genus ſingulari cortice munitur E, qui per areſcentiam in furfurem F paulatim omnino reſolvitur. Subſtantia autem in prima ſpecie, membranulis tenuiſſimis G interrupta, & tamquam in cellulas ſubdiviſa H, in aliis nequaquam I quantum quidem videre licuit, in omnibus vero conſtat ex ſeminibus minutiſſimis K, filamentis invicem connexis L, tamquam placentæ alligatis.

Mucilaginis ſpecies ſunt.

1. Mucilago æſtiva, rufeſcens, hemiſphæroidea, caudicibus arborum innaſcens Tab. 96. fig. 1. In arborum corticibus æſtivo tempore.

2. Mucilago cruſtacea, alba Tab. 96. fig. 2. *Moccicaglia*. In pratis, & nemoribus, variis quiſquilis innaſcens, Brumali tempore.

3. Mucilago alba, ramoſa, radices arborum fibroſas ſimulans Tab. 96. fig. 3. Octobri, atque Novembri menſe, per viridarium Boboli in arborum cæſuris, & potiſſimum ilicibus, & lauris,

4. Mucilago minima, clavæ effigie, lacteum candorem ſimulans, pediculo donata Tab. 96. fig. 4. Aprili menſe, per ſylvam Montis Senarii, & brumali tempore, per viridarium Boboli multis in locis, & non longe a Liburno ſecus rivulum, vulgo *l' Ardenza*.

5. Mucilago minima, fungelli effigie, primum rufa, poſtea cinerea Tab. 96. fig. 5. Autumnali tempore, in agris ſecus magnum ambulacrum, vulgo *lo ſtradone dell' Imperiale*, in fimi equini aggeſtis.

6. Mucilago minima, non cruſtacea, alba, grani panici magnitudine, & forma Tab. 96. fig. 7. In foliis ſemiputridis, necnon in cupreſſuum, & ilicum ſtipitibus, tum per magnum ambulacrum Regiæ ſuburbanæ villæ, Decembri menſe.

7. Mucilago minima, cruſtacea, alba, capſulis grani panici magnitudine, & forma, denſe poſitis Tab. 96. fig. 6. Per ſupradictum viridarium, ſuper ſemiputrida arborum folia, brumali tempore.

8. Mucilago alba, cruſtacea, capſulis inter ſe longe diſtantibus Tab. 96. fig. 8. Creſcit eodem loco, eodemque tempore, & in conſimilibus rebus reperitur.

9. Mu-

9. Mucilago cruſtacea, colore plumbeo, elegantiſſimo, capſulis minimis, denſiſſimis Tab. 96. fig. 9. In eodem fere loco, quo tres antecedentes, & præſertim in ſylvulis ſuper Amphitheatrum ad meridiem, Majo menſe.

Mucilago dicitur quaſi planta ad Mucum, accedens.

LYCOPERDON.

LYCOPERDON eſt plantæ genus, plerumque rotundum, interdum ſubrotundum, vel pyriforme, pariterque vel pediculo donatum, vel deſtitutum; tribus, ut plurimum corticibus A, B, C inſtructum, quorum primus a ſecundo aperte ſejungitur, & vel in membranaceas portiunculas, modo amplas DD, modo parvas EE, vel in aculeos ſive craſſos ſive tenues FFF reſolvitur. Secundus autem B B a tertio C C in nonnullis ſpeciebus invicem manifeſte dirimitur, in quibusdam vero non ita clare apparet. Tertius cortex C a pulpa, ſeu carne H non divellitur niſi alterutrius laceratione veluti G. Eſt verò hujuſmodi pulpa magis, minuſve ſpongioſa, & in duas dividitur ſubſtantias H, I, natura clare diſtinctas; quæ inferiorem locum I occupat, nullam ſubit mutationem, diuque permanet, altera, quæ ſuperiorem H, per maturitatem, partim in filamenta K, partim in vix conſpicua ſemina L citiſſime reſolvitur. Utraque partim per foramen in ſummo hians M, in auras abeunt N, partim interno parieti O, in velleris ſpeciem firmata remanent. *Tab. 97.*

Lycoperda pediculo, vel altiori baſe donata.

LYCOPERDON album, totum aculeatum, altiori baſe donatum Tab. 97. fig. 1. *Veſcia gambata, bianca, tutta ſpinoſa, di Mugello.* Majo menſe, & Autumno, in ericetis, & caſtanetis, variis in locis, unde ad urbanum forum deportatur.

2. Lycoperdon album, aculeatum, baſi altiori, criſpa, & nonnihil aſpera. In iisdem fere locis cum antecedente, & in foro pariter venditur.

3. Lycoperdon griſeum, hirſute aſperum, breviori baſe. Ubi duo antecedentia, & in foro eodem modo venale proſtat.

4. Lycoperdon album, lanuginoſum, corticem primarium manifeſte exuens Tab. 97. fig. 2. *Veſcia bianca, buona, che butta manifeſtamente la ſcorza.* Septembri menſe, per viridarium Boboli.

5. Lycoperdon album, coniforme, altiori baſi inſidens, totum aſperum. Vere, & Autumno in ſylvis, & dumetis, necnon in paſcuis abunde oritur.

6. Lycoperdon album, aſperum, leviter faſtigiatum, baſi altiori, & criſpa donatum. *An Lycoperdon excipuli chimici forma Inſt. R. H. 564. Bot. Pariſ. 122. Tab. 12. fig. 15?* Per viridarium ſupra memoratum, & præſertim in ſylvula aucuparia, prope locum ad Truttas ſervandas.

7. Lycoperdon album, cordis effigie, tranſverſe poſitum, pediculo brevi donatum. In horto medico noſtro, Octobri menſe, tantum vidimus.

8. Lycoperdon parvum, ſubaſperum, pyri inverſi forma, obſcurum. Inter pinus, & populos, per locum vulgo *le Caſcine*.

9. Lycoperdon parvum, album, clavatum, aculeis quadrilateris, & quadripartitis aſperum. *An Lycoperdon minimum, verrucoſum Inſt. R. H. 564. Bot. Par. 122. Tab. 12. fig. 16?* In ſylvulis Boboli, veluti circa labyrinthum veterem, & novum, menſe Septembri.

10. Lycoperdon (album, mammoſum) Pariſienſe, minimum, pediculo donatum Inſt. R. H 563. Tab. 331. E F *Veſcia gambata, piccola, cattiva.* Januario, & Februario menſibus, in ſylvoſis locis, necnon ad ſepes, vepres, ac agrorum limites, & in muſcoſis locis paſſim.

Supramemoratam, ut & proxime insequentem plantam, ante seminis maturitatem nobis datum non fuit oculis usurpare. Verum rem totam perpendenti verisimillimum fit, eas, ubi e terra prodeunt, ad maturitatem dudum perductas esse. Ideo cum ad generis hujus plantas suo ordine collocandas necessum habuerimus, eas ante seminis maturitatem penitus introspicere, quod nonnisi aliqua cum difficultate contingit, non adhuc pro certo habemus, an ad hoc genus referendæ sint, an potius novum constituere censeri debeant, præsertim quum vertice in tubulum quemdam, ut ad literam P patet, desinant, quod in aliis hujus generis plantis est inusitatum. Interim certi sumus eas ad nullum insequentium generum proprie pertinere.

11. Lycoperdon album, mammosum, pediculo longo, & veluti squamoso, ac fistuloso donatum Tab. 97. fig. 7. *Vescia gambata, cattiva, di gambo come scaglioso.* Mense Septembri, in sepibus, secus viam publicam, quæ a templo D. Mariæ, vulgo *la Madonna della Quercia*, ad D. Dominici Cœnobium ducit.

12. Lycoperdon omnium minimum, album, unguibus equinis putrescentibus innascens Tab. 97. fig. 8. *An Fungi parvi, globosi, ex ungue equino putrescente enati Raii Synopf. ed. 3. 13. num. 15. Tab. 1. fig. 3?* Decembri mense, extra urbem nostram, ad ripam Arni, in loco ubi equos jugulant, atque excoriant, nuncupato *la Sardigna*.

Lycoperda absque pediculo, vel nulla basi donata.

LYCOPERDON esculentum, majus, subobscurum, & subasperum. *Vescia maggiore, bigia, buona da friggere.* Vere, & Autumno, in montosis ericetis, & ab ericetariis, junco transfixum ad urbem venum portatur.

2. Lycoperdon niveum, sphæricum, superficie in areolas adamantis instar dissecta, ac distributa Inst. R. H. 564. *Fungus carnosus, niveus, globosus, adamantinus, in montibus Feltrinis Bocc. Muf. Part. 1. Tab. 306. Vescia maggiore, bianca, da friggere, colla scorza affaccettata.* Cum supradicto.

3. Lycoperdon esculentum, obscurum, echinis quadrangularibus, & quadripartitis insignitum Tab. 97. fig. 5. *Vescia scura, buona, spinosa di Mugello.* Ibidem provenit.

4. Lycoperdon esculentum, nitidum, molle, albo-cervinum, radicibus crassioribus præditum. Extra portam a Cruce nuncupatam, in prædiolo, vulgo *la Loggetta*, Septembri mense.

5. Lycoperdon turbinatum, leucophæum, aculeis simplicibus, & rigidiusculis exasperatum. Per viridarium Boboli, in sylva juxta locum ad servandas Truttas.

6. Lycoperdon album, globosum, nitidum, esculentum. Autumnali tempore, in ericetis montosis, ut per Casiniani Paroeciam, & alibi, & in foro venale prostat.

7. Lycoperdon globosum, candidum, nitidum, & esculentum. Octobri mense, per Juguli Plebaniam, in loco *le Montanine* dicto.

8. Lycoperdon globosum, luteum, glabrum, & nitidum. In ericetis, & sylvis cæduis Scandicci alti, eodem mense.

9. Lycoperdon sphæricum, esculentum, cortice nitido, & nigro, pulpa alba. In areis carbonariis, variis in locis circa urbem, mense supradicto.

10. Lycoperdon globosum, album, cortice primario in stellulas elegantissimas dissecto, ac distributo Tab. 97. fig. 3. Novembri mense, in Scandicci alti sylvis.

11. Lycoperdon sphæricum, album, cortice primario in furfuraceas portiunculas abeunte Tab. 97. fig. 6. In ericetis non raro oritur, & cum reliquis congeneribus in foro venditur.

12. Lycoperdon esculentum, album, parvum, cortice primario in adamantinas cuspides veluti pentagonas, & quadripartitas secto. Majo mense, per Paroeciam Divi Martini ad Palmam, in pineto Domini Marchionis de Torrigianis.

13. Lycoperdon esculentum, hemisphæricum, griseum, villis, seu aculeis tenuissimis, non extantibus, obductum Tab. 97. fig. 4. In Juguli Plebania, loco dicto *le Montanine*, Octobri mense.

14. Lyco-

14. Lycoperdon eſculentum, obſcurum, caſtaneæ formam ſimulans. Per Scandicci alti nemora, Novembri menſe.

15. Lycoperdon eſculentum, hemiſphæricum, album, cortice primario in adamantinas cuſpides ferepentagonas ſoluto. Per ſupradictam Plebaniam, variis in locis, Autumnali tempore.

16. Lycoperdon eſculentum, album, globoſum, aculeis craſſioribus, quadrilateris, & quadripartitis munitum. *An Lycoperdon minimum, verrucoſum Inſt. R. H.* 564? Ibidem cum ſuperiore.

17. Lycoperdon ſphæricum, luteum, parvum, non aſperum. In truncis, vel aſſeribus pineis ſemiputridis, plurimis in locis.

Lycoperdon appellatur a vocibus græcis λύκος, *Lupus*, & πέδω *Pedo, crepitum ventris edo, quaſi diceres, Lupi crepitum.*

LYCOPERDOIDES.

LYCOPERDOIDES eſt plantæ genus, a Lycoperdo diſtinctum, quod unico cortice A, atque uniformi ſubſtantia B inſtructum ſit. Inſuper, quod hujuſmodi ſubſtantia ſpongioſa non ſit, ſed in nitidas, & duriuſculas cellulas C diſſecta, ac diſtributa, quarum ſingulæ glebulam D ſinu ſuo recondunt ex numeroſa congerie ſeminum E filamentis invicem implexis, & colligatis F, tamquam placentæ adhærentium conflatam. *Tab.* 98.

Lycoperdoidis ſpecies ſunt.

1. Lycoperdoides album, tinctorium, radice ampliſſima Tab. 98. fig. 1. *Veſcia lupaja*. Autumni tempore, in reſtilibus, & ſterilioribus agris, necnon in ericetis, locis montoſis plerumque, videlicet in Caſiniani, Juguli, Montis Boni, Scandicci alti, & Divi Martini ad Palmam Paroeciis, ac aliis ſimilibus locis oritur.

2. Lycoperdoides tuberoſum, ferrugineum, arrhizon, pulpa nigra Tab. 98. fig. 2. Tempore prædicto, in locis, ubi antecedens.

3. Lycoperdoides tuberoſum, flaveſcens, multiplex Tab. 98. fig. 3. In Liburnenſi agro, a Vallis Benedictæ Cœnobio non procul, ſecus rivulum dictum *la Cigna.*

Lycoperdoides dicitur quaſi planta ad Lycoperdon accedens.

LYCOPERDASTRUM.

LYCOPERDASTRUM eſt plantæ genus, a Lycoperdoide diverſum, cortice in nonnullis ſpeciebus per verticem ordinate in plures radios inſtar coronæ regiæ A, in aliis inordinate B, dehiſcente, qui tamen in omnibus eodem tempore a ſubſtantia C divellitur. Hujuſmodi ſubſtantia per cellulas non nitidas, & tenaces, ut in Lycoperdoide, ſed molles, & lanuginoſas ſubdiviſa eſt, ac diſtributa, cellulæ vero D eodem modo ſeminibus minutiſſimis E in maſſam compactis F, & filamentis pariter alligatis G replentur. Eadem ſubſtantia, ubi ſemen jam maturum dimiſit, in parvum globulum H contrahitur. *Tab.* 99.

Lycoperdaſtri ſpecies ſunt.

1. Lycoperdaſtrum rotundum, majus, leucophæum, pulpa ſordide cœrulea Tab. 99. fig. 1. *Veſcia tartufo*. In incultis, & quieſcentibus agris, necnon in ericetis, & præſertim per Scandicci alti territorium, Autumni tempore.

2. Lycoperdaſtrum leucophæum, cortice verrucoſo, pulpa ſordide cœrulea. In ſylvis Piſas inter, & Liburnum, Septembri menſe.

3. Lycoperdaſtrum obſcurum, altius radicatum, pulpa atro-purpurea, cute lacera, & in furfurem veluti ſoluta. *An Fungus Lupinus, globoſus, ſquamis fuſcis variegatus,* πολύρριζος *Bocc. Muſ. Part.* 1. *Tab.* 305. *fig.* 2? Tempore ſupra memorato, in Caſiniani, Juguli, Montis Boni, & Scandicci alti ſylvis, ut & in Boboli viridario.

6. Lycoperdaſtrum obſcurum, altius radicatum, pulpa atro-purpurea, cute lacera, veluti punctata Tab. 99. fig. 3. Septembri, atque Octobri menſibus, in iiſdem fere locis cum antecedente.

7. Lycoperdaſtrum, quod Lycoperdon e flavo vireſcens, ſquamatum Bot. Pariſ. 122. n. 4. *Lycoperdon verrucoſum, ſphæricum, pediculo donatum, e flavo rufeſcens, punctulis fuſcis aſperſum Ejuſdem Tab. XVI. n. 7. An Fungus Lupinus globoſus, luteſcens, πολύρριζος Bocc. Muſ. part. 1. Tab. 305. fig. 1?* Hoc, & ſequens, nondum vidimus.

8. Lycoperdaſtrum, quod Lycoperdon cepæ facie Bot. Par. 123. n. 13. Tab. XVI. fig. 5. 6.

9. Lycoperdaſtrum autumnale, flaveſcens, cortice tenuiori, lævi, pulpa ſordide purpurea Tab. 99. fig. 2. Menſe Octobri, in Divi Zenobii nemoribus, paulo ſupra Caſiniani Eccleſiam.

10. Lycoperdaſtrum tuberoſum, arrhizon, fulvum, cortice duriore, craſſo, & granulato, medulla ex albo purpuraſcente, ſemine nigro, craſſiore Tab. 99. fig. 4. *Tubera Cervina C. B. Pin. 376. Lob. Icon. 276. Tuberum genus, quibuſdam Cervi Boletus I. B. 3. 851.* In Bohemiæ, atque Sileſiæ ſylvis, & præcipue in valle Gigantum circa Iſeræ fluvii originem, menſe Septembri nobis primum a venatoribus demonſtratum fuit.

Ad hoc quoque genus ſpectare videtur *Fungus ſubcærulea pulpa, arillis flavis refertus Bocc. Rarior. Plant. 23.*

Lycoperdaſtrum dicitur quaſi planta ad Lycoperdon, & Lycoperdoides accedens.

GEASTER.

Tab. 100. GEASTER eſt plantæ genus rotundum, duplici cortice conſtans, quorum primus in plures radios, uſque ad baſim, ſtellæ inſtar A omnino finditur; alter vero per verticem tantum ſtellato B, vel radiato C, vel fimbriato D oſculo aperitur. Subſtantia autem a ſecundario cortice non disjungitur, & quemadmodum in Lycoperdaſtro, in lanuginoſas cellulas diſſecta eſt, ac diſtributa E, atque eodem modo ſeminibus, & filamentis donata. His notis addendum, quod hujuſmodi ſubſtantia, & ſemina per maturitatem, partim per oſculum ſupramemoratum extra plantam egrediuntur F, partim intus manent, & interno ejuſdem parieti G adhærent, ut in Lycoperdo ſupra monuimus.

Geaſtri ſpecies ſunt.

1. Geaſter major, umbilico fimbriato Tab. 100. fig. 1. *An Fungus pulverulentus, crepitus lupi dictus, coronatus, & inferne ſtellatus Raii Synopſ. ed. 3. 27. n. 11. Tab. 1. fig. 1?* Autumni tempore, in Boboli viridario per ſylvulas Inſulæ propinquas, ac eam ambientes.

2. Geaſter medius, umbilico fimbriato Tab. 100. fig. 3. *An Fungus ſtellatus, carnei coloris Bocc. Muſ. Part. 1. Tab. 305. fig. 4?* In montoſis ſylvis, & ericetis frequens.

3. Geaſter aſper, parvus, umbilico coronato, pediculo perbrevi donatus Tab. 100. fig. 2. Octobri menſe, inter cupreſſus ad imum ambulacri ruris DD. de Puccis, prope Caſiniani Eccleſiam.

4. Geaſter major, umbilico, ſeu oſculo ſtellato Tab. 100. fig. 4., & 6. Menſe Septembri, in Vallis Umbroſæ ſylvis copioſus, nec non per Imprunetæ Plebaniam, ut in Lojani cædua ſylva. Fig. 6. eadem planta jam effœcta exprimitur.

5. Geaſter medius, radiis plerumque multifidis, umbilico, ſeu ore ſtellato Tab. 100. fig. 5. *An Lycoperdon veſicarium, ſtellatum Inſt. R. H. 564. Tab. 331. fig. G. H?* In montoſis ſylvis ubique, eodem tempore viget cum prædictis.

Geaſter dicitur a Græcis vocibus γῆ terra, & ἀστὴρ ſtella, ac ſi terreſtrem ſtellam diceres.

CAR-

CARPOBOLUS.

CARPOBOLUS est plantæ genus, quod dum volva A A concluditur rotundam una cum ipsa figuram affectat B, deinde ambo ita in vertice dehiscunt, ut campanæ inversæ formam æmulentur limbo inæquali, ac dentato C D, quemadmodum inter se disjuncta spectantur ad literas E. F: Plantæ centro adhæret fructus sphæricus G G membrana H tenuissima tectus, & ex seminibus minutissimis compactus I, liquore quodam pellucido demersus, quo exhalato, Carpobolus illico ex cavo F convexus efficitur K, idque momento temporis, ea violentia, ut tormenti bellici instar fructum in altum ejaculetur L. Eo vero ejecto, convexam illam formam illico amittit, ac dimidia sui parte subsidit, quæ introrsum inflexa in alterius partis sinum adigitur M. Hæc autem omnia microscopii ope observanda sunt. *Tab.* 101.

Dum generis hujus plantas perlustraremus plura olim ligni marcidi frustula Carpobolis onusta veluti fig. 1. arcula lignea ulnam longa, dimidiam vero lata, atque alta includimus, ea vero in cubiculo nostro deposita, nocte insequente non-aliter ac talitro percussa creberrime insonuit. Reperti deinde mane fructus operculo, vel parieti undique adhærentes.

Carpoboli species sunt.

1. Carpobolus . . . . . Tab. 101. fig. 1. In Boboli per nemus supra cellam vinariam inter conservatoria glaciei super semiputrida ligna, & fructus cupressus, aliasque similes res, Autumni tempore post pluvias abunde oritur.

2. Carpobolus aureus, volva alba, fructu obscuro, seminibus subrotundis, albicantibus Tab. 101. fig. 2. In sylvis montosis veluti per Casiniani, & Juguli Parœcias, ad arborum vetustarum radices, super cariei, e trunco decidentis aggestos tumulos constanter provenit, Brumali tempore.

Carpobolus a Græcis vocibus καρπὸς *fructus*, & βάλλω *jacio*, *ac si plantam fructum ejaculantem diceres*.

TUBER.

TUBER est plantæ genus sub terra nascens, radice, caule, foliis destitutum, figura plerumque subrotunda, cortice inæquali, cuspidibus multifariam sectis, ac veluti adamantinis A aspero, & horrenti, substantia calloſa B, rimis angustissimis, anfractuosis C C C undique interrupta, ut in plura frustula, quemadmodum Nux muscata, divisa videatur, capsulis D vesicæ in morem mollibus, subrotundis, ac minutissimis ubique infecta, in quarum singulis continentur modo bina E, modo terna F, modo quaterna G, rotunda, vel subrotunda, & verrucosa semina H. Capsulæ, semina, & placentæ frustulum, quæ seorsim exhibentur in Tabula, ope microscopii grandiori forma expressa sunt. Eodem monstrante visi aliquando nobis sumus spectasse capsulas in binas partes ab invicem omnino sejunctas II, per verticem sponte sua dirimi. Hujusmodi vero capsulæ, & semina eadem fere methodo spectari debent, qua Lichenum flores pag. 73. observari monuimus. *Tab.* 102.

Tuberis species sunt,

1. Tuber brumale, pulpa obscura, odora Tab. 102. *Tubera Math.* 544. *I. R. H.* 565. *Tartufo nero di Norcia*. In Nursiæ montibus, toto hyemali tempore effoditur.

2. Tuber æstivum, pulpa subobscura, minus sapida, ac odora. *Tuber albidum Cæsalp.* 613. *Tartufo nostrale*. In Boboli viridario, atque aliis similibus locis sylvosis circa Florentiam, Julio mense, plerumque viget.

Dicta autem sunt Tubera, quasi tumores terræ, a similitudine tumorum, qui in animalium corporibus aliquando spectantur. Sunt enim prominentiæ quædam supra reliquam superficiem extantes, Græcis οἰδήματα, *ideſt tumores, & inflationes*.

CYA-

CYATHOIDES.

Tab. 102. CYATHOIDES est plantæ genus, cyathi, vel crucibuli A B C, vel scutellæ D formam repræsentans, tenui, ac coriacea substantia: dum adolescit, oris hiatus a pellicula tenuissima E tegitur, fructibus lentiformibus F interior cavitas repletur G, qui vel prope centrum, vel ad circumferentiam, brevissimo pediculo, seu umbilicali funiculo H firmantur. Fructus massa calloſa, aut glutine tenacissimo I replentur, commixto seminibus ovatis, minutissimis K, quæ ante memorati glutinis corruptionem, vel maturationem, in tertia specie perspicue, in aliis difficulter conspici possunt. Si cui vero ante glutinis corruptionem semina conspicere volupe fuerit, ei gluten illud aqua macerandum, deinde pultis in modum subigendum, quo pacto semina tandem vitro optico clare conspiciet.

Cyathoidis species sunt.

1. Cyathoides cyathiforme, cinereum, & veluti sericeum Tab. 102. fig. 1. *Fungus minimus, ligneis tabellis areolarum hortorum adnascens C. B. Pin.* 374. *Fungus minimus, sine petiolo pernicioſus I. B.* 3. 847. *Fungus minimus,* ἀνώνυμος *Cluſ. Hiſt. CCLXXXVII. descript. Fungus pyxioides, seminifer Flor. Pruſ. pag.* 98. *Fungi calicyformes, seminiferi Mentz. Pug. Tab.* 6. *& Marſ. Diſſert. de Gen. Fung.* 17. *Tab.* A. *Fungoides infundibuli forma, semine fœtum Inſt. R. H.* 560. *Bot. Par.* 56. *Tab. XI. num.* 6. 7. Vere, Autumnali, atque Brumali tempore, in sylvis ad ligna putrescentia, necnon in agris, & circa palearia, super triticeos culmos tabefactos.

2. Cyathoides cyathiforme, obscurum, externe hirsutum, interne plumbeum, glabrum, & striatum Tab. 102. *fig.* 2. *Fungoides infundibuli forma, semine fœtum, interne striatum, externe hirsutum Bot. Pariſ.* 57. *Tab. XI. n.* 4. 5. *Fungus seminifer, externe hirsutus, interne striatus D. Dood. Raii Hiſt. Tom.* 3. 21. *& Synopſ. ed.* 2. *App.* 333. *& ed.* 3. 20. *n.* 22. *Fungus* σπερματίας, *calyculatus Bocc. Muſ. part.* 1. *Tab.* 301. *fig.* 1. *Peziza calyciformis, lentifera, hirsuta Dill. Cat. Plant. Giſs.* 196. Hujus Icon occurrit etiam in Flora Prussica in ima parte Tabulæ paulo supra enunciatæ. In sylvis, & vepretis non raro oritur, interdum in iisdem fere locis cum antecedente.

3. Cyathoides luteum, crucibuliforme Tab. 102. fig. 3. Novembri, atque Decembri mensibus, cum reliquis suæ indolis, necnon in Boboli viridario, variis in locis.

4. Cyathoides scutellatum, ore crispo, fructibus nigris, majoribus Tab. 102. fig. 4. Autumnali tempore, in sylvis, & agris per Scandicci alti territorium.

5. Cyathoides, quod Fungus seminifer, minor, fere hemisphæricus Raii Synopſ. ed. 2. App. 333. & ed. 3. 20. num. 21. Tab. 1. Hoc adhuc non vidimus.

Cyathoides dicitur a forma cyathi, quam refert.

Ad decimam octavam Classem referri debent,

Arbores, flore apetalo cum fructu conjuncto.

ORNUS.

Tab. 103. ORNUS est plantæ genus, flore A apetalo, duobus scilicet perbrevibus staminibus B, apice reniformi C instructis, constante, inter quæ exurgit pistillus D, qui deinde abit in fructum E, linguiformem, planum, membranaceum, semen F a basi G ad medium H includentem, ejusdem pene formæ. His notis addenda sunt folia pinnata II, seu communi costæ adnata, cujus apex in folium impar desinit.

Orni species sunt.

1. Or-

1. Ornus vulgaris, excelsior, racemis florum confertis, fructu longiore, cordiformi. *Fraxinus excelsior C. B. Pin.* 1. 174. *Fraxinus Dod. Pempt.* 833. *& Lugd.* 83. *Cam. Epit.* 64. Provenit in Italia, multis in locis, ubi mense Martio florentem invenimus.

2. Ornus vulgaris, excelsior, racemis florum confertis, fructu longiore, acuto. Cum superiori, & apud nos in Etruria, in saltu Cœnobii Alverniæ montis tantum conspeximus.

3. Ornus Italica, præcox, non ita excelsa, folio minori, racemis florum confertis, fructu ampliore, acuto Tab. 103. fig. 1. In sylvis maritimis Pisanis copiosa oritur, ubi mense Januario floret.

4. Ornus Italica, humilior, foliis minoribus, & acutioribus, racemis florum inter se longe distantibus, fructu oblongo Tab. 103. fig. 2. In agro Florentino juxta pontem ad Cerbajam, necnon circa rus Domini Marchionis de Acciajolis, nuncupatum *Monte Gufoni*, mense Majo, florentem vidimus.

Ornus, ut tradit Vossius in suo Etymologico dicitur quasi ὀρεινὸς, *idest montanus.*

Ad decimam nonam Classem referri debent.

Arbores flore amentaceo, in eadem arbore, separato a fructu squamoso.

OSTRYA.

OSTRYA est plantæ genus, a Carpino diversum fructu, Lupuli fructum æmulante A, nempe ex pluribus vesiculis B, composito, axi C squamatim affixis. Harum unaquaque semen concluditur D trilaterum, & acuminatum E, Viperinum caput quodammodo repræsentans. *Tab.* 104.

Ostryæ species sunt.

1. Ostrya Italica, Carpini folio, fructu longiore Tab. 104. fig. 1. *Ostrya Ulmo similis, fructu racemoso, Lupulo simili C.B. Pin.* 427. *Carpino nigro Cast. Dur.* 96. *Fago similis prima, vulgo Carpinus Casalp.* 38. In montosis Etruriæ sylvis ubique, & a nonnullis *Carpine nero* vocitata, & ab aliis *Carpinella*.

2. Ostrya Italica, Carpini folio, fructu breviori, & habitiori Tab. 104. fig. 2. Cum antecedenti.

Ad hoc genus pertinere facile arbitramur *Ulmum Virginianam, fructu Lupulino Banister Cat. Stip. Virg.*

Ostrys, vel Ostrya dicitur a Græca, & primigenia voce ὄσρυς, *vel* ὀσρύα, *apud Theophrastum occurrente Hist. pl. lib.* 3. *cap.* 10.

PINASTER.

PINASTER est plantæ genus a pinu diversum foliis dumtaxat exquisite triangularibus D, & a tubo squamoso E semper quinis egredientibus. *Tab.* 19.

Pinastri unicam speciem novimus.

1. Pinaster Bellon. de Conif. 19. *Pinus sylvestris, montana, tertia C.B. Pin.* 491. *Pinus cui ossicula fragili putamine, sive Cembro J. B.* 1. 251. *Pinus silvestris Cembro Tabern. Icon.* 939. *& Math.* 102. Copiose provenit apud Allobroges, variis in locis, ut tradit Bellonius loco supracitato, necnon in Tirolensibus montibus, præsertim circa Tridentum, & in Baldo Monte etiam occurrit.

Ad hoc quoque genus spectare videtur *Pinus foliis ab eodem exortu quinis Plum. Cat. Plant. Amer.* 17.

Pinaster dicitur quasi planta ad Pinum accedens.

Ad

Ad vigeſimam Claſſem referri debent.

DISTRIBUTIO I.

Frutices flore monopetalo, cujus piſtillus abit in fructum mollem, in duo loculamenta diviſum.

JASMINOIDES.

Tab. 105. JASMINOIDES eſt plantæ genus, flore monopetalo tubulato, & pene campanæ, vel infundibuli forma, plerumque incurvo A A, ore in quinque, vel ſex, & quandoque in plures æquales partes ſecto, ex cujus calyce B ſurgit piſtillus C infimæ floris parti D D, inſtar clavi infixus, qui deinde abit in fructum ſubrotundum E, diviſum in duo loculamenta G G, ſepto intermedio diſcreta F, ſeminibuſque fœtum, plerumque reniformibus H, placentæ I affixis.

Jaſminoidis ſpecies ſunt.

1. Jaſminoides aculeatum, Salicis folio, flore parvo, ex albo purpuraſcente Tab. 105. fig. 1. *Jaſminum fruteſcens, aculeatum, flore panthino Com. Ac. R. Sc. A.* 1711. *pag.* 420. *Rhamnus ſpinis oblongis, flore candicante C. B. Pin.* 477. *Rhamnus cortice albo, Monſpelienſis I. B.* 1. 31. *Rhamnus primus Dod. Pempt.* 754. *Cluſ. Hiſt.* 109. *Lugd.* 141. Circa Florentiam ad ſepes, ut recte monet Rajus, tum in Sylloge pag. 219. tum in Hiſt. pag. 1592. necnon Jo: Bauh. loco ſupra citato. Ruſtici noſtri eo utuntur ad muniendas ſepes, atque iis *Spina da corone di crociſiſſi* vulgo audit.

2. Jaſminoides aculeatum, humile, Halimi minoris folio, flore majori, violaceo, fructu craſſiore, per maturitatem flaveſcente Tab. 105. fig. 2. *Rhamnus Palæſtinus, ſpinis longiſſimis, & acutiſſimis, flore violaceo H. Mauroc.* Apud nos in hortis tantum colitur.

3. Jaſminoides Africanum, Jaſmini aculeati foliis, & facie Comm. Ac. R. Sc. Anno 1711. pag. 420. & Dill. Nov. Plant. Gen. 159. *Rhamnus alter, foliis ſalſis, flore purpureo C. B. Pin.* 477. *Rhamni primi ſpecies altera Cluſii. I. B.* 1. 32. *Cluſ. Hiſt.* 109. *& Lob. Icon.* 180. *Rhamnus primus, alter Dod. Pempt.* 754. Hoc nondum vidimus.

Jaſminoides dictum quod flore & fructu ad Jaſminum quodammodo accedat.

DISTRIBUTIO II.

Frutices flore monopetalo, rotato, cujus piſtillus abit in fructum multicapſularem.

LEDUM.

Tab. 106. LEDUM eſt plantæ genus, flore A monopetalo, rotato, & multifido, e cujus calyce B B ſurgit piſtillus C C mediæ floris parti D inſtar clavi infixus, qui deinde abit in fructum E ſubrotundum, ſtriatum, in apice dehiſcentem F, quinque capſularem G, ſeminibusque fœtum ut plurimum minutiſſimis H, axi I, tamquam placentæ affixis.

Ledi ſpeciem unicam novimus.

1. Le-

1. Ledum foliis Serpilli, ad margines cilii inſtar piloſis, flore purpureo Tab 106. *Chamæciſtus hirſuta C. B. Pin. 466. Ciſtus pumilus, montis Baldi, forte Auſtriacus, Myrtifolius I. B. 2. 19. Chamæciſtus* VIII. *Cluſ. Hiſt. 76.* Non longe a Salisburgo, in loco dicto *Reichen-hall*, ſecundum viam publicam Auguſto menſe, floribus onuſtum vidimus, unde in hortum noſtrum tranſtulimus, ubi per biennium feliciter germinavit, & flores, fructuſque protulit.

Ad hoc genus forte ſpectare debent ſequentes plantæ.

2. Ciſtus Ledon, foliis Salicis anguſtifoliæ C. B. Pin. 468. *Roſmarinum ſylveſtre ἄοσμος I. B. 2. 24. Cluſ. Hiſt. 84.* Hanc, & ſequentem numquam vidimus.

3. Ledum Roſmarini folio Tabern. Icon. 1070. *Ledum foliis Roſmarini alterum Lob. Icon. 125. Roſmarinus ſylveſtris quorundam I. B. 2. 23. Roſmarinum ſylveſtre Cam. Epit. 546.*

4. Roſmarinus ſylveſtris, minor Camerarii I. B. 2. 24. *Roſmarinum ſylveſtre, minus Cam. Epit. 547.* Planta hæc amici optimi D. Joannis Hieronymi Zannichellii Pharmacopæi Veneti liberalitate in manus noſtras, flore tamen orbata, devenit.

Ledum, & Ledon Latinis, Græcis vero λῆδον dicitur ob pinguiorem, & lentum humorem, qui ab iiſdem Græcis λάδανον appellatur, quo eadem planta aliquantiſper inficitur.

DISTRIBUTIO I.

Ad vigeſimamprimam Claſſem referri debent.

Arbores, flore roſaceo, cujus piſtillus abit in fructum.

FRAXINUS.

FRAXINUS eſt plantæ genus, flore roſaceo A, quatuor, vel quinque petalis B anguſtiſſimis, & longioribus, in orbem poſitis, & calyci C C inſidentibus conſtante. Embryo vero in iis plantis, in quibus inveniri ſolet (neque enim in omnibus reperitur) ab eodem calyce ſurgit D, ac deinde abit in fructum, cui cum Orni fructu fere omnia conveniunt. *Tab.* 107.

Fraxini ſpecies ſunt.

1. Fraxinus major, juglandis folio, fructu obtuse mucronato Tab. 107. fig. 1. Ex ſententia D. Vaillant, cui plures ex his plantis communicaveram, huic referenda videtur *Fraxinus florifera, botryoides Inſt. R. H. 577. Mor. R. H Bleſ. Raii Hiſt. Tom. 3. 94.* Non ſolum frequens inter Piſas, & Florentiam, ut Tournefortius ex aſſertione Clariſſimi Sherardi tradit, verum etiam per univerſam Etruriam in ſylvoſis locis ſponte creſcit, & in agris ad vites ſuſtinendas colitur.

2. Fraxinus major, juglandis folio, fructu breviori, acuto, lanceolato Tab. 107. fig. 2. Iiſdem fere locis.

3. Fraxinus major, folio ſubrotundo, latiore, altius crenato, inferne ſubrufa lanugine ſecundum coſtam, & nervos obducto, fructu anguſtiore, retuſo Tab. 107. fig. 3. Videre eſt in eadem planta folia ſubrotunda, & alia circinata, unde unam, eamdemque fortaſſe plantam ducimus cum *Fraxino rotundiore folio C. B. Pin. 416. I B. 1. 177. Inſt. R. H. 577.* Provenit in iiſdem locis cum ſuperioribus.

4 Fraxinus major, folio latiore, ex rotunditate acuminato, fructu cordiformi Tab. 107. fig. 4. In ſylvis, & in arvis colitur ad vites ſubſtinendas.

5. Fraxinus major, juglandis folio latiore, undulato, rarius, & altius crenato, fructu anguſtiſſimo, retuſo. In ſaltu ſtabuli Vaccarum D. Marchionis de Caſtilionibus.

6. Fraxinus major, folio latiore, ex rotunditate acuminato, fructu brevi, cordiformi. Secus Arni ripam in sylva DD. de Giraldis, loco dicto *Girone*.

7. Fraxinus major, folio latiore, & breviore, in mucronem longius producto, fructu retuso, & veluti cordiformi. Cum antecedentibus.

8. Fraxinus major, Frangulæ foliis, leviter crenatis, fructu minimo, angusto, & acuto. Per saltus stabuli Vaccarum D. Marchionis de Castilionibus.

9. Fraxinus major, foliis Laurinis, undulatis, & rarius crenatis, fructu longo, angusto, lanceolato, peracuto Tab. 107. fig. 6. Reperitur in D. Petri ad Careggium superius Paroecia, secus rivulum vulgo *Terzollina*, per aucupariam sylvam DD. de Donis.

10. Fraxinus major, rubra, foliis juglandis, minoribus, fructu serotino, obtuse mucronato. Secus Arni ripam per sylvam aucupariam DD. de Giraldis, supra nominatam.

11. Fraxinus major, juglandis folio, angustiore, fructu longo, obtuso, cordiformi. In saltu circa stabulum Vaccarum D. Marchionis de Castilionibus.

12. Fraxinus major, folio longiore, ad oras undulato, fructu . . . . Circa Garzæ fluminis originem, locis saltuosis.

13. Fraxinus minor, foliis oblongis, & angustis, fructu tenui, retuso Tab. 107. fig. 7. In monte Fesulano, per sylvam Cœnobii Franciscanorum, loco dicto *la Riforma*.

14. Fraxinus major, juglandis folio, florifera, & non fructifera. *Ornus vulgaris, sterilis Ponted. Antholog.* 300. Cum superioribus.

Fraxinus dicitur, ut tradit Isidorus Ethymologiarum Lib. 17. *cap.* 7. *quod in asperioribus locis, montanisque fragis nascatur.*

DISTRIBUTIO II.

Frutices flore rosaceo, cujus calyx abit in fructum mollem monopyrenum.

EUGENIA.

Tab. 108 EUGENIA est plantæ genus, flore A rosaceo, quatuor plerumque petalis B, quodammodo cucullatis, in orbem positis constante, cujus calyx C abit deinde in fructum D mollem, seu baccam subrotundam, coronatam, & nonnihil sulcatam E, osficulo fœtam F, nucleum crassiusculum includente G.

Eugeniæ speciem unicam novimus.

1. Eugenia Indica, Myrti folio, deciduo, flore albo, fructu suave rubente, molli, leviter sulcato, & odoro Tab. 108. *Myrtus Indica, foliis rigescentibus, latis, ac recurvis, parum odoratis Cat. Plant. Hort. Pis. An Myrti folio arbor, cortice argenteo, foliis oblongis, ad basim latioribus, acuminatis, inodoris, ex adverso sitis, flore pentapetalo, pallide albicante Sloane Hist. Plant. Jam.* 78. *Tab.* 187. *Raii Hist. tom.* 3. *Dendrol.* 35? Planta hæc longe rariſſima, Goa primum delata est ad R. C. Cosmi III. Magni Etruriæ Ducis una cum pluribus aliis, inter quas *Jasminum Indicum, Mali Aurantiæ foliis, flore albo, ampliſſimo Breyn. Prodr.* 2. *& C. P. H. Pis.* Diu vero excultæ sunt in horto Regiæ Villæ Castelli, quam memorat Petrus Bellonius in libello De neglecta stirpium cultura Probl. XXII. Inde tamen decem ab hinc annis Eugenia in hortos publicos Florentinum, atque Pisanum, rogatu nostro, cui Serenissimi M. Ducis benignitas annuit, deducta fuit, ubi etiamnum viget, ac flores, fructusque quotannis feliciter profert.

Hanc

Hanc plantam immortali ſuo nomine inſigniri conceſſit SERENISSIMUS PRINCEPS EUGENIUS SABAUDIÆ, S. R. I. MARESCALLUS, EXERCITUUM DUX, AUREI VELLERIS EQUES, &c. &c. &c. *qui plurimis, difficillimiſque bellis ſagaci cura feliciſſime geſtis gloriam invicti Ducis adeptus, maximiſque negotiis ab* AUGUSTISSIMO CÆSARE *adhibitus, ſapientiam & ipſe coluit ſemper, cujus præcipua pars rerum Naturæ contemplatio eſt, & bonarum artium cultores liberalitate, ac favore eſt proſequutus. Ejus præſertim erga rem herbariam ſtudii nobile argumentum eſſe poſſit celeberrimus jam toto orbe hortus, ipſi conſitus rarioribus plantis undique conquiſitis, noſque ipſi ſingulare monumentum in muſeo noſtro ſervamus, plantas ſcilicet fere omnes a Cluſio deſcriptas Germani ſoli, a tanto Heroë nobis miſſas. Quæ quidem omnia divini tantum ingenii vi fieri poſſe veteres Sapientes exiſtimaſſe videntur, ad Minervam Jovis filiam, & bellicam virtutem, & in rebus agendis conſilium, & doctrinarum, atque artium ſtudia referentes.*

FINIS.



INDEX
GENERUM PLANTARUM.

Ægilops. pag. 35.
Ægilopoides. 36.
Agaricum. 117.
Agroſtarium. 35.
Anagallidaſtrum. 14.
Anguina. 12.
Anthemis. 32.
Anthoceros. 10.
Arundo. 35.
Aſpergillus. 212.
Avena. 35.

Bellidaſtrum. 32.
Bellis-Leucanthemum 34.
Blaſia. 14.
Boletus. 203.
Bonarota. 19.
Botrytis. 212.
Bromos. 35.
Buccaferrea. 72.
Byſſus. 210.

Calamus Aromaticus. 43.
Carex. 66.
Carpobolus. 221.
Ceratoſpermum. 125.
Chamæmelum. 34.
Clathrus. 213.
Clathroides. 214.
Clathroidaſtrum. 214.
Clavaria. 208.
Coralloides. 209.
Cyathoides. 222.
Cynomorion. 17.
Cyperella. 53.
Cyperus. 44.
Cyperoides. 55.

Drypis. 24.

Erinaceus. 132.
Eugenia. 226.

Feſtuca. 35.
Fluvialis. 11.
Franca. 23.
Fraxinus. 225.
Fungus. 133.
Fungoides. 204.
Fungoidaſter. 200.

Geaſter. 220.
Glaucoides. 21.
Gramen. 35.

Hepatica 3.
Hordeum. 35.

Jaſminoides. 224.
Iſchæmum. 35.
Juncago. 43.
Juncoides. 41.
Juncus. 37.
Jungermannia. 6.

Lacryma Job. 36.
Laurentia. 18.
Ledum. 224.
Lenticula. 15.
Lenticularia. 15.
Leontodontoides. 31.
Lichen. 73.
Lichen-Agaricus. 103.
Lichenoides. 105.
Linagroſtis. 53.
Linckia. 126.
Linokarpum. 22.
Lolium. 35.
Lunularia. 4.
Lycogala. 215.
Lycoperdon. 217.
Lycoperdoides. 219.
Lycoperdaſtrum. 219.

Mayz. 36.
Marchantia. 1.
Marſilea. 5.
Melanoſchœnus. 46.
Milium. 35.
Monorchis. 30.
Montia. 17.
Mucilago. 216.
Mucor. 215.
Muſcoides. 9.
Muſcus. 108.

Orchiaſtrum. 30.
Ornus. 222.
Oryza. 35.
Oſtrya. 123.

Panicaſtrella. 36.
Panicum. 35.
Papia. 20.
Parthenium. 34.
Phalaris. 35.
Phallus. 201.
Phallo-Boletus. 202.
Phœnix. 35.
Pinaſter. 223.
Polydactylon. 35.
Polyporus. 129.
Pſeudo-Cyperus. 54.
Pſeudo-Triticum. 35.
Pſeudo-Orchis. 30.
Pſeudo-Ruta. 21.
Puccinia. 213.

Riccia. 106.

Salvinia. 107.
Santolinoides. 31.
Schœnanthum. 35.
Scirpo-Cyperus. 46.
Scirpoides. 52.
Scirpus. 49.
Scorodopraſum. 24.
Seſamum. 36.
Seſamaſtrum. 36.
Sphærocarpos. 4.
Sorgum. 35.
Spartum. 35.
Suillus. 126.

Targionia. 3.
Tillea. 22.
Tozzia. 19.
Trifoliaſtrum. 26.
Triticum. 35.
Tuber. 221.

Valantia. 13.
Valliſneria. 12.
Valliſneroides. 13.

Zannichellia. 70.
Zea. 35.

INDEX
NOMINUM PLANTARUM,
Quæ in propriis locis quæri debent.

Alga. V. *Vallisneroides*. 13.
Algoides. V. *Zannichellia*. 70.
Allium. V. *Scorodoprasum*. 24.
Alsine. V. *Anagallidastrum*. 14. *Montia*. 17. *Glaucoides*. 21. *Franca*. 23.
Amanita. V. *Fungus*. 141.
Anagallis. V. *Glaucoides*. 21.
Anonis. V. *Trifoliastrum*. 28.
Anonyma. V. *Tozzia*. 20.
Antyllis. V. *Franca*. 23.

Bellis. V. *Bellidastrum*. 32. *Bellis-Leucanthemum*. 34.
Boletus. V. *Phallus*. 201. *Clathrus*. 214.
Byssus. V. *Botrytis*. 212.

Cali. V. *Franca*. 23.
Cameraria. V. *Montia*. 18.
Carduus. V. *Drypis*. 24.
Centunculus. V. *Anagallidastrum*. 14.
Cæpa. V. *Scorodoprasum*. 25.
Chamæcistus. V. *Ledum* 225.
Chamædrys. V. *Bonarota*. 19.
Chamæmelum. V. *Santolinoides*. 31. *Anthemis*. 32. 33. *Perthenium*. 34.
Cistus. V. *Ledum*. 225.
Conferva. V. *Byssus*. 210.
Coris. V. *Franca*. 23.
Coralloides. V. *Lichen*. 79. *Lichen-Agaricus*. 104. *Agaricum*. 122.
Corallina. V. *Buccaferrea*. 72.
Corallo-Fungus. V. *Agaricum*. 125.
Cotula. V. *Parthenium*. 34.
Cruciata. V. *Valantia*. 13.
Cucurbita. V. *Anguina*. 12.
Cyperus. V. *Scyrpo-Cyperus*. 46. 48. 49. *Cyperella*. 53. *Carex*. 69.

Dens Leonis. V. *Leontodontoides*. 31.

Erica. V. *Franca*. 23.
Euphrasia. V. *Tozzia*. 20.

Fraxinus. V. *Ornus*. 223.
Fucus. V. *Fluvialis*. 11. *Buccaferrea*. 72.
Fungoides. V. *Cyathoides* 222.
Fungus. V. *Polyporus*. 130. *Erinaceus*. 132. *Byssus*. 211. *Suillus*. 127. *Fungoidaster*. 201. *Phallus*. 201. *Coralloides*. 109. 210. *Agaricum*. 117. 118. 119. *Botrytis*. 212. *Mucor*. 215. *Lycogala*. 216. *Lycoperdon*. 218. *Geaster*. 220. *Cyathoides*. 222. *Cynomorion*. 17.

Glaux. V. *Glaucoides*. 21.
Gramen. V. *Panicastrella*. 36. *Carex*. 66. 67. 68. 69. 70. *Juncago*. 44. *Juncus*. 39. 40. 41. 42. *Juncoides*. 41. 42. *Cyperoides*. 56. *Cyperella* 53. *Buccaferrea*. 72.

Hederula. V. *Lenticularia*. 16.
Hepatica. V. *Marchantia*. 2. *Lunularia*. 4. *Riccia*. 107.
Herbula. V. *Byssus*. 210.

Jolithos. V. *Byssus*. 210.
Juncoides. V. *Juncus*. 39.

Juncus. V. *Juncoides*. 42. *Juncago*. 44. *Melanoſchœnus*. 46. *Scirpo-Cyperus*. 47. *Scirpoides*. 52. *Linagroſtis*. 54. *Cyperoides*. 58.

LEns. V. *Lenticularia*. 16.
Lenticula. V. *Salvinia*. 107. *Lenticularia*. 16.
Lichen. V. *Marchantia*. 2. *Hepatica*. 3. *Targionia*. 3. *Lunularia*. 4. *Marſilea*. 5. *Jungermannia*. 7.
Lichenaſtrum. V. *Marſilea*. 5. 6. *Jungermannia*. 8. 9. 10. *Lichen*. 77. 81. *Fungoidaſter*. 201.
Limodorum. V. *Pſeudo-Orchis*. 30.
Linguæ. V. *Agaricum*. 123.
Linum. V. *Linagroſtis*. 54.
Lithophytoides. V. *Lichen-Agaricus*. 104.
Lotus. V. *Trifoliaſtrum*. 29.
Lychnis. V. *Franca*. 23.
Lycoperdon. V. *Clavaria*. 208. *Lycoperdaſtrum*. 220. *Geaſter*. 220.

MAtricaria. V. *Anthemis*. 33.
Melilotus. V. *Trifoliaſtrum*. 29.
Millegrana. V. *Linokarpum*. 23.
Monacella. V. *Fungoides*. 204.
Muſcus. V. *Jungermannia*. 6. 7. 8. *Muſcoides*. 9. 10. *Lichen*. 76. 77. 78. *Linckia*. 126.
Muſco-Fungus. V. *Lichen*. 82. 90. *Lichenoides*. 106.
Myrtus. V. *Eugenia*. 226.

NOſtoch. V. *Linckia*. 126. *Lichen*. 76.

ORchis. V. *Orchiaſtrum*. 30.

PApyrus. V. *Cyperus*. 44.
Peziza. V. *Fungoides*. 206.
Phalaris. V. *Cyperoides*. 63.
Pinus. V. *Pinaſter*. 223.
Polygonum. V. *Tillea*. 22. *Linokarpum*. 22. *Franca*. 23.
Portulaca. V. *Montia*. 18.
Potamogeton. V. *Vallisneria*. 12. *Buccaferrea*. 72.
Pyrethrum. V. *Santolinoides*. 31.

QUadrifolium. V. *Franca*. 23.

RApunculus. V. *Laurentia*. 18.
Rhamnus. V. *Jaſminoides*. 224.
Roſmarinum. V. *Ledum*. 225.
Rubia. V. *Valantia*. 13.

SCirpoides. V. *Carex*. 67.
Scirpus. V. *Melanoſchœnus*. 46. *Scirpoides*. 52.
Sempervivum. V. *Tillea*. 22.
Spina Umbella. V. *Drypis*. 24.
Stultorum Fung. V. *Fungus*. 190.

TAnacetum. V. *Anthemis*. 33.
Trifolium. V. *Trifoliaſtrum*. 26. 27. 28. 29.
Tubera Cervina. V. *Lycoperdaſtrum*. 220.

VEronica. V. *Bonarota*. 19.
Ulmus. V. *Oſtrya*. 223.
Ulva. V. *Marſilea*. 6.



INDEX ITALICUS.

AGarico. 119.
Albarello. 128.
Albatrello. 128.
Alberino. 198.
Alpigiano. 142.

BErlingozzino. 151.
Berretta di Prete. 157. 168.
Berrettaccia. 206.
Bicchierino. 130.
Bigerella. 153. 154.
Bigiolino. 151.
Bigiolone. 145. 147. 151.
Bigione. 151.
Biodo. 49.
Borsone. 147.
Brizzatino. 156.
Bubbola. 170. 172. 173. 176. 177. 178. 184. 185. 187.
Bubbolina. 162. 171. 174. 177. 185.
Bubboletta. 171.
Bubbolotto. 178.
Bullettoncino. 150.
Bullettone. 150.

CAlcatreppola. 150.
Canapino. 148. 152. 157. 159. 165.
Canapone. 164.
Cannelli de' prati. 209.
Carbonajo. 192.
Cappellone. 153. 166.
Cappelloncino. 150.
Carpine. 223.
Carpinella. 223.
Cardela. 122.
Cerrena. 122.
Ceppatello. 128.
Ceppetino. 148.
Cicciolo. 151.
Cimballo. 153.
Ciotolone. 205.
Coltricione. 130.
Cocolla. 185.
Collarone. 173.
Corgnola. 162.
Corniola. 151.

DEntino. 132.
Ditola. 209. 210.
Dormentone. 163.

ERba Ciuccia. 24.
Esca. 118.

FAggina. 152.
Falchero. 128.
Famiglia, o Famigliola. 122. 131. 132. 190. 191. 192. 193. 194. 196. 197. 198. 199.
Fangaccio. 152.
Fanghino. 154. 157.
Fegatella. 3.
Fungagnina. 190.
Fungherello. 147. 148. 149. 165. 170. 172. 201.
Funghino. 146. 156. 166. 167. 201.
Funghetto. 147. 148. 149. 201.
Fungo Aglio. 144.
Alpigiano. 150.
Appassionato. 154.
Anellone. 171.
Barbato. 153. 169.
Bozzolo. 178.
Budello. 151.
Canapone. 149.
Canapino. 159. 161.
Canino. 204.
Carbonajo. 131.
Cappellone. 145. 149.
Chiodo 150. 157.
Corvo. 131.
Crespigno. 151.
di Concio. 156.
Dilegine. 146. 166. 170.
Dormiente. 154.
di Filongrana. 214.
Geloso. 145.
di Gelatina. 124.
Gentile. 168.
Granajolo. 176.
Greco 154.
Jozzolo. 145.
Istrice. 122.
Lanifero. 157.
Lapaccendro. 141.
Lesina. 189.
Marzuolo. 154.
Mugniajo. 145.
Olivo. 191.
d' Ontano. 130. 158.
Osserino. 149.
Pasquale. 103.
Pelliccione. 171.
della Pietra Fungaja. 131.
Ramolaccio. 144. 179.
Ramoso. 141.
Scoppiereccio. 151.
Serpentino. 154.
Sottocoppa. 205.
Spegnitojo. 169. 149. 150.

Stian-

Stiantereccio. 145.
Stopparino. 166.
Sugherello. 149. 167.
Valente. 145.
Vedovo. 149. 178.
Vedovino. 150.
Verdino. 150.
Verdone. 152.
Fuoco ſalvatico. 214.

Gallinaccio. 143. 144.
Gamberello. 149.
Gelone. 122.
Giallino 147. 152. 167. 171.
Giallerello. 164.
Giallone. 162.
Giraſole. 162.
Graſſello. 147. 162.
Granajolo. 172.
Grifole. 119.
Grigiolino. 151.
Grumato. 149. 150. 152. 153. 160.
Grumatella. 151.
Guglia. 181.

Imbutino. 141. 148. 151. 160. 205.

Lardajolo. 155.
Lattajolo. 141. 142. 143.
Leccino. 171.
Lingua. 118. 119. 120. 122. 123.
Loppajola. 182.
Lumacone. 147. 170. 179. 202.
Lumachino. 146. 152. 165.

Mammola. 192.
Mazza d' Ercole. 208. 209.
Moccicaglia. 216.
Muffa. 212. 215.

Ontanino. 165.
Orcella. 78. 192.
Orecchiaccio. 124.
Olmarino. 192.

Pancuculio. 118.
Paſta Sciringa. 204.
Pattoncino. 158.
Pelliccia di Re. 119.
Peperino. 141. 142. 143.
Peperone. 142. 143. 144.
Pepino. 141. 142. 143.
Pevera. 147.
Peveraccia. 141. 142.
Peverino. 142. 143. 146. 156. 160.
Piazzajolo. 194.
Pinarello. 129.
Pinuzzo. 127. 128. 129.
Pinaccio. 129.
Pioppino. 198.
Piſciacane. 155. 156. 157. 161. 163. 167. 181. 191.
Piſſide. 205.
Porcinello. 127. 128.
Porcinella. 128.
Porcino. 127. 128.
Pratajolo. 171. 174. 175. 176.
Prugnuolo. 150. 153. 160.

Ragagno. 122.
Raſpa. 78.
Rigatino. 168. 169.
Roccella. 78.
Roſſola. 154. 155.

Sala 57.
Sardinella. 192.
Scialino. 45.
Scodellaccia. 206.
Scodella. 207.
Scodelline. 206.
Scopetino. 130.
Soderino. 194.
Soderello. 148.
Sottana. 173.
Spina da Crociſiſſi. 224.
Spugniolo. 202. 203.
Steccherino. 132. 133.
Stoppone. 147.
Striglia. 120.

Tartufo. 221.
Tignoſa. 186. 187. 188. 189.
Tigratino. 157. 162.
Tirignozzo. 147.
Trombetta. 201.

Vedovino. 150. 156. 163. 164.
Verdacchino. 152.
Verrino. 127. 129.
Veſcia. 216. 217. 218. 219.
Uovolo. 184. 185. 186. 187.

APPENDIX.

Pag. 3. l. 19. ad primæ Hepaticæ ſpeciem addenda.

HUjuſce Plantæ, vel ſaltem illi affinis folium expreſſum videre eſt in Botanico Pariſienſi Tab. XXXIII. fig. 8. eaque ibi deſcribitur nomine *Hepaticæ reticulatæ, ac verrucoſæ*, cui ſynonimon appoſitum eſt *Lichen, ſeu Hepatica lunulata epiphyllocarpos Raii Hiſt. 125. num. 7.* quod revera ad Lunulariam noſtram pag. 4. deſcriptam proprie pertinet.

Pag. 5. Primæ Marſileæ ſpeciei, tamquam ſynonimon adde.

Hepaticoides Cichorei criſpi foliis Bot. Par. 100. num. 8. Tab. XIX. fig. 2. licet ibi ceu nondum deſcripta exhibeatur.

Secundæ Marſileæ ſpeciei ſynonimon forte.

Hepaticoides Hepaticæ facie Bot. Pariſ. 99. num. 1. quod ibidem eadem eſſe planta traditur cum *Lichene petræo, cauliculo calceato 4. C. B. Pin. 362.* quem verius ad primam Marſileæ ſpeciem retuleris.

Quartæ Marſileæ ſpeciei ſynonimon.

Hepatica arborea, globuligera Bot. Par. 98. num. 8. Tab. XXIII. fig. II.

Pag. 8. Jungermanniæ ſpeciebus foliis bifidis addenda ſequens.

Jungermannia Alpina, viticulis tenuioribus, pinnatis, foliis quadratis, ac tridentatis, perexiguis. In jugis Falteronæ, ad arbores.

Pag. 27. Ad ſecundum Trifoliaſtri ordinem adde.

3. Trifoliaſtrum annuum, rotundifolium, corymbiferum, erectum, album, caule non fiſtuloſo, ſiliquis tetraſpermis nunc utraque parte æqualibus, nunc inferna tantum leviter ſinuatis, ſeminibus rotundis. In agro Neapolitano præcipue Puteolum verſus, ſecus litus maris.

4. Trifoliaſtrum, quod Trifolium Orientale, altiſſimum, caule fiſtuloſo, flore albo Coroll. Inſt. R. H. 27. Bot. Par. 195. *Melilotus, qui Trifolium Orientale, altiſſimum, caule fiſtuloſo, flore albo Ejusdem Tab. XXII. fig. 5.* Hujus neque plantam, neque ſiliquam vidimus, ſed quantum ab icone, & deſcriptione ejusdem Auctoris conijcere poſſumus ad hoc genus ſpectat, & reſpecto habitu totius plantæ, ad hunc ordinem. Antequam eruditiſſimorum virorum *Sherardii*, ac *Boerhaavii* liberalitate Pariſienſe Botanicon in manus noſtras perveniſſet, ſuſpicio fuerat, an non planta hæc ad priorem Trifoliaſtri ſpeciem ordinis quarti referenda eſſet, ideoque ſub eadem, quamvis ſubdubitanter, ſupramemoratum Trifolium collocavimus. Re tamen melius perſpecta quin nullatenus eo pertineat minime dubitamus.

Ad tertium Trifoliaſtri ordinem adde.

Trifoliaſtrum, quod Melilotus Pariſienſis humifuſus, foliis ſerratis, glabris Tab. XXII. fig. 1.

Pag. 40. *l.* 14. *poſt num.* 2. *adde.*

Forte Juncus foliatus, minor, floribus per ramulos ſparſis Bot. Par. 109. *Tab. XX. num.* 1.

Pag. 44. ſpem Philobotanis feceramus nonnulla ad Papyri hiſtoriam ſpectantia proferendi. Attamen iniqua temporum conditione ab incepto depulſi ſumus, cum nec obſervationes opportunas diligentius inſtituere licuerit, nec aliis gravioris momenti diſtentis rei ceteroquin ſatis negotioſæ vacare. His igitur aliiſque abſolvendis alteram Operis hujuſce Partem deſtinamus.

Pag. 66. ad ordinem II. adde.

I. *Capitulis ut ſupra, ſed in eadem planta pluribus* c.

Pag. 107. *Ricciæ ſpeciebus addenda ſequens.*

Riccia major, foliis latioribus, glaucis, aſpergine chryſtallina perfuſis. In ericetis maritimis, ubi potiſſimum per hyemem aquæ ſtagnant veluti juxta Bulgarium in Etruria.

Pag. 125. *num.* 22. *poſt verba lapidem innaſcens adde.*

Mucedinis plantulam intra lignorum, & caulium medullam, in pane quoque intra rimulas, & ſpatia non raro obſervavimus Malp. de Plant. in aliis veget. Tab. 28. *fig. T. V.*

Pag. 192. *ad Fungos albos, obſcuros, & fuſcos, vel nigros ſub num.* 3. *poſt verba punctis ſulphureis notato adde.*

Fungi plurimi ex uno pede albicantes, pediculis longiſſimis, tenuibus, tuberculis nigris, ſcabris, capitulis longis in conum acutum faſtigiatis Raii Hiſt. Tom. 3. 25.

Pag. 222. *Ad tertiam Cyathoidis ſpeciem adde.*

Hujus icon occurrit etiam apud Bocconium Muſei P. 1. Tab. 301. ſine ullo nomine, ſuper numeri notam I.

FINIS.





BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE


Marchantia

Tab. 1.

Fig. 2



Fig. 4






Fig. 6



Fig. 5




Fig. 3







Fig. 1


Auspice Canone Josephi Suarez Equitis D. Stephani et Socij Acad Bot Flo.



BIBLIOTECA COMUNALE

Hepatica

Tab. 2




Auspiciis Eminentiss.mi Laurentii Corsinij S.R.E. Cardinalis




BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Targionia


Tab. 3



Sphaerocarpos




Ausp. Gypriani Antonini Targionij Medic. Prof. et Socii Acad. Bot. Flor.




BIBLIOTHEQUE TOULOUSE

Lunularia


Tab. 4



Marsilea



Auspice Comite Ludovico Ferdinando Marsilio Bononiensi Academiae Regiae Parisiensis et Londinensis Socio



Jungermannia




Fig. 5. Fig. 6. Fig. 7. Fig. 8. Fig. 9. Fig. 10. Fig. 11.





Fig. 12. Fig. 13. Fig. 14 Fig. 15.




Auspiciis Jo: Francisci Mauroceni Veneti Senatoris



BIBLIOTHECA TOULOUSE

Muſcoides




Auspiciis Pandulphi Pandulphinii Senat. Flor.



BIBLIOTECA

Blasia



Anthoceros

Fig. 1

Tab. 7

Valantia






Fig. 2




Auspicijs D. Ducis de Devon in Anglia, Philobotanici &c.



BIBLIOTECA

Fluvialis


Tab. 8



Auſpiciis Leonardi C.F. Bonarrotæ Patricii Florentini




BIBLIOTECA
TOULOUSE




Auſpiciis Joannis Altovita Patricii Florentini



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA TOULOUSE



Auctore Ant. de Vallisnieri Pub. Pr. Theor. Med. Prof. Pat. et Aug. Rom. Imp. Car. VI. Arch.



Lenticula

Tab. II.

Fig. 1




Fig. 2





Fig. 3





Lenticularia

Fig. 1




Fig. 2



Fig. 3




Fig. 5






Fig. 4




Ausp. Gulielmi Mylii M. Doct et Pract Lugd Bat.




BIBLIOTHEQUE
MUSEUM
UNIVERSITAIRE

Cynomorion



Auſpicijs Philippi Mariæ Guadagnij Equitis S. Stephani.



Montia

Tab. 13





Fig. 1

Fig. 2

Auspice Josephi Montij Phil. D. Bonon. Bot. Prof. et in Scient. Inst. Natur. Hist.




BIBLIOTECA

Laurentia

Tab. 14




Auſp. Marci-Antonij Laurentij Phil: et Med: Bonon:



BIBLIOTECA TECNICA UNIVERSITARIA

Bonarota

Tab. 15



Ausp. Senat. Phil. Bonarotæ R.C. Aud. et Socii Acad. Botanicæ Florent.



BIBLIOTHECA CHIVLPSEA

Tozzia

Tab. 16




Ausp D. Brun.is Tozzij Ab.tis Vallisani e R.ia S.te Londinensi, & Bot.ca Flora.

BIBLIOTECA
TOSCANA

Tab. 17

Papia




Auspi Iosephi del Papa R·C·S· Cosmi III M·D·Etruriæ Archiatri.




BIBLIOTECA
TOUR-DAZ
CHANTILLY

Glaucoides


Tab. 18



Anagallidastrum




Auspicys Marchionis Scipionis Maffei Patricij Veronensis.




BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Pseudo-Ruta

Tab 19




Auspiciis Laurentii Patarolæ Ciuis Veneti



BIBLIOTHÈQUE UNIVERSITAIRE TOULOUSE

Tillea

Tab. 20




Auſp. Mich. Ang. Tillijn Piſ. Acad. Lector ord. et Hort. cuſt. et R. S. Londinenſis Socij




BIBLIOTHECA TOLOSANA UNIVERSITATIS


Linocarpum

Tab. 21






Auſp. Illmi ac Rmi D. Lazari Pallavicinij Archiepi Theharum et Nuntij Aplici apud R·C·M·D·E




BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Franca

Tab. 22



Auspiciis Jo. Sebastiani Franchij M. D. Acad. Bot. Socij.




BIBLIOTHEQUE
TOULOUSE

Drypis

Tab. 23




Auſp: D. Blaſij Biagij Mon.chi Botanici Congnis Vallis-Umbroſæ.



BIBLIOTHEQUE UNIVERSITAIRE TOULOUSE

Scorodoprasum

Tab. 24




Auspiciis D. Antonii Mariæ Saluiati Ducis Iulianensis &



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE

Trifoliastrum


Tab. 25



Auct. Friderici Ruysch Anat. Bot. Chi. Amst. Prof. Ac. Leop. et S.R. Brit. Soc.



OBSERVATOIRE TOULOUSE




Auſp. Dominici Bardij Can. Flor. et Vicarii Epiſcopi Feſulani.




BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Santolinoides

Tab. 27




Auſpiciiſ D. Comitiſ de Pembroke, et Mountgomery, Nob. Angli




BIBLIOTHÈQUE
TOULOUSE
UNIVERSITAIRE

Leontodontoides

Tab. 28




Auspiciis Ab Marchionis Francisci Riccardij




BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Tab. 29

Bellidastrum




Parthenium



Bellis-Leucanthemum




Ausp Vgolini Antonii Grifonii Patric Flor D Steph Equitis



BIBLIOTHÈQUE UNIVERSITAIRE TOULOUSE

Anthemis

Tab. 30




Auſp. Maxchioniſ Andreae Alamannij Patritii Florent.



BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Flores nouæ Classis

Tab 31



Panicastrella



Juncus




Juncoides



Juncago



Calamus Aromaticus



Cyperus




Fig 1 Fig 2

Melanoschoenus



Scirpo-Cyperus




Scirpus




Scirpoides



Linagrostis




PseudoCyperus



Gyperella




Auſpiciiſ Iosephi Mariae Xaverii Bertinj Med. Doct.



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE

Cyperoides


Tab. 32



Auſp. Ser. Ann. M. Aloy. Electr. Palat. Rheni ac Mag. Etr. Pr.



BIBLIOTHÈQUE
TOULOUSE
UNIVERSITAIRE






BIBLIOTHEQUE
TOULOUSE

Zannichellia

Tab. 34



Ausp. D. Ioannis Hieronymi Zannichellij Philobotanici Veneti



BIBLIOTHEQUE
TOULOUSE

Buccaferrea

Tab. 35.




Auſp. Comitiſ Camilli Antonii Boccadiferri Patricii Bononienſis



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Lichenum Ordo I.


Fig. 1




Auspicius Marchionis Francisci - Syluij Feronij



BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE




Ausp. D. Brunonis Tozzij Ab. Vallfani c R.ta S.te Londinensi, & Bot.ca Flora



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITE

Ordo III





Ordo IV

Fig. 1








Fig. 2



Fig. 3




Auspiciis Ioannis Gerinij Patritii Florentini




BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Ordo V



Auspice Baronis Andreæ Franceschij Nob. a cubiculis RCMDE et S.te Electr. Palat.



BIBLIOTECA TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Ordo VI

Fig. 1.




Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 4.




Fig. 5.



Fig. 6.



Auspic. R. Pr. Amedei Cerchiaij Præcept. Nobilium Epheborum Aulæ R. C. I. G. M. E. D.




BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITE

Tab 41.

Ordo VIII.

Fig. 1








Fig. 2




Fig. 3



Fig. 4



Fig. 5



Fig. 6



Fig. 7



Fig. 8



Ordo VII.

Fig. 1



Fig. 2



Fig. 3




Fig. 4



Fig. 5



Auisp. D. Stanislai Nardij Abbatis Apostolici Valsani Sac. Th. Magistri



BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Ordo IX



Ordo X

Fig. 1.




Fig. 2



Fig. 3




Fig. 1








Fig. 2






Auspic. Marchionis Stipionis Capponi Patritii Florentini


Ordo IX
Ordo X.
Fig. 1
Fig. 2
Fig. 3
Fig. 4
Fig. 5

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Ordo XI



Ordo XXIII

Fig. 1





Fig. 2



D



Fig. 3




Fig. 4





Fig. 5



Auſp. Ill.mi ac Rmi D. Aloyſij Maciæ Strozza Epiſcopi Feſulani



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE

Ordo XII

Tab. 44




Fig. 1



Fig. 2

Fig. 3

Fig. 6




Fig. 4




Fig. 5

Ordo XIII




Fig. 1





Fig. 2


Auspiciis Marchionis Cosmi Riccardii




BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE

Ordo XIV


Tab: 95.




Ordo XV




Auspiciis Nicolai Panciatichi Patricij Florentini







BIBLIOTHEQUE UNIVERSITAIRE TOULOUSE




Ausp. D. Hieronymi Parenti Ab.^is & Visitatoris Gtis. Vallani



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE



Auſp. Jacobi-Nicolai Guiduccij S.mæ Electricis Pal: Theſaurarij.



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE

Fig. 1





Fig. 2




Auſp. Nicolai Ceſij Phil. & Med. D. Colleg. Bon. & Simpl. Med. Lect.



BIBLIOTHECA ZOOLOGIAE

Ordo XXI


Tab 49



Ordo XXII

Fig. 1

Fig. 2



Auſp. Comitis Senatoris Pompeij Herculani Patricij Bonon:

Ordo XXI
Tab 49
A
A

Ordo XXII
Figa
c
c
c
c
c

BIBLIOTHEQUE TOULOUSE

Tab 50

Ordo XXIV

Fig. 1





Fig. 2



Ordo XXV

Fig. 1





Fig. 2



Ordo XXVI

Fig. 1



Fig. 2




Ordo XXVII



Ordo XXVIII




Auſp. D. Blaſij Biagij Mon^chi Botanici Congnis Vallis-Umbroſæ



Ordo XXIV
Fig 1
Fig 2
Ordo XXV
Fig 1
Fig 2
Ordo XXVI
Fig 1
Fig 2
Ordo XXVII.
Ordo XXVIII

BIBLIOTHEQUE

Ordo XIX



Ordo XXIX *Tab. 51*



Ordo XXX

Fig. 1



Fig. 2




Fig. 3




Fig. 4




Fig. 5





Fig. 6



F

Auspice Bindi Ferdinandi Bonaparte I. C. Præcep. et Vic. Gen. Miniat

Ordo XIX

Ordo XXIX Tab 51

Ordo XXX

Fig 1

Fig 2

Fig 3

Fig 4


Fig 5


Fig 6


Hulp Bundel Verduren de Bom aparte el Chrysp en Ree Gom Mrtg

BIBLIOTHEQUE UNIVERSITAIRE TOULOUSE


Ordo XXXI









OrdoXXXIV




OrdoXXXIII



OrdoXXXII



Auspp Antii Mae Biscioni S.T.D. & Bibliae Mediceo-Laurentianae Cust.



BIBLIOTHEQUE UNIVERSITAIRE TOULOUSE

Fig. 1




Fig. 2




Fig. 3




Fig. 4




Fig. 5



Fig. 6




Fig. 7



Fig. 8



Ausp. Ludovici Ludovici van Dam I.V. Doctoris



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Lichen — Agaricus p. 103. Sphaeria L.

Tab. 54

Fig. 4



Fig. 5



Ordo II

Fig. 1




Fig. 1 Ordo XXXVI Fig. 2



Fig. 4

Fig. 3

Fig. 2



Fig. 3 a.

Fig. 7 Ordo XXXVII

Fig. 8




Fig. 9




Fig. 1




Fig. 2



Fig. 3




Fig. 4




Fig. 5



Fig. 6



Auſp. Guillelmi Sherard LL. D. Regiæ Soc. Londinensis Sodaliſ.



BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Lichen-Agaricus

Tab 55

Ordo I

Fig. 1





Fig. 2



Ordo II

Fig. 1





Fig. 2



Auſp. Senat. Equit. Ferdinandi-Vincentij Comitis Ranuzzi Coſpi



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE PYRÉNÉENNE

Lichenöides

Tab 56

Fig. 1




Fig. 2





Fig. 3



Ceratospermum

Fig. 1



Fig. 2





Fig. 3



Auspiciis Josephi Atticæ Senioris Liburnensis. D.



Riccia

Tab. 57

Fig. 1.




Fig. 2






Fig. 3





Fig. 4.

Fig. 5.










Fig. 6.



Fig. 7.



Fig. 8.



Fig. 9






Auſp Petri Franc. Riccij Senat. Florent. et Ord. D. Steph. Præſidiſ



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE

Saluinia

Tab. 58




Ausp. Antonii Mariae Saluinij Flor. in Patrio Lycco Graec. Lit. Prof.




BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE


Muscus



Lichenum Ordo XXXV



Auspice Hier. S.R.I. Com. de Caimo S.C. et C.M. ad R.C.M. Et D. Abl. ext.





BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITÉ

Agaricum


Tab: 60

Ordo I





Auspiciis Richardi Richardson Medicinæ Doctoris



BIBLIOTHÈQUE
TOULOUSE

Ordo III

Tab: 61

Fig: 1






Fig: 2




Ordo II




Ausp: Nicolai Cyrillii in Reg: Acad: Neap: Prim: Med: Prof



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE





Auspiciis Richardi Mead M.D. Regiæ Societatis Sodalis








Auspiciis Britannici Nerei J.D. Regis Secretarij Sodalis


BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE

Ordo V


Tab: 63



Auspiciis Josephi Dandridge Hist: Nat: Cultoris eximii



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE



Ausp D. Leonardi Martellinij Ab.ti S. Pancratij Florae Ord Vallis.



BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE



Fig: 1




Fig: 2




Fig: 3

Fig: 4




Fig: 5






Fig: 6

Fig: 7



Auspicius Tancredi Robison Med: Regii, Reg: Soc: Sodalis



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE



Fig. 1




Fig. 2



Fig. 3

Fig. 4

A


Fig. 5



Fig. 6




Fig. 7





Ausp: Canon: Augustini Ma: de Cerretanis Patr: Flor: et Prot: Apost:



BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

LincKia

Fig. 1






Fig. 2




Auct. Joh. Henrici LincKij e R. S. A. Mem.; & Pharmac. Lipsiensis



BIBLIOTHEQUE
TOULOUSE
UNIVERSITAIRE



Auspiciis Caroli Thomæ Strozza Socij Acad. Bot. Floren.



BIBLIOTHÈQUE
TOULOUSE
UNIVERSITAIRE




Fig. 1




Fig. 2






Fig. 3

Auspicijs Ab: Antonij Niccolinij Patricij Florentini




BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Polyporus



Auſp. Marchioniſ Laurentii Puccij Patric. Flor. R. C. Auditoriſ.


Polyporus
Tab. 22
Fig. 1
Fig. 2
Fig. 3
Fig. 4
Fig. 5
Fig. 6
Fig. 7
Fig. 8
Fig. 9
Fig. 10

BIBLIOTHEQUE TOULOUSE




Fig. 1


Fig. 2

Auspiciis Cerchii de Cerchiis Senatoris Florentini




BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE


Erinaceus Tab. 72




Auspiciis Nicolai Ginorij Senatoris Florentini


Fig 1
Fig 2
Fig 3
Fig 4
Fig 5
Fig 6
Fig 7
Fig 8
A
B
C


BIBLIOTHÈQUE
TOULOUSE
UNIVERSITAIRE




Auspicius Jacobi Sherard Regiæ Societ Sodalis




BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE




Auspiciis Abbatis Cosmi Gualterotti Baxdijex Comitibus Vernii



BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE



Auspi. Vincentii Bartolinij Patric. Flor. D. Steph. Equi.is



BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Tab. 76




Fig. 1.

Fig. 2


Fig. 3

Auspiciis Marchionis Antonij Francisci Acciaioli




BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE


Tab: 77



Auspiciis Marchionis Joannis Lucæ Pallauicinii




BIBLIOTHÈQUE
TOULOUSE
UNIVERSITAIRE



Auspiciis Joannis Baptistæ Lucattinii Equit. D. Stephani

Tab 78
Fig 1
Fig 2
Fig 3
Fig 4
Fig 5
Fig 6
Fig 7
Fig 8


BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE




Ausp. Vincentij Riccardij March. et D. Steph. Equit.



BIBLIOTHECA



Auspicii S. Ascanii Lippi j Patricii Aretini, et Equitis D. Stephani



BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Fig. 1



Fig. 2

Fig. 3

Fig. 4.

Auspiciis Octavii Ricciardij Patricii Florentini



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE

Tab. 82

Fungoidaster





Fig. 1


Fig. 3



Fig. 4

Fig. 5




Fig. 2


Fig. 6

Fig. 7

Fig. 8

C


Auspiciis Abbatis Petri Andreæ Andreinij Patricii Florentini




BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE

Phallus

Tab. 83




Ausp. Crescentij Vasellij Senen. Sereniss. VIOL. M. Pr. Etrur. Medici


Tab. 82.
Tpsallus

BIBLIOTHEQUE
TOULOUSE
UNIVERSITAIRE

Phallo-Boletus

Tab. 84



Auſp. Antonij Mª Valsalva Phil. & Med. D. Bon. ac Anat. Prof.



BIBLIOTHÈQUE
TOULOUSE
UNIVERSITAIRE

Boletus

Tab. 85

Fig. 1



Fig. 2





Fig. 3




Auspic. Francisci M. Tanucci Flor. Chirurg. Lect et Lithotomi


BIBLIOTHÈQUE
ROYALE

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Fungoides



Aspiciis Petri Strozza Comitis et Patricii Floren.



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Clavaria

Tab. 87




Fig. 1 Fig. 2 Fig. 3 Fig. 4 Fig. 5 Fig. 6. Fig. 7 Fig. 8. Fig. 9 Fig. 10 Fig. 11 Fig. 12 Fig. 13

Ausp. Hieron: Mariæ Pasquali Equitis S. Stephani, et Socij Acad. Bot. Flo.

Clavaria
Tab. 87
Fig. 1
Fig. 2
Fig. 3
Fig. 4
Fig. 5
Fig. 6
Fig. 7
Fig. 10
Fig. 11
Fig. 12
Fig. 13

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Coralloides

Fig: 1



Fig: 2




Fig: 3



Fig: 4




Fig: 5



Fig: 6




Auſp. Franciſci Mæ Mazzuolij M.D. in Senen. Vniuer. Botan. Prof.



BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Byssus



Auspice Fr. Julii Ginorii Equ. Hierosol. et M. Prioris Messanensis.

Fig. 1.
Fig. 2.
C
D
Fig. 3.
C
Fig. 4.
B
Fig. 5.
C
a
Fig. 6.
B
Fig. 7.
Fig. 8.
C
Fig. 9.
B
Fig. 10.
Fig. 11.
E

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITÉ

Fig. 1.




Fig. 2. Tab. 90.




Fig. 3.




Fig. 4.




Fig. 5.




Fig. 6.




Fig. 7.





Fig. 8.



Fig. 9.



Auspiciis Auerardi Serristorii Patric. Flor. D. Steph. Equitis



BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE

Aspergillus

Tab. 91

Fig. 1




Fig. 2




Fig. 3




Fig. 4




Fig. 5




Fig. 6





Fig. 7



Botrytis

Fig. 1



Fig. 2




Fig. 3






Fig. 4




Ausp. nobilium Epheborum aulæ R.C.I.G.I.M.D.E. æ inscruientium



BIBLIOTHÈQUE
TOULOUSE

Puccinia

Tab 92




Auſp Thomæ de Pucciniſ Patri Piſtorien Publ Phil et Anat Lect




BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Clathrus

Tab. 93



Auspiciis Gerardi Noodt I. C. A. Antecess: in Acad. Lugd. Bat.


A
B
C
D
E
F
G
H
I

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE

Clathroides

Tab. 94

Fig. 1






Fig. 2





Clathroidastrum

Fig. 1






Fig. 2



Auspiciis Francisci Lorenzij Baiulivi D. Stephani.



BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE

Mucor

Fig 1




Fig 2




Fig 3





Fig 4



Lycogala

Fig 1




Fig 2




Fig 3



Fig 4






Fig 5



Auſpicijs Reu. Roberti Vuedale LL. Doctoriſ Angli



BIBLIOTHEQUE ROYALE

Mucilago Tab. 96





Fig. 1






Fig. 2

Fig. 3



Fig. 9






Fig. 4




Fig. 5




Fig. 6



Fig. 7






Fig. 8




Auspicijs Samuelis Dale insignis Medici, ac Botanici



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE

Lycoperdon

Tab. 97




Auspic. Francisci M.ae Gabburrij Equit. D. Steph. et Patricij Flor

Lycoperdon
Tab 97
Fig 1
Fig 2
Fig 3
Fig 4
Fig 5
Fig 6
Fig 7
Fig 8

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Lycoperdoides

Tab: 98



Auspiciis J. Baptistæ Dall'Ore Monachi Casinensis Patricij Vicentini


Bibliothèque
Centrale
Muséum
National
d'Histoire
Naturelle

BIBLIOTHEQUE TOULOUSE SAINT-SAURE

Lycoperdastrum

Tab. 99

Fig. 1







Fig. 2.






Fig. 3.








Fig. 4.








Auspic. D. Francisci Rota Patri. Veneti Monachi Benedictini S. Th. Professoris.


Lycoperdaltrum
Tab. 59
Fig. 1
Fig. 2
Fig. 3
Fig. 4
Fig. 5
Fig. 6

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE

Geaster

Tab. 100



Auctor Andreæ de Verazzano Patritii Flor. et Equitis D. Stephani

Fig 1
A
B
Fig 2
C
Fig 3
D
E
Fig 4
Fig 5
F
G
Fig 6

BIBLIOTHÈQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Carpobolus

Tab: 101

Fig. 1






Fig. 2




Auspiciis Caroli Dubois Soc: Ind: Thesaurarii et Reg: Soc: Sodalis



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Tuber

Tab. 102



Cyathoides

Fig. 1




Fig. 2




Fig. 3






Fig. 4



Auspiciis Philippi Martellij Patricij Florentini.



BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS
...




Auspiciis Pandulphi Attauantij Patricii Florentini



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE

Ostrya

Tab. 104



Auspiciis Instituti Scientiarum Bononiensis.

Jasminoides

Tab. 105




Auspicius Rossi Antonii de Martinis Patricii Florentini

Jasminoides
Tab. 105
Fig. 1
Fig. 2
A
B
C
D
E
F
G
H


BIBLIOTHEQUE
TOULOUSE
UNIVERSITAIRE

Ledum

Tab. 106




Auspicus Christini Martinellij Patricij Veneti




BIBLIOTECA

Fraxinus

Tab. 107



Ausp. Abb. Io. Vincentij Capponij Patric. Flor.



BIBLIOTHEQUE TOULOUSE

Eugenia Tab. 108



Auſp. Sereniſsimi **EUGENII** *Principis Sabaudiæ &c.*



C. 57. f. 1.

Guntheria
Swaveoleny.
Crevirar. Jahrb.
d. Gewächsk. d.
1. p. 3. Jahrg. 1.
et Corsinia
marchantioid.
Ibid. p. 157.